







IHS

BIBLIOTECA DE LOYOLA.

Sala 1
Estante 26
Pluteo 1



PROMPTVARIVM
CATHOLICVM,

Ad instructionem Concionatorum
contra Hæreticos nostri temporis,

SVPER OMNIA EVANGELIA TOTIVS ANNI
Tam Dominicalia, quàm de Festis :

In quo inueniet Concionator, unde ex litera Euangelica, uel
plerasq; hereses aptè refutet, vel contra hereticorum hodie
fraudes & mendacia, fidem Catholicam prætextu Evan-
gelij plausibiliter ab illis impugnatam solidè defendat.

AUTHORE

THOMA STAPLETONO, ANGLO,
S. Theol. Doct. & Regio Professore Louanij.

*Hac Sexta editio plurimis in locis nouis Additionibus ab
eodem Authore recens locupletatum.*

August. Enarrat. in Psal. 36.

*Tanto magis debemus commemorare uanitatem hereticorum,
quanto magis querimus salutem eorum.*



Venetijs, Apud Hæredes Melchioris Sessæ.

M. D. XCVIII.

est de Joseph de Sessæ

137179



PROMPTUARIUM
CATHOLICUM
Ad instructionem Concionum



AMPLISSIMO,
OMNIQUE VIRTUTUM
HEROICARVM GENERE

Celeberrimo Antistiti, R. D. IOANNI SARAZINO ad D. Vedastum Atrebatensem Abbati dignissimo, & Maieitati suae Catholicae in Status Belgici intimo Senatu Consiliario prudentissimo.

THOMAS STAPLETONVS
veram & perpetuam felicitatem precatur.

Quod ad maiorem Dei gloriam, ad veritatis orthodoxae contra modernos eius hostes insensissimos, nostrae gratiae hereticos, illustriorem defensionem, & explicationem dilucidatorem, ad publicum (ut spero) Ecclesiae Catholicae, Apostolicae, Romanae bonum atq; honorem in lucem nunc emitto Promptuarium Catholicum, ut illud sub celeberrimo nomine tuo (Antistes gravissime & prudentissime) prodiret, & post aliud opusculum de Tribus Thomis ante paucos hos dies eidem Ampliss. nomini tuo dicatum, easdem iterum fores pulset, non vel importunitas aliqua mea, vel aliorum celeberrimorum amicorum penuria, sed nec continuata vel augetur potius quotidie tua in me merita effecerunt, verum & ipsius argumenti ratio, & peculiaris quaedam erga R. P. V. circa hoc Opus obligatio, huc me compulerunt, & hoc à me quasi debitum exegerunt. Quae enim ad hereticorum impietates pro concione resellendas, fran-



des populo aperiendas, calumnias palam abstergen-
 das elaboravi, que ad Sancte Fidei nostre defensionem
 vobis & commendationem in publicum dedi,
 que formandis uel certe iuuantis verbi Dei conciona-
 toribus annotavi & collegi, cui demum Antistiti Ec-
 clestastico (& certe Ecclesiasticis potissimum debentur,
 que Ecclesie dogmata pertractant) aptius conse-
 crari, sub cuius nomine auspicius prodire, quo titulo
 illustrius commendari potuerunt, quam eius Antistiti-
 tis, cuius in profligandis tota Artesia hereticis, in re-
 stauranda in hoc Belgio fide Catholica & orthodo-
 xa, tum olim, labor, industria, prudentia enituit, toti-
 que Belgio conspicua a Reg. Cathol. Maieest. amplif-
 sime est honorata, tum hodie vsq; zelus, studium, ar-
 dor admirabilis multis argumentis elucescit? Quo-
 rum, ut cetera taceam, preclarum illud civici semina-
 rij opus a R. P. V. multis iam ad id ingenti pre com-
 paratis odibus, maioribus adhuc dilatandum spatijs,
 magno animo ceptum, multisque superatis difficul-
 tatibus omnino destinatum, consiliorum vestrorum
 conscijs ac civibus manifestum hoc & perspicuum
 facis, posteritati vero (Deo dante) ad perpetuam no-
 minis vestri gloriam, ad incredibile verbi Archa-
 tensis bonum, adeoque totius Artesie (que ex illa
 quasi metropoli, sua vel ornamenta capit vel detri-
 menta) ingentem feceritatem, illustrius adhuc loque-
 tur. Enimvero labores literarij contra hereticos susce-
 pti, eos potissimum patronos & aptissime sibi ascie-
 scunt ac delignant, quos ipsi hereticis insensos esse eo-
 rum authores cognoscunt, quos fidei Catholice propu-
 gnatores acerrimos animadueterunt, Talem ab an-
 nis

nis iam multis R. P. V. quum esse cognouerim, arma-
 rium hoc nostrum, unde ad feriendos hereticos rela-
 tam multa, nec opinor obtusa de promi queant, eius
 certe nomini liberissime dicavi. Huc accedit quod ad
 hunc laborem, etsi non author ut susciperetur, at ma-
 ximus certe instigator, ut susceptus absolueretur, tum
 uerbis tum literis T. mihi R. P. extitit. Ad cuius rei
 compendium, totum Opus a suis Religiosis pulchre
 & nitide describi (quia mihi amanuensis copia de-
 fuit) perhumaniter erga me, pidi & religiose erga
 causam communem R. P. V. fecit. Sed & ut ab hoc
 Typographo typis pulchrioribus & accuratè euulga-
 retur, studiosè procuravit. Quæ ego omnino non tam
 ideo commemoro (quanquam & ideo quoque) ut
 R. P. V. minus miretur hoc alterum opus nostrum tã
 breui temporis intervallo sub vestro nomine in pu-
 blicum emitti quam ut Lector intelligat, quàm pre-
 clarè de Catholica religione, atque adeò de hoc labo-
 re nostro R. P. V. merita sit. Certè ardens hic orthodo-
 xæ solius religionis zelus, aduersè odium, quo peccus
 vestrum admirabiliter flagrat, fecit quoque ut gentis
 nostre doctos ac nobiles viros eiusdem religionis cau-
 sa exorres, singulari beneuolentia complectatur, ad
 se uenientes omni humanitate excipiat, favore prose-
 quatur, & ab aliquot hisce annis aliquem semper do-
 mesticum Anglum in amplissima sua familia alue-
 rit. Id R. P. V. hoc loco ac dignitate constituta fa-
 ceret, sola profectò cause ob quam exulamus conside-
 ratio, sola diuina religionis tenera dilectio effecit.
 Hanc ego pietatem vestram, ut colo atque suspicio,
 sic iterata hac noui laboris dedicatione, quantum in



me erat, honorare uolui. Sed et illi mihi maxime contentaneum uidebatur, ut qui exiguum libellum nostrum de tribus Thomis, ad uoluptatem magis (piam tamen illam atq; salubrem) quam ad ingentem aliquam utilitatem comparatum, ambabus ulnis complexus, & beneuolentissime prosequutus fueris, maiori hoc opere, & ad publicam utilitatem in causa grauissima destinato, honorari quoq; publice deberes. Accipe igitur Antistes digniss. ea qua soles doctorum omnium pios maxime labores, animi alacritate Promptuarium hoc nostrum Catholicum: & pij ac docti Concionatores omnes, qui se his uigilijs nostris, uel iuuari, uel delectari senserint, aut alius quiuis huius Operis Lector (cui Catholicus modo fuerit, uariam quoq; utilitatem hic liber adferre poterit, ut altera nostra ad Lectorem Prefatio ostendit) R. P. V. id magna ex parte acceptum ferant, cuius auctoritate opus prodit, & sedula adhortatione acceleratum fuit, & singulari studio ac beneuolentia in hac commodissima forma, & typis elegantioribus excusum est. Deum ex animo precor, ut R. P. V. tantum bonarum literarum Mecœnatem & piorum laborum tam studiosum fautorem, Ecclesie sue, huic Belgio, & nobis quam diutissime incolumem ac florentem conseruet. Duaci apud S. Amadum 15. Calend. Augustini, 1588.

Ampliss. Dom. & R. P. V. studiosissimus

THOMAS STAPLETON Sa.

PRÆFATIO

Ad Lectorem.



Vas esse prædicationis Euangelicæ partes, docere & exhortari, tū saluus ratio docet, quæ in fide per dilectionem operâte quasi tota consistit, cum Apostolus tacis clare expressit, sic ad Timotheum scribēs. *Hac præcipe & doca*, iubēsque attendere *lectionem, exhortationi, doctrina*. Et iterum paulo post: *Hac doca & exhortare*. Præcipiuntur enim & exhortatione traduntur quæ ad mores pertinent. Docentur quæ ad fidem spectant: ut hæc Pauli uerba Chryostomus exposuit. Nec aliâ fortè ob causam, quum inter charismata Ecclesie distinctè Paulus posuisset, *quosdam Apostolos, quosdam Prophetas, alios uero Euangelistas*, subiunxit non iâ disiunctim, sed coniunctim, *alios autem Pastores & Doctores*: quàm ut ostenderet unius eiusdemque officij duas esse functiones: docere in ijs quæ pascere & docere: pascere in ijs quæ operi mandanda erant: docere in ijs quæ credenda. Porro ex duabus hisce partibus potiore esse doctrinam non obscure idem Apostolus tradidit, quum propter duplicem hanc functionem *duplici honore dignos esse presbyteros scribat, qui bene præ sunt*, moxque adiungat, *maximè autem qui laborant in uerbo & doctrina*. Certè ut fides recta est uirtus maximè necessaria, & cæterarum omnium fundamentum, sine qua Deo placere est impossibile, sic huius explicationem prædicationis Euangelicæ partè esse maximè quoque necessariam dubitari non potest. Frustra enim cætera omnia addiscuntur, eo præterito, sine quo cætera non ualent. Frustra de recto imponendo cogitas, ubi fundamentum adhuc nullum est. Frustra charitatem & cæteras uirtutes doces, ubi fides adhuc, aut nulla, aut non recta tenetur. Sapienter Augustinus: [Ea ipsa opera quæ dicuntur ante fidem, quamuis uideantur hominibus laudabilia, ita mihi uidentur esse, ut magnæ uires & cursus celeritatis præter uiam.] Vt ergo inaniter & ridicule currit, qui extra uiam currit, ut casso labore nauigat, qui nescit quo-

inchoat

1. Tim. 4.
1. Tim. 6.
Ho. 13. in.
2. ad Ti.
Ephes. 4.

1. Tim. 5.

Hebr. 11.

In præfat. enarr. in Psal. 30



Præfatio

pendat, aut in saxa, non in portum, contendit. Ut frustra pernitentem terræ mandas, plantas, irrigas, colis, cuius radix nulla est; sic irrito labore de bonis operibus sollicitus est, qui rectam fidem non tenet. Celebre fuit & maxima laude digno opus, quod Abraham iohanne Deo filium suum immolandum obtulit. At nullus fuisse eius operis fructus nisi in fide factum fuisset. [Magnum opus (ait Aug.) sed ex fide. Laudo superedificationem operis, sed video fidei fundamentum. Laudo fructum boni operis, sed in fide agnosco radicem. Si enim hoc præter rectam fidem facere, nihil illi prodesset qualecūq; illud opus esset.] Sed & idem hæreticorum opera quæ videntur bona, non profus in fide lium tantū, nullū apud Deū, vel gratiæ vel meriti locū habent Quod his verbis grauissime scripsit Augustinus: [Extra Ecclesiæ vitæ quicquid operantur hæretici, quiauis magna solertia, & diligentia fieri uideatur, tamē nihil illis prodest aduersus iram Dei non magis quàm tele aranearum possunt defendere à frigore.] Hæc ille, alludens ad illud Prophetæ: *Oua aspidum ruperūt, & telas aranea texue runt. Qui comederit de ouis eorū, morietur, & quod confortū est, arūpet in regulam. Tela eorū non erunt in vestimentū, neque operientur operibus suis. Opera eorum opera inutilia, & opus iniquis atq; in manibus eorum.* Oua aspidum sunt doctrinæ hæreticorum, quæ à primis magistris posita, & à sēctatoribus rupta & confosa, seu diligenter exculta erūpunt in regulos, in serpentes & basiliscos horrendorum dogmatū. [Hæresis enim (ait August.) quicquid animo errante cū superbia, vel timore cogitatio imaginata fuerit, religionis nomine obseruat.] Hæc illorum prima phantasmata oua aspidum sunt, quæ dum sēctatores fouent & tractant, multa ex illis dogmatum portenta gignunt. Hodie ex ouis à Luthero positis non solum ipsæ Lutheranorū sēctæ, sed multitali aspides & serpentes enati sunt, Zwingliani, Anabaptistæ, Memnonitæ & aliæ sēctæ, ut ex ipsis Lutheri verbis diligenter annotauit, & collegi Fridericus Staphylus. Opera uerō huiusmodi hominum utcumque in speciem laudabilia, sunt tele aranearum, in quibus magna adhibetur diligentia, uulitas inuenitur nulla, & uel minimo scope impulsu dissoluæ pereunt. Opera omnia extra fidem rectam,

Loco cit.

Cōtra Par me. lib. 2. cap. 3.

Esa. 59.

De vera re li. c. 28.

In apolo. Pat. 3.

Ad Lectorem.

minimo diuinæ iustitiæ pulsū & prima eius consideratione subuertuntur, & inutilia ostenduntur: quia fundamentum & radice vitali carent, quæ fides est. Primus enim motus gratiæ in anima, ut Deo copuletur, id agit, ut credat Deo, iuxta illud Apostoli: *Accidentem ad Deum oportet credere.* Illa ergo Euangelicæ prædicationis pars, quæ rectam fidem docet, ut maximè est necessaria, ita prima atque præcipua illic esse debet, ubi uel fides nequid suscepta est, uel acceptæ fidei naufragium factum est, uel naufragaturæ fidei periculum est.

Operæpretium igitur me facturum existimauit, & laborem non inutilem nauaturus, si per omnia totius anni Euangelicæ tam in Dominicis quàm in festis Christi & Sanctorum legi solita, materias hoc tempore controuersas, prout textus ipse Euangelij occasionem iustam daret locis singulis annotarem, ipsaque loca pertractarem. Existimauit enim in plerisque hodie prouincijs, ut in tota Germania superiore, in Gallia, in Anglia (ubi id faciendi facultatem diuina misericordia dabit) in hoc Belgio, atque in Heluetia non modò expedire, sed & prorsus necessarium esse, ut horum temporum controuersiarum tractetur: siue ad Catholicorum consolationem, & corroboracionem, siue ad hæreticorum, qui seu palam, seu occultè in illis grassantur locis, conuersionem, aut certe utilem & necessariam refutationem. Sunt enim hi duo pastoralis officij fines, dans Ecclesiæ pastoribus & doctoribus, *Ad consummationem Sanctorum*, id est, confirmationem fidelium, & *ad adificationem corporis Christi*, id est, ad collectionem in corpus eorum qui ad eo segregantur, ipsiusque corporis augmentum. Quamquam hæreticos non pro concione refutandos, aut taxandos existimant, sed priuata tantum collatione, & catechesi instruendos, ne illi grauius & perniciosè errant. Quasi uerò doctrina fidei ad uerbi Diuini tractatorem non pertineret. Quasi in ea doctrina aliquid magis sit necessarium quàm hæreses refutare, illis maximè in locis, ubi uel grassantur illæ, uel dudum grassatæ fuerunt, nec dum penitus exinctæ, uel ne grassentur præcaueri debent. Quasi ipsam causam Catholicam maximè non commendat atq; illustret, ut hæretici

Heb. 10.

Causæ huius operis.

1.

Ephes. 4.

Hæreticos esse p. concione refutandos.

1.

2.

3.

pro



Præfatio

pro concione ad populum egregie traducantur, iuste tamen xentur, & solidè refutantur. Quasi deniq; maiore usquam id fructu fiat, quam multis audientibus, si dextere & solidè id fiat. Deinde exempla Sanctorum Patrum, quos Ecclesiasticis officium optimè calluisse dubitari non debet, hoc ipsum validè confirmant. D. August. in suis enarrationibus in psalmos, & in D. Ioan. (quæ erant homiliae ad populū) in cæteris quoq; homilijs ac sermonibus, perpetuo & quavis data occasione, imò quaesita sæpè, non data, contra sui temporis hæreticos, Manichæos, Donatistas, Pelagianos, Arianos, & Eunomianos studiosè excurrit. Chrysol. similiter in suis ad populum homilijs, seu Mathæum, seu Paulum tractans, cessi minus sæpè, facit id tamen non rarò. Leo Magnus contra Eutycheistas, & Manichæos nulla penè nõ in concione disputat. D. Basilius in suis homilijs in diuerfos Martyres, Mamantem, Gordium, Iulianū idem præstat. Denique Gregorius Magnus, Eusebius Emilsenus, & alij Patres, quorum homiliae ad populum extant, passim id & magna diligentia præstiterunt. Porro non sine maximo fructu hoc illis præstitisse, illustre illud Ambrosianæ prædicationis exemplum docere potest. Scribit enim S. Aug. se adhuc Manichæum, quum omni die Dominico Ambrosium verbum veritatis in popularibus sermonibus tractantem audiret, ex eius concionibus didicisse Manichæorum versutias & calumniarū nodos posse dissolui, verbum Dei vere incarnatum credere absurdum non esse, denique fidem Catholicorum veram & orthodoxam fuisse. Fuit igitur Ambrosiana prædicationis primus Augustino ad fidem Catholicam amplectendam aditus, & hoc prædicationis hamo tantum ceteri in Ecclesia rere piscatores felix pertraxit. Nam & ideo diuini verbi tractatores, *piscatores hominum* vocantur, quia sua prædicatione non in moribus tantum informant, sed ad fidei rera pertrahunt, & ex ignorantia fluctibus, ad veritatis lucem educunt. Est igitur ipsa verbi cælestis prædicationis, & Euangelij apud populum e superiore loco perspicua explicatio, proprium & maximè efficax medium, hæreticos refutandi, & ex errorum latebris atque insidijs ad certam salutis viam pertrahendi. Iam uero accidit non rarò, ut concionatores maiori

6.
Confess.
lib. 6. c. 3.
& seqq.

is causa.

zelo

Ad Lectorem.

zelo quam eruditione præditi infeliciter, & sine iudicio hæreticos pro concione perstringant, vel quia loco non suo & planè extra metas id faciunt, vel quia quum loci opportunitas datur, itumè ac steriliter id faciunt, maiori stomacho quam robore, & ardentius quam solidius, vel denique quia melius & prolixius hæreticorum errores & cavillationes proponunt quam soluunt, sicuti notiores illæ esse solent, magisque vulgare, quam quid illis solidè, & dexterè respondeti debeat. Existimaui igitur in horum gratiam, imò in causæ Catholicæ iustam defensionem, ne ex imbelli pugna noxtam victoriam reporter aduersarius, & deterior fiat vbi sanari debuêrat, utile fore, si (ut dixi) & ipsa loca annotarem, atque annotata pertractarem. Porro & illud apud me cogitaui, ipsos non rarò doctos concionatores, & aduersus hæreticorum strophas utcuq; armatos & instructos, in ijs quæ ad mores pertinent colligendis ita sæpè versari & delectari, ut vel non libeat, vel non uacet, uel ad manum & promptè nequeant res hodiè controuersas tractare. Erit igitur huiusmodi hic noster labor, laboris compendium, ut prioribus illis subsidijs necessarium. Sunt porro multi Theologi & concionatores perdocti, uel in solis Scripturis, uel in sola scholasticâ Theologia, uel in utrisque illis, tantum, uel etiam in patrum quoque scriptis & commentarijs probè uersati, qui tamen controuersias horum temporum non examinauerint, quippe propterea non nisi magno adhibito labore, quem concionandi aliquando, vel repentina, vel quotidiana propemodum necessitas non admittit, controuersias pro concione tractare possunt. Arbitratus sum igitur laborem hunc nostrum istis, nec ingratum, nec incommodum futurum. Quid, quod & ipsos doctissimos viros, & concionatores in ipsis controuersijs exercitatos, optimeque uersatos opinabar hoc nostro labore quadantenus iuuari posse, quum præcipua hic loca ad manum notata habeant, quasque fontes digito ostensos, ut vel illis ex sua copia addant, vel ex nostris ac suis delectum faciant. His ergo maximè de causis argumentum hoc pertractandum suscepi, & hos maximè fructus hoc argumentum dabit.


causa 7
causa 212

3. causa

4. causa

5. causa

Sed



Prefatio

Sed & alias quoque, non vulgares, utilitates ex huius libri lectione, tum diuini uerbi tractator, tum Theologus quisque addo etiam quilibet fidelis percipere poterit. Primum enim quot per totum annum in Ecclesia leguntur Euangelica, seu de tempore, seu de Sanctis, tot hic historiae Euangelicae textus, multoque plures (quam in uno Euangelio plures interdum textus tractantur) uel contra haereticos, & uarias eorum haereses, uel pro fidei Catholicae defensione tractantur, praemuntur, explicantur. Vel tot igitur Scripturatum explicatio Catholica, tractatio popularis atque perspicua non nullam Theologo eruditio- nis lucem, aliquam cuiusque fidei lux confirmationem asserere poterit. Deinde si uerum est, imò quia uerum est, quod scripsit sanctus Augustinus, *illas Scripturas quae contra haereticos ualent plurimum memoria diligentissimè commendandas esse, ut sint uidelicet quasi arma in promptu, quibus Ecclesiae hostem, & à te propellat ne noceat, & salubriter ferias ut emendetur, habes hic huiusmodi Scripturarum & annotum ingentem & selectam suppellectilem.* Rursus quia odium haereticorum salutare imprimis est, ut iuxta Saluatoris praecipuum, *attendamus ab illis, atque adeo fugiamus ab eis*, iustissimas huius odij causas, singula sero Euangeliorum loca à nobis tractata suppeditabunt. Neque enim dissimulabo, me ad traducendos haereticos, eorumque nequitas patefaciendas, non fecus atque ad ueritatem Catholicam stabiliendam, hoc in opere incubuisse, quam hostem hodie pestilentioremem Ecclesia non habeat. Porro causam Catholicam apud quemuis ueritatis amatorem illud egregie commendabit, ipsumque populum seire expediet, plerasque horum temporum haereses ex littera Euangelica refutati posse, nostraeque Catholicae religionis fundamenta, ipsum maxime Euangelium complecti. Quo fiet ut illa multorum animis opinio extirpatur, non minus impia quam iniqua, quia existimatur, haeclemis, uel Scriptura Euangelicae pro haereticis facere, uel certe ex Euangelio uix illas confutari posse. Quorum illud haeretici suis falso persuaserunt, istud, qui Catholici esse uoluerunt, sibi ipsis persuaserunt. Sed ex hac locorum Euangelicorum explica-
tione

1.
2.
In Epist.
Ioan. trac.
2.

3.
Math. 18.
Ioan. 10.

4.

Ad Lectorem.

tione & illorum impietas refutabitur, & istorum error atque ignorantia corrigetur. Docebit enim hoc opus euidenter atque perspicue Scripturas Euangelicas adeo nihil pro haereticis facere, ut omnia eorum dogmata quae ad locum aliquem Euangelicum referri poterant, ex illis quae in Ecclesia leguntur Euangelij, manifeste refutentur. Docebit quoque eadem omnia Euangelia pro causa Catholica ubique pugnare. Erit denique hoc opus Antidotus necessaria, & saluberrima contra uarias haereticorum uenenas in suis super Euangelia totius anni post illis, aliisque tractatibus effusa. Enim uero quum haeretici horum temporum, maxime in Germania, super euangelia totius anni, post illas ut uocant, explicationes methodicas, & locos communes ita collegerint, ut magna passim diligentia, quicquid contra fidem ac religionem Catholicam facere posse uidebatur, annotauerint atque studiose tractauerint, quomodo nobis Catholicis in optima causa nostra parem diligentiam adhibere par & equum non erat? Et optandum quidem fuit, uel ab annis iam plurimis huiusmodi aliquod opus produisse (quod an usquam prodierit, mihi compertum non est) uel ab alio aliquo, magis in hoc genere uere uersato argumentum istud uberius, & accuratius elaboratum fuisse. Caterum fatius duxi seruis id facere, quam nunquam, & a me, quam a nemine heri. Qui sane eo confidentius hoc opus suscepi, quò diutius in hoc iam tricennali exilio nostro, controuersijs horum temporum, & priuatim examinandis operam dedi, & publice explicandis per complures annos in hac Academia Dülcena uacauit. Nam ex ijs quae olim publice decimus, & non indiligenter digessimus, collecta sunt pleraque quae hic attulimus: ut non uane bonam ac solidam suppellectilem Catholicus hic lector expectet. Porro ex hoc labore nostro illud perspicere licet haereses horum temporum omnium quae unquam fuerunt, & numero plures, & magnitudine pestilentiores esse, quae ex omnibus totius anni Euangelij, uel quoad impiam doctrinam refutatur uel quoad calumnias & imposturas rejiciuntur. Adeo nullum legitur in Ecclesia Catholica Euangelium, in quo uel contra has praesentes haereses aliquod documentum Spiritus Sanctus
non

5.

6.



Præfatio

non expresserit, uel pro fide orthodoxa per illas impugna-
ta, aliquod munimentum non suppeditauerit. Adeo hæ-
noux doctrinæ nihil minus sunt quam Euangelicæ ut in
singulis per annum Euangelij grauius illæ perstringan-
tur, & uel falsa docuisse, uel falso calumniata fuisse osten-
dantur. A deo fides Catholica, Apostolica, Romana est pu-
rè Euangelica, ut huic soli omnia totius anni euægelia pa-
trocinentur, eius causam agant, eius dogmata defendant.
Postremo & illud tenebit concionator Catholicus, has cõ-
tra hæreticos explicationes euangelicas, non sola doctri-
næ capita complecti, sed multa etiam, quæ ad mores fa-
ciunt, in illis contineri. Quoties enim in hac explicatione,
de bonorum operum necessitate, uirtute, merito, quoties
contra solam fidem iustificantem, dogma moribus pesti-
lentissimum, quoties de extremo iudicio, de gaudio cæle-
sti, de Sanctorum cultu, ueneratione, festis, de ieiunijs, de
oratione, de penitentia, de sacramentis, & his similibus
agetur (agitur autem de singulis non rarò) toties etiã quæ
moralia sunt, & ad pietatem faciunt, pertractamus. Tales
quippe sunt horum temporum hæretes, ut non solum do-
ctrinam nefariè corruperint, sed & contra bonos mores
multa impiè asseruerint.

7.

Quia uerò in singulis Euangelij loca certa designo,
unde contra hæreticos depromi aliquid queat, & omnes
explicationes ad certa loca cediço, ipsique locis uariam su-
pellectilem subijcio, & non nisi contra hæreticorum ue-
fana dogmata, idcirco totum opus Promptuarium Catho-
licum nuncupandum duxi. Fui autem in quibusdam Euan-
gelij breuior, in alijs prolixior, prout materiae uel digni-
tas uel copia postulabat Breuior saepe fui, quia nolui totã
concionem solis hæreticis refutandis impendi, nisi forte
uel auditores tales essent, quibus ille cibus salubrior aut
magis necessarius foret, uel subiectum Euangelij huius-
modi, quod ex professo contra hæreticos a Spiritu sancto
suggestum uideatur, qualia sunt Euangelia Dominice
septimæ post Pentecostem, Dominica quinta post Epi-
phaniam, Dominice uigesima quarta post Pentecostem, se-
ria tertia Pentec. & alia forte quedam. Vbi prolixior fui
delectum faciet concionator, ut uel pauca, uel selectissima
dicat.

Ad Lectorem

dicat. Certè hæretes ipse tales interdum sunt, tam pesti-
lentes, tam impia, ut non nisi pluribus refutari, uel com-
mode possint, uel salubriter debeant. Atqui ex Euangelij
illis loca deprompsi, quæ secundũ usum Romanũ toto an-
no leguntur. Ego uero ingenue hoc loco profitebor, quum
ab ineunte ætate officium hoc concionatoris exercere plu-
rimum desiderauerim, sed ne hæcenus id facerẽ, peccatis
ita meis exigentibus, uel propter exiliũ à natali solo, quòd
usq; ad annum iam tricesimum extendi, uel propter alia ui-
ta officia, ad quæ me Dei prouidentia interea uocauit, im-
peditus semper fuerim, accepi consiliũ, quod Propheta
Dauid in casu non prorsus absimili cepit. Voluntatis eius
erat, planeq; decreuerat, ædificare Templũ Domino Deo
suo. Sed quũ responsum illi esset: [multum sanguinẽ effu-
disti, & plurima bella bellasti, non poteris ædificare domũ
nomini meo, tanto effuso sanguine cotũ me:] præparauit
oẽs impensus eius, quæq; ad ædificandam domum necessa-
ria erãt tam in auro & argento, quam in omnis generis ma-
teria, collecta suppeditauit. Non aliter & ego, quia uere uir
sanguinum, & plurimis peccatis contaminatus uixi, unde
non permisit Dominus, ut uel in patria mea (ubi sola hæ-
retis loquendi potestatem habet) uel extra patriam ad alia
semper uocatus & destinatus, ædificem tẽpla nomini eius,
domos Spirituales extruam, animarum salutẽ in mediate
procurando, hanc saltem materiam templis Spirituilibus
per alios ædificandis collegi, & ut pluribus relinquatur, in
lucem dedisqua uel ab hæresi plurimos reuocent, ædificã-
do corpus Christi, & templa Spiritus sancti, uel in fide Ca-
tholica alios confirmet, cõsummando sanctos, & templa
Dei ualuis, recta, parietes corroborando. Sed & tandem ob
causam similem operam, donante Deo ad uitiorum fugã,
& pietatis studium per aliquod Promptuarium Morale in
totius anni Euangelia nauare proposui. Deum Opt. Max.
suppliciter precor, ut hunc exiguum laborem nostrum ele-
menter benedicat, eumq; in Ecclesia sua fructum facere cõ-
cedat, quem unicum nobis ante oculos positum fuisse, ille
feruator cordis, & renem uider. Illi soli omnis honor &
gloria. Amen. Duaci, 16. Iunij 1588.

1. Para. 22
& 28.

SCRIPTURAE
EVANGELICAE,

Quae in hoc Promptuario Catholico, per singulas Dominicas, & festa per annum contra Haereticos ex proposito tractantur.

DOMINICA PRIMA
Aduentus.

Luc. 11.



IUNC uidebunt filium hominis uenientem in nube cum potestate magna, & maiestate.

Dominica 2. Aduentus.

Quid existis in desertu uidere?

Math. 11.

1. Existis in desertum.
2. Hominem mollibus uestitum?
3. Beatus qui non fuerit scandalizatus in me?

Dominica 3. Aduentus.

Ioan. 1.

1. Ego baptizo uos in aqua.
2. Medius uestrum stetit, quem uos nescitis.

Dominica 4. Aduentus.

Luc. 3.

1. Predicans baptismum in poenitentiae in remissionem peccatorum.
2. Erunt praua in directa, & aspera in uias planas: Dominica infra Octauas Natalis Domini.

Luc. 2.

1. Et ecce positus est hic in ruinas, & resurrectionem multorum in Israel: & in signum cui contradicetur.
2. Et erat Anna profetissa, & haec uidua, &c. que non

non discedebat de templo, ieiunans, & obsecrationibus seruans die ac nocte.

3. Et in resurrectionem multorum in Israel.

Dominica prima post Epiphaniam.

1. Ibant parentes eius per omnes annos in Hierusalem in die solemnium Paschae. Ascendentibus illis secundum consuetudinem diei festi. Luc. 2.
2. Et remansit puer Iesus in Templo, & non cognouerunt parentes eius.
3. Fili quid fecisti nobis sic? Pater tuus & ego dolentes quarebamus te.
4. Quid est quod me quarebatis? Nesciebatis quiddam in ipsis quae Patris mei sunt oportet me esse?
5. At illi non intellexerunt uerbum.

Dominica 2. post Epiphaniam.

1. Dicit mater Iesu ad eum. Vinum non habent. Ioan. 2. Dicit ei Iesus. Quid mihi & tibi est mulier?
2. Quodcumque dixerit uobis facite.
3. Implete hydrias aqua.
4. Haurite nunc, & ferte Architriclino.
5. Ferte Architriclino.

Dominica 3. post Epiphaniam.

1. Domine si uis, potes me mundare. Math. 8.
2. Vade & ostende te Sacerdotibus, & offer munus tuum quod praecipit Moyses, in testimonium illis.
3. Ostendete sacerdotibus.
4. Filij regni eycientur foras.

Dominica 4. post Epiphaniam.

Quid timidi estis modice fidei? Math. 8.

Dominica 5. post Epiphaniam.

1. Inimicus homo superfeminauit Zizania. Matt. 13.

Domin. Cathol. B. 2. Sincere



2. *Sinite utraque crescere usque ad messem.*
3. *Ne forte eradicetis & triticum.*

Dominica 6. post Epiphaniam.

Math. 1

1. *Hæc omnia loquutus est Jesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loquebatur eis.*
2. *Cum autem creuerit manus fit omnibus oleribus.*

Dominica Septuagesimæ.

Math. 20

1. *Conduxit operarios in vineam suam.*
2. *Quia nemo nos conduxit.*
3. *Voca operarios, & redde illis mercedem.*

Dominica Sexagesimæ.

Luc. 8.

1. *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, ut uidentes, non uideant, & audientes non intelligant.*
2. *Semen est uerbum Dei.*

Dominica Quinquagesimæ.

Luc. 18.

1. *Quid tibi uis faciam? At ille dixit: Domine, et uideam.*
2. *Fides tua te saluum fecit.*

Dominica 1. Quadragesimæ.

Math. 4

1. *Et cum ieiunasset 40. diebus, & 40. noctibus, post hæc esuriit.*
2. *Si Filius Dei es, mitte te deorsum.*
3. *Scriptum est enim: Angelis suis mandauit de te, &c.*
4. *Angelis suis mandauit de te: & in manibus tolent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.*

Dominica 2. Quadragesimæ.

Math. 17

Hic est filius meus dilectus, ipsum audite.

Dominica 3. Quadragesimæ.

Luc. 11

1. *In Beelzebub principe Demoniorum eijcit Demonia.*

2. Si

2. *Si Satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum ipsius.*

3. *Extollens uocem quædam mulier de turba dixit: Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ suxisti.*
4. *Beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud.*

Dominica 4. Quadragesimæ.

Accipit Iesus panes, & quum gratias egisset, distribuit discumbentibus. Ioan. 6.

Dominica Passionis.

1. *Qui ex Deo est, uerba Dei audit. Propterea uos non auditis, quia ex Deo non estis.* Ioan. 8.

2. *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & Dominium habes?*

3. *Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non uidebit in æternum.*

4. *Dixerunt ergo: Nunc cognouimus, quia demonium habes.*

5. *Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est.*

6. *Dixerunt Iudei ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham uidisti?*

7. *Ego non quero gloriam meam: est qui querat & iudicet.*

Dominica Palmarum ante benedictionem ramorum.

1. *Et posuerunt uerba sua in uita, & præciderunt ramos de arboribus, & strauerunt in uia, &c.* Matt. 21.

1. *Turbæ clamabant. Osanna filio Dauid. Osanna in altissimis: & paulo post: Pueri clamant in templo, Osanna.*

Dominica Paschæ.

Emerunt aromata, ut uenientes ungerent Iesum.

Marc. 16.

B 2 De



De feria 2. & 3. Paschæ vide inter Festa par. 2.
Dominica in Albis.

1. Cum sero esset, & fores essent clausæ, uenit Iesus.
2. Sicut misit me Pater, & ego mitto uos. Accipite Spiritum sanctum.

3. Quorum remisistis peccata, remittuntur eis.
Dominica 2. post Pascha.

Ioan. 10. Erit unus pastor, & unum ouile.

Dominica 3. post Pascha.

Ioan. 16. Quia uado ad Patrem.

Dominica 4. post Pascha.

Ioan. 16. 1. Adhuc habeo multa uobis dicere, quæ non potestis portare modò.

2. Cum autem uenerit ille Spiritus ueritatis.

3. Docebit uos omnem ueritatem.

Dominica 5. post Pascha.

Ioan. 16. 1. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit uobis.

2. Ipse enim Pater amat uos, quia uos me amastis.

Dominica 6. post Pascha.

Ioan. 15. 1. Ille testimonium perhibebit de me, & uos testimonium perhibebitis de me, quia ab initio mecum estis.

Et 2. Sed uenit hora, ut omnis, qui interficit uos, arbitretur se obsequium præstare Deo.

Dominica Pentecostes.

Ioan. 14. 1. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & Pater meus diliget eum: & ad eum ueniamus, & mansionem apud eum faciemus.

2. Paracletus Spiritus S. quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia quæcumque dixerit uobis.

De

De feria secunda, & tertia Pentecostes, vide inter Festa par. 2.

Dominica SS. Trinitatis.

1. Docete omnes gentes.

2. Docentes eos seruare omnia quæcumque mandauimus uobis. Matth. 28

3. Quæcumque mandauimus uobis.

4. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.

Dominica 2. post Pentecosten.

Compelle eos intrare.

Luc. 14

Dominica 3. post Pentecosten.

1. Gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente. Luc. 15

2. Quam super nonaginta nouem iustis qui non indigent penitentia.

Dominica 4. post Pentecosten.

1. Ascendens in unam nauem, quæ erat Simonis: Luc. 9

2. Dixit ad Simonem, Duc in altum.

3. Concluserunt piscium multitudinem copiosam. Ex hoc eris homines capiens.

Dominica 5. post Pentecosten.

1. Nisi iustitia uestra abundauerit plusquam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum. Matth. 5

2. Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, Racha, reus erit concilio. Qui autem dixerit, Fatue, reus erit gehennæ ignis.

3. Si offers munus tuum ad altare, &c.

Dominica 6. post Pentecosten.

Et habebant pisciculos paucos, & ipsos benedixit. Matth. 8

B 3 Domi



Dominica 7. post Pentecosten.

1. *Attendite nobis à falsis Prophetis.*
2. *Qui ueniunt ad uos.*
3. *In uestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces.*
4. *Ex fructibus eorum cognoscetis eos:*
5. *Nunquid colligunt ex spinis uuas, aut ex tribulis ficus?*
6. *Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere.*
7. *Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum caelorum: sed qui facit uoluntatem Patris mei qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum.*

Dominica 8. post Pentecosten.

Luc. 6. *Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut quum defeceritis, recipiant uos in aeterna tabernacula.*

Dominica 9. post Pentecosten.

- Luc. 18. 1. *Domus mea domus orationis uocabitur.*
 2. *Domus orationis uocabitur.*
 3. *Vos autem fecistis eam speluncam latronum.*
- Dominica 10. post Pentecosten.

- Luc. 18. 1. *Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri homines: Sapientes, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus, &c.*
2. *Ieiunio bis in sabbato.*
3. *Descendit hic iustificatus ab illo in domum suam.*
4. *Percutiebat pectus suam.*

Dominica 11. post Pentecosten.

Marc. 7. 1. *Apprehendens eum (mutum & surdum) de turba seorsim, misit digitos suos in auriculas eius,*
& ex-

& expuens tetigit linguam eius, & suspiciens in caelum ingemuit, & ait illi, Epheta, id est, adaperire.

2. *Expuens tetigit linguam eius.*

Dominica 12. post Pentecosten.

1. *Magister quid faciendo uitam aeternam possidebo? Luc. 10. At ille dixit ad eum. In lege quid scriptum est, &c. Hoc fac, & uiues.*
2. *Curam illius habe, & quodcunque supererogaueris, ego quam reddero, reddam tibi.*

Dominica 13. post Pentecosten.

Ite, ostendite uos sacerdotibus.

Luc. 17.

Dominica 14. post Pentecosten.

Primum querite regnum Dei, & iustitiam eius. Math. 6.

Dominica 15. post Pentecosten.

Quum appropinquaret porta, ecce defunctus offerebatur, & turba ciuitatis multa cum illa. Luc. 7.

Dominica 16. post Pentecosten.

Cum intraret Iesus domum cuiusdam Principis Pharisaeorum, sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Luc. 14.

Dominica 17. post Pentecosten.

1. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.* Matt. 22.
2. *Diliges proximum tuum sicut teipsum.*
3. *In his duobus mandatis uniuersa lex pendet & Propheta.*

Dominica 18. post Pentecosten.

1. *Et uidens Iesus fidem illorum, dixit paralytico; Confi te fili, remittuntur tibi peccata tua.* Math. 9.
2. *Videns fidem illorum.*
3. *Ut sciatis quia Filius hominis habet potestatem*



remittendi peccata super terram.

Dominica 19. post Pentecosten.

1. *Amice quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem?*
2. *Reliqui tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt.*
3. *Rex cum audisset, iratus est, & c.*

Dominica 20. post Pentecosten.

Ioan. 4. *Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus, & ibat, & c. & credidit ipse, & domus eius tota.*

Dominica 21. post Pentecosten.

Matth. 22. *Sic & Pater meus caelestis faciet uobis, si non remiseris unusquisq; fratri suo de cordibus uestris.*

Dominica 22. post Pentecosten.

Matth. 22.

1. *Mittentes discipulos suos cum Herodianis.*
2. *Reddite quae sunt Caesaris Caesari, & quae sunt Dei Deo.*

Dominica 23. post Pentecosten.

Matth. 9.

1. *Ecce princeps unus accessit, & adorauit eum.*
2. *Si tetigero tantum uestimentum eius, salua ero.*
3. *Confide filia.*

Dominica 24. post Pentecosten.

Matth. 24.

1. *Tunc si quis uobis dixerit, Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere.*
2. *Si dixerint uobis, ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere.*
3. *Nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua ois caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi.*
4. *Dabunt signa magna & prodigia.*
5. *Ubiunque fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilae.*
6. *Tunc parebit signum Filij hominis in caelo.*

EVAN-

EVANGELICI TEXTVS

in Festis Christi & Sanctorum.

In die S. Andreae Apostoli.

Venite post me, & faciam uos fieri piscatores hominum. Matth. 4.

In die S. Thomae Apostoli.

1. *Cum sero esset, & fores esset clausae, uenit Iesus.* Ioan. 10.
2. *Beati qui non uiderunt, & crediderunt.*

In die Natalis Domini.

Pax hominibus bonae uoluntatis. Luc. 2.

In die S. Stephani.

Quoties uolui congregare filios tuos sicut gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti. Matth. 23.

In die S. Ioannis.

1. *Hic est discipulus ille, quem diligebat Iesus.* Ioan. 12.
2. *Quum senueris extends manus tuas, & cinget te alius, & ducet quod non uoles.*

In die SS. Innocentium.

Herodes iratus mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius a bimatu, & infra. Matth. 2.

In die Circumcisionis Domini.

Et uocatum est nomen eius Iesus. Luc. 2.

In die Epiphaniae.

1. *Et uenimus adorare eum cum muneribus.* Matth. 2.
2. *Magi uenerunt ab Oriente Hierosolymam.*
3. *Et procidentes adorauerunt eum.*

In die Purificationis B. Virginis.

Et postquam impleti sunt dies purificationis eius secundum legem Moysi, tulerunt eum in Hierusalem, ut sifterent eum Domino. Luc. 2.

In



In die S. Matthie Apostoli.

Confiteor tibi Pater, &c. quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, et revelasti ea paruulis.

In die Annunciationis B. Virginis.

1. Ave gratia plena, Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus.

2. Gratia plena.

3. Quomodo fiet mihi istud, quoniam virum non cognosco?

Feria 2. Paschæ.

Luc. 24. 1. Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam?

2. Et factum est dum recumberet, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis: & aperti sunt oculi eorum.

Feria 3. Paschæ.

Luc. 24. 1. Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas.

2. Et prædicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem.

In die S. Marci.

Luc. 10. Orate Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.

In die SS. Philippi, & Iacobi Apostolorum.

Ioan. 14. 1. In domo Patris mei mansiones multe sunt.

2. Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovistis me.

3. Nemo venit ad Patrem, nisi per me.

In Inventionem S. Crucis.

Ioan. 3. 1. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita oportet & Filium hominis exaltari.

2. Vt omnis qui credit in eum non pereat, &c.

In die Ascensionis Dominicæ.

1. Exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiã cordis, quia ihs, qui viderant eum resurrexisse, non crediderant. Marc. 14.

2. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit.

3. Dominus Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in caelum.

Feria 2 Pentecostes.

Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Ioan. 3.

Feria 3. Pentecostes.

1. Qui intrat per ostium, Pastor est ovium. Ioan. 10.

2. Alienum non sequuntur, sed fugiunt ab eo.

3. Quia non nouerunt vocem alienorum.

4. Fur nõ uenit, nisi, ut furetur, & mactet, & pdat.

In die venerabilis Sacramenti.

Caro mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. Ioan. 6.

In die S. Ioannis Baptista.

1. Ioannes est nomen eius. Luc. 1.

2. Quis putas puer iste erit?

In die SS. Apostolorum Petri & Pauli.

1. Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Matth. 18.

2. Et super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.

3. Aedificabo.

4. Et super hanc Petram.

5. Ecclesiam meam.

6. Et portæ inferi non preualebunt aduersus eam.

7. Tibi dabo claues regni caelorum.

In die Visitationis B. Virginis Mariæ.

- Luc. 1.** 1. *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.*
 2. *Et vnde hoc mihi, vt mater Domini mei veniat ad me?*

In festo Beatæ Mariæ Magdalenæ.

- Luc. 7.** 1. *Stans retrò secus pedes eius lachrymis cepit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabat pedes eius, & unguento ungebat.*
 2. *Capillis suis tergebat, & osculabatur, & unguento ungebat.*
 3. *Fides tua saluam te fecit.*

In festo S. Iacobi Apostoli.

- Matt. 20.** *Sedere ad dexteram meam, vel ad sinistram, nõ est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo.*

In die S. Laurentij Martyris.

- Ioan. 12.** *Si quis mihi ministrauerit, Pater meus honorificabit eum.*

In festo Assumptionis B. Mariæ Virginis.

- Luc. 10.** *Maria optimã partẽ elegit, quæ nõ auferetur ab ea.*

In festo Sancti Bartholomæi Apostoli.

- Luc. 6.** *Vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis: quos & Apostolos nominauit.*

In Natiuitate Beatæ Mariæ Virginis.

- Matt. 1.** *Iacob autem genuit Ioseph, virum Mariæ, de qua natus est Iesus.*

In festo S. Matthæi Apostoli.

- Matt. 9.** *Misericordiam volo, & non sacrificium.*

In festo Sancti Michaelis Archangeli.

- Matt. 18.** *Angeli eorum in caelis semper vident faciem Patris mei qui in caelis est.*

In festo Simonis & Iudæ.

- Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum quod seruiabunt.* **Ioan. 15.**

In festo omnium Sanctorum.

- Gaudete, & exultate, quia merces vestra copiosa est in celo.* **Matth. 5.**

In commemorat. omnium fidelium defunct.

1. *Et procident qui bona egerunt in resurrectione vite, qui verò mala egerunt in resurrectionem iudicij.* **Ioan. 5.**
 2. *In resurrectionem vite, & in resurrectionem iudicij.*

In festo S. Martini Confessoris & Episcopi.

- Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.* **Luc. 11.**





INDEX RERVM

QVAE DVABVS PARTIBVS

huius operis continentur, in quo litte-
ra a, priorem, b, posteriorem
partem designat, numerus
vero paginam.

A

A bsinentia carniū certis diebus cur præci- piatur 96.a	
Adorare quid	290.a. 264.b
Adoranda Eucharistia, vide inf. Eucharistia	
Aetiani Protestantium patres	90.a
S. Ambrosij locus explicatur	4.a
Angeli cognoscunt nostra	160.a
Angelorum custodia fuscè probatur	243.b. & seq.
Anglicanæ hæresis barbaries	104.b
Angloaluinistarum sœdum iuramentum	287.a
Animas defunctorum precibus viuorum iuuari	287.b
Animi mala difficilius curantur	300.b
Antichristum quomodo persequantur hæretici	190.a
Antiquitas ueræ doctrinæ nota	62.a
Apostoli quum summa potestate missi	226.b
Apostolorum fides vacillabat	58.a
Apostolorum potestatem restringit Caluinus	155.a. & seq. 223.b. & seq. 226.b
Arcam honorandi causæ duæ	155.b
Ascensio Christi non repugnat eius præsentia in Eucharis- tia. 135.a	
Assumptio B. Virginis in corpore	216.a
S. Augustini locus de libertate ieiunij exponitur	96.a. & seq. Eiusdem doctrina de predestinatione
82.a	
Antennas uitæ commendatur in Ioanne Baptista	13.a

B

B aptismus Christi a baptismo Ioannis qui differat	16.a
Baptismus Ioannis specialis	15.a. & seq.
Baptismus paruulis dandus in fide Ecclesiæ	111.b. & seq.
Baptismus radix, non causa proxima beneficiorum per Christum	121.b
Bene-	

INDEX.

Benedictio creaturarum	170.a, 121.b. & seq.
Benedicere Dei est benefacere	118.a
Benedictionis ceremonia antiqua	122.b
Beza contra literam Euangelicam pugnat	173.a, in expo- sitione Scripturæ Caluino contradicit
14.b, 172.b	

C

C aluinus à seipso refutatur	33.a, 53.a, 57.a, 60.a, 275.a 297.a, 301.a, 176.b, veterib. hæreticis deterior. 114.a
Judæis magis fauet, quàm omnibus hætenus Christianis	116.a, egregiè lapsi agit 175.a, verbis Christi totis inge- nij viribus reluctatur 210.a, Christo contradicit 236.a
20.b, 295.b, Deum Legislatorem ridiculū facit 254.b, ex Scriptura, quàm pro se adfert, refutatur. 255.a, quæ- tionem fugit, in qua se causa cadere videt 274.a, sta- tum quæstionis declinat 277.a, alios accusat, ut suum erimen tegat 285.a, Schismata defendit ipse schisma- ticus	320.a
Caluini astutia 289.a, canilla putida diluuntur 215.a, ab- surdæ disputatio 289.a, impia consequentia 316.a, strat- agelenta doctrina, ut Scripturas eludat 276.a, Spiritus ethnicus 175.b, testimonium contra libertatem religio- nis 159.a, tergiversationes contra apertam veritatem 278.a, triumphus ante victoriam	176.b. & seq.
Caluini blasphemia	152.a. & seq.
Caluini calumniæ mendaces	57.a, 269.a. & seq.
Caluiniana pax refutatur	13.b
Caluiniana certitudo Caluini argumento refellitur	53.a
Caluiniianum ieiunium non nisi ad corporis cultum per- tinet.	34.a. & seq.
Caluini stupidum argumentum	226.b, 248.b
Caluini ridicula euasio	247.b
Caluini cauillationes refutantur	291.b
Camelorum pilis contextam uestem quomodo hæretici intelligant	130.a. & seq.
Candelarum ceremoniæ	36.b
Catechumeni quadragesimam ieiunabant.	92.a
Catholici hominis argumentum	84.b
Ceremoniæ Deo gratæ 123.a, earum usus	39.b
Ceremoniæ sacramentales 232.a, cur in luce Euangelij retinean-	



I N D E X:

retineantur	241.b
Certitudo Caluiniana Caluini argumento refellitur	53.a
Charitatis commendatio	147.a. 148.a
Charitas igni comparatur	148.a
Charitas nos iustificat	149.a
Charitas testimonium inhabitantis Spiritus sancti	12.b
Charitas uestis nuptialis	270.a
Charitas quomodo ædificet	46.b
Christus Apostolos misit	4.b
Christus Ecclesiæ semper adest	157.a
Christus mediator non excludit sanctos	140.a. 194.a
Christi nomen cur non vt Iesu veneremur	27.b
Christus quorum aduocatus, & quando	5.a
Christus solus audiendus quomodo	108.a
Christus in Eucharistia adorandus	34.b
Ciborum delectus defenditur contra hæreticos	95.a
Circumgestatio venerabilis Sacramenti	153.b
Communio sub utraque specie impugnatur	69.b. & seq.
Claues in scriptura quid signent	190.b
Concupiscentiam exaggerant hæretici	196.a
Confessionis sacramentalis necessitas	55.a. & seq.
Cooperatio nostra in iustificatione	122.a
Contritio non meretur remissionē peccatorum, sed disponit ad eam	206.b
Conscientijs pacem quomodo promittant hæretici	186.a
Corporum penetrationem dari contra Caluinum	127.a
Corporis Christi diiudicatio duplex	149.b
Crederē in Christum quid	126.b
crucis contemptus ad crucifixum contemnendum manuducit	23.a
crucis signo hæretici contradicunt	22.a
crucis signum in Sacramentis	24.a. in Cælo
crucis signo se signare, religio Christianis propria	25.a
crucis collo circumgestatē ante annos 1200.	105.b
crux Christi adoranda 101.b. eius laudes 102. b. efficacia	104.b
cultus Dei exterior	239.b
cultus sanctorum in Ecclesia ab omni superstitione liber,	265.b

Decre-

I N D E X,
D

Decreta Apostolorum propria	229.b
Denotio externa defenditur	230.a
Deus in templo facilius exaudiet	219.a
Deus in templis habitat	221.a
Diiudicatio corporis domini duplex	149.b
Dilectionis Dei præceptum explicatur	252.a
Dilectio fraternalis necessaria ad salutem	281.a
Discretionis Spiritus in quibus sit	171.a
Disputare de scripturis non est cuiusuis	102.a
Disputandum cum hæreticis non est	242.a
Docendi potestas in Ecclesia,	68.a
Doctrina non scripta	236.a
Dolor præcipua pars penitentiae	203.b
Diaboli testimonium cur non admitteret Christus	103.a
Dulia quid	264.b

B

Ecclesiæ autoritas circa festa sanctorum	23.b
Ecclesiam audiens Christum audit 109.a, 106.b, 110.b	
Ecclesia Catholica vnde uocetur	163.a
Ecclesiæ catholicæ perpetuitas	64.a, 177.b
Ecclesia catholica tenenda	301.a, & seqq. 79.b, 84.b
Ecclesia eiiciendi demones potestatem accepit	115. a,
sacrificium altaris habet	169.a
Ecclesiæ & Synagogæ lata differentia 317. a, Ecclesiæ catholicæ miracula defenduntur	318.a
Ecclesiæ Christi exordium vnicum	86.b
Ecclesiæ fides à Christo laudata	9.b
Ecclesia lux mundi 314.a, ciuitas supra montē. 314.a. 81.b	
lucerna accensa	315.a
Ecclesiæ magisterium impugnant hæretici	194.a
Ecclesiæ magisterium circa leges- motum, & fidem	115.a
251.b, & seq.	
Ecclesia malos, & bonos continet	181.b
Ecclesia non errans, est ecclesia vocatorum	308.a
Ecclesiastica docendi potestas.	68.a
Ecclesiastica potestas in remittendis peccatis.	128.a
Ecclesiastica potestas ad reges non pertinet	286.a
Ecclesiasticæ potestatis plenitudo Petro commissa	189.b

Domin. Cathol.

C Ecclesia.



INDEX

Ecclesiasticæ potestatis uocabula	223.b
Ecclesiæ testimonium generat fidem	144.a
Ecclesia est testis ueritatis loco Christi	108.b
Ecclesia uera semper uisibilis	307.a.79.b
Ecclesia una	129.a.& seq.
Extra Ecclesiam non est salus	131.a
Elemosynæ meritum	212.a
Episcopi à presbiteris differunt	7.b
Eremiticam uitam Christus laudat	11.a.& seq.
Euangelij propagandi ordo	87.b
Eucharistia adoranda	190.a.34.b.141.b.148.b.& seq.
Eucharistiæ ueritas cõfirmatur. 117.a.135.a.139.b.& seq.	
Eucharistia uocatur panis	147.b
Eucharistiæ circumgestatio in supplicationibus antiquissima.	153.b.& seq.
Exorcismi Catholici defenduntur.	114.a

F

Festa cur celebranda	36.a.268.b.& seq.
Festa Sanctorum instituit Ecclesia	23.b.267.b
Fide orthodoxa opus ad intelligendas scripturas	73.b
Ex figura ductum argumentum ualeat	157.b
Fides sola impugnatur. 143.a.152.a.164.a.279.a.280.a & seq.	
Fides sola non iustificat	235.a.242.a
Fides sola saluum non facit	288.a
Fidei cur tribuatur salus	265.a
Fides habet gradus, & amitti potest	58.a
Fidei firmitas ex duobus consistit	145.a
Fides aliena prodest ad salutem	267.a.& seq.
Fides quouis peccato non amittitur	60.a
Fides quæ à Christo laudetur	200.a
Fides nõ est fiducia, nec semper cum illa coniuncta.	263.a
Fides specialis nullos saluauit in Euangelio.	261.a.264.a
Fides est primus aditus ad uitam	124.b
Fiducia quid.	263.a

G

Gloriari in bonis operibus interdum licet	227.a
Græca Ecclesia cur sic dicta	304.b
Gratiæ eertitudo hæretica rejicitur	10.b

Gratiam

INDEX.

Gratiam Christi negant hæretici	196.a
Gratiam Dei extollunt hæretici	193.a

H

Hæresis causa est uitæ impietas	254.b.& seq.
Hæreses omnes nouæ sunt	61.a
Hæresis lepra	241.a
Hæresis modernæ quàm impiæ	297.b
Hæresis recidua, febri recidua comparatur	301.b
Hæreticorum calumnia duplex	221.a
Hæreticorum calumnia rejicitur	155.a, & seq. 164.a, & seq.
Hæretici cauendi 174.a, non audiendi	129.b, 132.b, & seq.
Hæretici scriptum uerbum flagitant, sed illud pro suo arbitratu corrumpunt	
Hæretici Christus positus in ruinam	174.a
Hæretici Christianos peruertunt	22.a
Hæreticorum contubernium uitandum	177.a.136.b
Hæreticorum contra hæreticos testimonia	241.a.& seq.
Hæretici cur errent 41.b, & tales permaneant	158.b
Hæretici cur Ecclesiam non audiant	48.b
Hæretici detrahunt passioni Christi	119.a.107.b
Hæretici diabolum in citandis scripturis imitantur	83.b
Hæreticorum doctrina negatiua	107.a
Hæretici eradicandi	137.b
Hæretici fronte carent	66.a.& seq.
Hæreticorum fructus proprij	234.b
Hæretici fures 225.a.& seq. 136.b.& eorum facta blatiua	201.a.& seq. 206.a
	138.b
Hæretici iuste puniri possunt	158.a
Hæreticorum impudentia	73.a.92.b
Hæreticorum incredulitas	116.a.& seqq. 107.b
Hæretici lupi rapaces	178.a.& seqq.
Hæreticorum Magistrj describuntur	93.b.256.b
Hæreticorum maledicentia 119.a. mendacium	148.b
Hæreticorum missio imaginaria	91.b
Hæretici morte mulcandi	67.a
Hæretici non audiendi	130.b.& seq.
Hæretici noui Micholites	156.b

C 2

Hæretico-



I N D E X.

Hæreticorum obseruationes impie	46.a, Pharisæicæ	249.a
Hæretici per scripturas decipiunt		101.a
Hæretici plus sibi arrogant quam Christus		4.b
Hæreticus quomodo ex fructu cognoscatur		203.a
Hæretici seipfos glorificant		120.a, & seq.
Hæretici serpentibus comparantur		309.b
Hæretici seipfos mittunt		5.b
Hæreticorum superbia		105.a, 76.b, 111.b
Hæreticorum sycophantia		120.a
Hæretici veniunt, non mittuntur		177.a
Hæretici verbum Dei corrumpunt		10.a, & seq.
Hæreticorum uoces diabolicæ		101.a
Humilitas ad credendum necessaria		43.b
Hypocritis argumentum pietatis		167.a

I

I dololatria in Ecclesia Christiana impossibilis		148.b
Ieiunij cause ac fructus		94.a, & seq.
Ieiunia, & orationes cultus sunt Dei		30.a
Ieiunium ad Dei cultum per se pertinet ratione finis		33.a, & seq.
Ieiunium Caluiniianum non nisi ad corporis cultum pertinet		34.a, & seq.
Ieiunium quadragesimale defenditur		89.a, & seq.
Ieiunia repetita defenduntur		228.a
Ieiunium sub præcepto est. 95.a, & fuit tempore S. August.		97.a
Iesu sanctissimum nomen venerandum		24.b, & seq. ex empla huius uenerationis
Ielus est nomen Dei		29.b
Imagines deturbant hæretici		189.a, & seq.
Impietas uitæ causa omnis hæresis		254.b, & seq.
Infirmi in fide quomodo firmandi		47.b
Inuocationis Sanctorum exempla		273.b
Iudæi omnium reproborum typus		81.a
Iudicium extremum peccatoribus terribile, 2. a, illud eleuant hæretici.		1.a
Iustitia ex lege, quomodo opponitur iustitiæ fidei		255.a
Iustitia bonorum operum defenditur		226.a, & seq.
Iustitia Dei retribuit bona non secus ac mala		75.a
Iustitia		

I N D E X.

Iustitia Dei quæ,		243. & seq.
Iustitia imputatiua refellitur		141.a
Iusti vocantur etiam qui interdum peccant.		195.a, & seq.
Iustificatio non est sola peccatorum remissio		229.a

L

L ex conuincit homines suæ infirmitatis, non damnationis.		255.a
Legis iustitia quomodo opponitur iustitiæ fidei.		255.a
Legis obedientiam cur exaggerent hæretici		195.a
Libertatem Euangelicam docent hæretici, & omnem pietatem tollunt.		188.a
Liberrimum arbitrium cooperatur in conversione nostra ad Deum,		85.a, & seq. 87.a, & seq.
Liberrimum arbitrium defenditur		15.b, 294.b
Liberrimum arbitrium hæretici tollunt		193.a
Liberrimum arbitrium probatur		86.a, 18.b
Lignu crucis dominicæ quæ preciosum apud ueteres.		103.b
Lingua uulgari non orandum publice		192.a, & seq.
Lutherani adorationem Eucharistiæ ex scriptura probant		150.b
Lutheri arrogantia		206.a

M

M agdalene penitentia		202.b
Magistratus ciuilibus Ecclesiæ ministros mittere non potest		7.b, & seq.
Magos tres fuisse ac Reges		32.b
Manna uerus cibus, sed non uerè cibus		147.b
Manuum impositio ceremonia necessaria		90.b
B. Mariæ Virginis uariæ uirtutes. 45.a, & seq. a 15.b, & seq.		220.b, & seq.
Mater Dei, quanta dignitas		198. & seq.
Maria Virgo Mater fidelium		231.b
Eadem defenditur		39.a, 40.a, 43.a, 44.a, 236.b
cur gratia plena dicatur		54.b, & seq.
cur altera Eua		216.b, 223.b
cur honoranda 195.b, & seq. uirginitatem uouit		60.b
Matrimonium cur aded suadeant hæretici		196.a
Mediator unus Christus quomodo		194.a, 99.b, & seq.
Merita bonorum operum cur negent hæretici		197.a

C

3

Merita



I N D E X

Merita bonorum operum probantur	74.a. 191.a. & seq.
Meritorum diuersitas probatur ex Scriptura	96.b
Merita Sanctorum uiuentibus profunt	271.b
Mercenarios, ut taxent heretici	191.a
Michol typus hereticorum	113.a, 156.b, & seq.
Ministerij Ecclesiastici ornamenta	212.b
Miracula Ecclesie Catholice defenduntur	318.a
Missio predicatorum uerbi	177.a, 3.b, & seq. 90.b & seq. 117.b. & seq.
Monachos rident heretici	250.a
Mortificatio testimonium Spiritus sancti	12.b
Mulier fugiens Apocal. 12. quomodo ad Ecclesiam pertinet	310.a

N

Natiuitas B. Virginis cur celebretur	228.b, & seq.
Natura non peccat, sed uoluntas praua	208.a
Nominum impositio in baptismo uisitata	160.b
Nouitas doctrinae haeresim arguit.	61.a

O

Obedientia fides quae	41.b
Oculampadius falsarius, & corruptor	153.a
Operum bonorum necessitas	70.a, & seqq. 164.a. 209.a. 257.a, 270.a, 281.a, 67.b, 275.b, & seq.
Operum bonorum merces	119.a, & seq. 94.b
Opera bona distinguuntur à fide	71.a
Opera bona defenduntur	226.a, & seq.
Opera Euangelica laboriosa	71.a
Opera supererogationis	238.a
Opus mercenarium quale	192.a
Orationes sunt cultus Dei	30.a
Ordo in Ecclesia seruandus	53.a, & seq.
Orientalis Ecclesiae amplitudo	304. b, eius reciduae ibi. & seq.

P

Pacem promittunt heretici conscientijs, quas praecipitant.	186.a
Paruuli nullam habent fidem actus propriam	112.b
Passionis Christi duo beneficia heretici occultant	185.a
Passionis Christi vis	283.a, 68.b
Passionis	

I N D E X.

Passionis Christi merces est Ecclesiae propagatio	81.b
Patrum auctoritatem heretici spernunt	181.a
Pax à Christo in terras allata, quae	10.b
Pax falsa hereticorum	11.b
Peccatorum discrimen	167.a, & seq.
Peccata hereticis propria	204.a, & seq.
Peccatum lepra	54.a, & seq.
Peccata post baptismum, non remittuntur per baptismum	114.b
Pecati recidua	302.b
Peccata remittit Ecclesia	128.a
Penetratio corporum datur contra Caluinium	127.a
Peregrinationes ad loca facta	7.a, & seq. 31.b
S. Petrus Apostol. non omnium Apostolorum nomine confessus est Christum	173. b, caput Apostolorum non magis Apostolus
S. Petri potestas ad eius successores deriuatur	174.b
S. Petri primatus in scriptura fundatus	162. b, & seq.
S. Petri praerogatiuae	161.a, & seq.
S. Petri Romae martyrium	21.b, & seq.
Phariseus Luc. 18. cur reprobus	227.a
Philippus de Mornay refellit	6.b
Poenitentia ad Christum uia	17.a
Poenitentia necessaria ad remissionem peccatorum	19.a
Poenitentiae nomen in Euangelio quid significet	20.a
Poenitentiae sacramentum heretici tollunt	114. b, & seq. 201.b, & seq.
Poenitentiae lex.	203.b
Potestas ecclesiastica ad reges non pertinet	286.a
Potestatis ecclesiasticae uocabula	23.b
Præcepta Dei ex obligatione seruanda	251.a
Præcepta per charitatem implentur	147.a
Præcepta Ecclesiae obligant	251.b, & seq.
Prædestinationis doctrina ab hereticorum calumnijs uindicatur	79.a, & seq. 82.a
Prædicationis euangelicae uerum exordium	87.b
Predicatorum missio	90.b
Preces non intellectae placent Deo	124.a
Preces iterandae contra hereticos	52.b



I N D E X.

Presbyteros hæretici pates faciunt Episcopis, & cur 6.b
 Protestantium dogmata negatiua 137.b
 Purgatorium probatur 277.b. & seq.

R

Redemptionem per Christum quomodo hæretici do-
 ceant 184.a. & seq.
 Reformatores lupi 180.a
 Regnum Dei quomodo nobis adueniat 150.a
 Regnum Christi in Ecclesia 81.b
 Regis non est de fide iudicare 286.a. & seq.
 Reliquiarum cultus, & uirtus 125.b. 292.a
 Reliquiarum beneficio facta miracula defenduntur con-
 tra hæreticos 112.a
 Remissio peccatorum in Ecclesia 269.a
 Roma laudatur 250.a
 Romana Ecclesiæ primatus 88.b
 Rosariorum usus defenditur 49.b. & seq. 53. b

S

Sacerdotalis autoritas 239.a
 Sacerdotes honorauit Christus 63.a. & seq.
 Sacerdotes uere peccata remittunt 128.a. & seq.
 Sacramenta quomodo retineant hæretici 201.a
 Sacrificium altaris habet Ecclesia 169.a
 Sacrilegi diuinitus puniti 214. b
 Saluatio Angelica frequenter repetenda 49.b. & sequ.
 53. b
 Sancti, eorumque reliquiæ colendæ 125.a. & seq.
 Sancti cognoscunt nostra 160.a
 Sanctorum inuocatio defenditur 140.a. 261.b. & seqq.
 Sancti quomodo mediatores nostri 194.a
 Sanctorum merita uiuentibus profunt 271.b
 sanctorum miracula contra hæreticos defenduntur 112.a
 sanctorum patrocinia 212.a
 sanctificatio per creaturas 233.a
 satisfactio Christi non repugnat purgatorio 282.b
 scripturæ difficiles sunt 72.b
 scripturis hæretici illudunt 283.a
 scripturas hæretici deprauant 178.a. 74.b
 neque intelligunt 77.b

Scripturis

I N D E X.

Scripturis hæretici decipiunt 101.a. & seq.
 Scripturam legere ac exponere non omnes debent 69.a.
 72. b. & seq.
 Scripturam solam cur urgeant hæretici 194.a
 Scripturarum, sensus spectandus, non litera 107.a
 Scripturas vulgo tradunt, & vulgus per illas perdunt hæ-
 retici 198.a
 Scripturæ uisibilem Ecclesiã describunt 313.a. 79.b. 81.b
 ex Scripturis malè intellectis hæreses omnes ortæ 104.a
 Sepultura solennis defenditur 247.a
 Serui inuiles in Euangelio qui
 signa in sacramentis cur 72.a
 specialis fides nulla 241.b. & seq.
 spiritus Dei facit uocem hæreticorum odiosam 261.a. 264.a
 135. b
 Spiritus sancti duplex officium 152.a
 Spiritum sanctum sibi uendicant hæretici 190.a
 Spiritus sanctus ἀγία πνεύμα 137.a
 spiritus discretionis in quibus sit 175.a
 successio perpetua in uera Ecclesia 86.b. & seq. 88.b. & seq.
 127.b. 128. b
 superbia hæreticorum 205.a
 superbus intelligere non potest 46.b
 superstitiones gentilitiæ ad Dei cultum conuersæ 40. b
 superstitiones se tollere fingunt hæretici & impietatem
 substituunt 189.a
 symbolum Apostolorum quomodo proficiantur hæretici 200.a
 synagogam Christus honorauit 53.a
 synagogæ & Ecclesiæ lata differentia 317.a

T

Templum locus sacrificij 214.a
 Tempia potissimum ad orandum instituta 216.a
 in Templo sanctius, quam extra colitur Deus 218.a
 Tempia in honorem B. Virginis 233.b
 Tempus misericordiæ & iudicij 3.a
 Testari plus quam annunciare 109.b
 Traditiones probantur 136.a
 Traditiones Apostolicæ 165.a
 Transsubstantiationis documentum ex Euangelio 50.a
 & sequen.

Yafa



I N D E X.

V

VAla & ornamenta Ecclesiastica	272. b
Verbum Dei est propriè prædicatum non scriptum	83. a
Verbum Dei scriptum hæretici flagitant, sed illud pro suo arbitratu corrumpunt	174. a
Veritas toti Ecclesiæ communis	137. a
Veritatis promissio triplex	138. a
Vestis nuptialis quæ sit	274. a. & seq.
Viduitatis votum ex Apostolo	63. b. & seq.
Virginitatem tollunt hæretici	196. a
Virginitatem nouit B. Virgo	60. b
Virginitatis votum probatur	59. b. & seqq.
Vita æterna honorum operum merces est	74. a. 119. a. & 209. b. & seq.
Vitæ austeritas in Ioanne commendatur	13. a
Vocabula fidei noua	139. a
Vocatio legitima prædicatorum uerbi	121. a. 177. a. 3. b. & seq. 90. b. & seq.
Voluntas bona quæ	10. b
Voluntarij cultus	30. a. & seq.
Voluntati Dei quatenus nostra conformari debeat	41. a
Voluntas Deorum non sit in omnibus efficax	81. a
Voluntas Dei congregandi peccatores, qui tamen non congregantur, qualis	18. b
Voluntatem Dei facere quid significat	210. a
Votum viduitatis ex Apostolo probatur	63. b. & seq.
Vt sæpè in scriptura consecrationem significat	80. a
VValdenses hæretici, monachi non approbati.	113. a

F I N I S.

PROM.

P R O M P T V A R I V M
C A T H O L I C V M
S V P E R E V A N G E L I A
D o m i n i c a l i a t o t i u s a n n i .

D O M I N I C A P R I M A A D V E N T V S .

Tunc videbunt Filium hominis venientem in nube Luc. 21.
cum potestate magna & maiestate.



LOCVS proprius explicandi contra De extremo hæreticos nostri temporis terrorem mo iudicij, & secundi Aduertus cio, filij Dei, Hæretici hodie vt suam solam fidem ac cercitudinem gratiæ statuunt, omnemq; Diuinæ iustitiæ timorem hominum animis & conscientijs penitus eximant (qui pri- In præfa. mus & potissimus Lutheri scopus fuit quum has in Eccle- ad Lectio- sia turbas principio excitaret, ut alibi à nobis est explica- rem. li. de tum:) etiam hanc de extremo iudicio doctrinam cotrum- Iustificat. punt. [Non modica certè est securitas (ait Caluinus) quod præmissa. non ad aliud tribunal sistimur, quàm Redemptoris nostri Instit. lib. à quo salus sit expectanda: tantum abest ut in condemna- 2. cap. 16. tionem nostram tribunal sit conscensurus. Ergo in hunc fi- nu. 18. nem Pater Filium honorauit, omne iudicium illi deferēs, ut ita conscientijs suorum terrore iudicij) trepidis consul- verit.] Hæc ille. Sic & alij hæretici hunc extremi iudicij locum frigidissimè tractant, ut soli sui fidei & fiduciæ perpetuæ consulant: [Qui crediderint (ait Beza) sicut ex fidei Confess. fructibus cõstabit sicut Christi cohæredes. [Toru fidei tri- dei cap. 6. buunt, ne iustitiæ examini terrore, iudicio ullus locus sit. Docendus ergo diligenter hoc loco populus fidelis, quod in extremo iudicio Christus, non ut Redemptor sed ut Iudex, non in humilitate, sed [in potestate magna,] non in paupertate



Lucæ 11.

No. prio-
ri de Cru-
ce & La-
trone.
Hebr. 10.

Matth. 7.
Terror di-
uini iudi-
cij.

Sophon.
cap. 1.

Pfalm. 9.
Cap. 13.

Cap. 7.

Rom. 2.

Pfal. 74.
Iudicium
extremū
peccatori-
bus terribi-
le.

Ioan. 3.
Rom. 2.

Promptuarium Catholicum

2
 paupertate humana, sed in fmaiestate diuina] uenturus est.
 Quia terribilis aduentus erit, ideo signa terribilia præmit-
 tit. *Erunt signa in sole & luna, & stellis, & in terris pressura
 gentium præ confusione sonitus maris, & fluctuum, auersan-
 tibus hominibus præ timore & expectatione quæ superueniet
 uniuerso orbi. Nam & uirtutes calorū commouebuntur,*
 id est, ait Chrysostr. [Ipsi Angeli tremēt, quia sicut uehemē-
 tem iudicem cognoscent, ubi non tantū rei & cōsej, sed &
 circumstantes innoxij terrentur constantia iudicis.] Sic de
 hoc iudicio Paulus: *Voluntariō peccatibus nobis post acceptā
 uotiā ueritatis iam non relinquitur pro peccatis hostia, ter-
 ribilis autē quādā expectatio iudicij, & ignis amulatio, quæ
 consumptura est aduersarios,* id est, transgressores legis Di-
 uinæ, quos p hostibus Deus habet. Unde & Christus in die
 iudicij diciturus est. *Discedite à me qui operamini iniquita-
 tem. Nescio uos.* Quare de hoc iudicij die, quæ ab omni ter-
 rore vacuū uolunt iudiciarij hæretici, sic Propheta loquitur:
*Dies illa, dies ira, dies tribulationis & angustia, dies en-
 lamitatis & miseria, dies tenebrarū & caliginis, dies nebulæ
 & turbinis, dies tubæ & clangoris super ciuitates munitas
 & super angules excelsoꝝ, à super potētes peccatores, qui glo-
 riantur in malitia & potētes sunt in iniquitate.* De hoc die
 David: *Cognosceat Dominus iudicia faciens.* De hoc Eliaise:
*Eccc dies Domini ueniet crudelis & indignationis plenus, &
 ira furorisq; ad ponendum terrorem in solidandū, & pecca-
 tores conterendos in ea.* De hoc die Ezechiel: *Fini uenit, ue-
 nit finis. Euigilauit uersus te ecce uenit. Immittā furorē
 meū in te, & iudicabo te iuxta uias tuas, & ponam cōtra te
 omnes abominaciones tuas.* De hoc denique Paulus, *Cor im-
 pœnitens thesaurizat sibi iram in die ira.* Vocat diē iudicij
 diem iræ, de quo David: *Ego cū tempus accepero, iustitias iu-
 dicabo.* Est autem dies iræ, dies terribilis iudicij, dies furo-
 ris &c. non propter incredulos tantū (ut uolunt hæretici)
 sed propter peccatores. Examen terribile fiet non fidei (qui
 enim nō credit iū iudicatus est) sed operū bonorū & malo-
 rū. Sic aperit Paul. *Omnes nos, (id est, fideles & iam creden-
 tes in Christi) stare oportet ante tribunal Christi, ut refe-
 rat unusquisq; prout gessit in corpore siue bonū siue malum.*
 Ascendet ergo tribunal suū ad cōdemnationē nostrā (quic-
 quid

Deminic. I. Aduentus.

3

quid impostor Caluinus mētiatur) si bona opera nō aut-
 lerimus, utēque fidem atq; fiducia retineamus. Quare di-
 lectissimē Christus in die iudicij pp bona opera ad uitam
 æternā credentes occipit, propter mala opera in ignē æternū
 ēt credētes abire iubet. *Dicet. Venite benedicti Patris
 mei, possidete paratum uobis regnum a constitutione mō di.*
Esuriu. n. & dedit u mibi manducare, &c. Declarat Chri-
 stus paratū quidē fuisse ab æterno electis regnū, sed causā
 subiungit, opēra bona. Sic alibi Christus rogatus a matre
 Zebedæorum, ut duo filij eius, Iacobus & Ioannes, se-
 derent ad dextrā & sinistrā eius, proponit primō de bonis
 operib. *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sū?* Sed
 quid apertius iudicij extremi formam describit, quā alia
 uerba Christi, ubi ad sanctitatem & perfectionē Christia-
 nam exhortās, docensq; unumquemq; abnegare seipsum,
 tollere Crucem suam, & sequi Christum, concludit. *Filius
 enim hominis uenturus est in gloria Patris sui, & tūc reddet
 unicuiq; iuxta opera sua.* Hæc est forma futuri iudicij,
 quando ueniet Christus in maiestate sua. Erit tunc iustus
 iudex, non misericors liberator. Tunc est tempus iudi-
 cij, nunc misericordie. Hanc temporum distinctionē Da-
 uid disertē docuit, dicens. *Misericordiam & iudicium can-
 tabo tibi Domine.* Super quæ uerba August. ait. [Si per tem-
 pora distinguamus hæc duo, forte inuenimus modo tēpus
 misericordie, futurum autem tempus iudicij. Ideo non si-
 ne causa eo ordine posita sunt, ut non diceret iudicium &
 misericordiam, sed misericordiā & iudicium.] Sic hæc tē-
 pora distinguunt scriptura: De tempore misericordie di-
 citur: *Eccc nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salu-
 tis.* Et tunc: *Quarite Dominum dum inueniri potest, inuocare
 eum dum prope est.* De tempore iudicij per fatuos Virgines
 docemur clamantes frustra, *Domine, Domine aperi nobis*
 quum iam clausa esset ianua. In quem locum Greg. [Tūc
 regni ianua lugentibus claudetur, quæ modō quotidie pe-
 nitentib. aperitur. Erit namq; & tūc penitētia, sed fructuo-
 sa iā nō erit: quia nequaquā tūc ueniā inuenit: qui modo
 apertū uenit tempus pdit.] Hæc ille. Et rursum alibi. [Vitari
 terror iudicis nō nisi ante iudiciū pōt. Modo nō cernitur,
 sed precib. placatur. Cū uero i illo tremēdo examine sede-
 rit

Matth. 25

Matth. 20
Matth. 19

Tēpus mi-
sericordie
tempus iu-
dici.
Pfal. 100.
In enar.
ibi.

2. Cor. 6.
Ela. 55.

Matth. 25
Hom. 12.
sup Euāg.

Mor. li. 14.
cap. 34.



In lib. de
Iacobo &
uita beata
lib. 1. c. 6.

Ambrosij
verba ex-
plicatur,

2. Tim. 4.

Lib. de bo-
no mortis
cap. 11.

Promptuarium Catholicum

4
ric in maiestate sua, & videri potest, & placari iam non potest, quia facta prauorum, quae diu sustinuit tacitus, simul omnia reddet iratus.]

At ex S. Ambrosio citat. Caluinus: [Sed metuis, ne iudex seuerior sit, Considera quae iudicē habeas Nempe Christus dedit Patrem omne iudicium. Poterit ergo ille damnare, quem redemit a morte pro quo se obtulit, cuius uitam suam mortis mercedē esse recognoscit? Nōne dicit, Quae utilitas in sanguine meo, si damno quē ipse saluauit? Deinde considera iudicem, nō consideras aduocatum? Potest iste seruiorem ferre sententiam qui interpellare non desinit, vt paterna reconciliationis in nos conferatur gratia?] Hae Ambrosius ex quibus colligit Caluinus Christum in extremo iudicio de credentibus in eum utrumque peccatoribus, nō ut terribilē, & iratum iudicē, sed ut elementē redemptorē atq; aduocātū sententiā laturū. Sed Ambrosiū Caluinus uel nō intelligit, vel bene intellectū malitiosē peruertit. Loquitur, n. dicitur Ambrosius de nō timenda seueritate Christi in extremo iudicio ab illis fidelibus, qui in hac uita cū Christo mori uoluerunt, cū Christo resurgūt. Sic. n. in cap. praecedenti disputat: [Si in Christi morte dimittuntur nobis peccata, et peccatorū nobis passiones in illius morte moriantur, illius crucis clauis affixae teneantur. Christus mortuus est, ut & nos peccato moreremur, Deo resurgeremus. Mortua est caro nostra, qd igitur peccato reuiuiscit? Quid igitur peccato obedit? Quid igitur peccatū regnat in mortuis, quū mors finis peccati sit?] Hae & multa alia de uere in Christo renatis, de bonis ac pijs quū dixisset, docet in seq. c. nihil illis formidandū esse, ne quidem extremum iudiciū. Nempe quia Christus: pijs ac bonis nō iudex seuerus, sed iustus remunerator erit, ideoq; à talibus eius aduentus in maiestate nō timendus, sed diligendus est, iuxta illā Apostoli doctrinam. *Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui. Repositae est mihi corona iustitiae, quā reddet mihi in illa die iustus iudex: non solum autem mihi, sed et omnibus qui diligunt aduentum eius:* id est, qui sic pie & inculpate uiuunt, ut eum diligere nō formidare possint, sicut uiri longo tempore absens reditū causa cōiunx diligit, adultera timet. Sic alio loco Ambrosius animas [in die iudicij] exultaturas dixit, quae carnē uicerunt, & illece-

Dominic. 1. Aduentus.

5
illecebris eius inflexa nō sunt, quae precio sedulitatis & in nocentiae suae securitate potuerunt, quae seruita a se legis diuinae testimonio sulciantur. Sic Aug. iudiciū extremū [formidandum malū propter peccata, amandū bonis propter coronā,] scribit. Sic D. Greg. exponēs illa uerba Ezech. [quasi aspectus Crystallo terribilis,] eleganter docet Christum in extremo iudicio ueniētem in maiestate sua, esse hoc Crystallo terribile. [Mirum, (inquit) quomodo in hoc Crystallo cōueniat pulchritudo cū pauore. Sed omnibus uera sciētibus constat, quia redemptor humani generis cum iudex apparuerit, & speciosus iustus, & terribilis erit iniustus. Quem. n. mansuetū aspiciēt electi, hunc eōdem pauēdum ac terribilē conspiciēt reprobi. Sed hūc ideo tūc electi terribilē non uidebūt, quia modo terrorē illius cōsiderare nō cessāt: & quotidie timēdo agūt, ne quū uenerit perimescāt.] Hae ille. Sic alibi de fatuis uirginibus disputās q̄ malos eredentes representās, [Tunc (inquit,) uelut incognitos Dominus deserit quos modo suos p̄ uice meritū nō agnoscit.]

Est ergo Christus Dominus ueniēs in maiestate sua, & omnes iudicaturus, bonis ac pijs mansuetus, impijs iratus & terribilis, sed omnibus iustus iudex. Neq; uerō ideo non erit seuerus iudex, quia misericors est & perpetuus Aduocatus. Habent quidem pijs & penitētes unde iustam cōsolationē accipiant, quod idem sit Aduocatus qui futurus est iudex, iuxta illud D. Greg. dictum. [Est nobis spes magna penitentibus, quia Aduocatus noster factus est iudex noster.] Sed ut hoc p̄sens tempus non illud iudicij tempus, est penitentiae proprium, sic ad hoc p̄sens tempus non ad iudicij momentum hae cōsolatio ualeat, hae Aduocati clementia referenda est. Clementia igitur aduocati, & mansuetudo futuri iudicis, quae uel hic penitentes, uel in illo die iustos & pios tantum concernit, nihil ad haereticorum hodie pestilētē fiduciam & praesumptionem facit, qui sola sua fide contenti ideo se in extremo iudicio propitium iudicem habiturum praesumūt, quia semel in eum crediderunt, quia semel per baptismum & fidem Deo reconciliati & iustificati fuerunt. De hac perniciosissima haereticorum fraude & necessaria iudicij extremi cum metum ac timore expectatione, docendus hoc loco populus.

Enarrat. in
Psal. 100.

Lib. 1. sup
Ezec. ho. 7

Ho. 12. sup
per Euang.

Hom. 34.
sup Euag.
Christus
perpetuo
aduocatus,
sed q̄bus.

Non



1080.3

Dan. 7.

Apoc. 10

1. Cor. 3.

Luc. 21.

Rigor ex-
tremi iudi-
cij.

Matth. 12

Rom. 2

6 **Promptuarium Catholicum**

Non enim in extremo iudicio iuxta fidem, sed iuxta opera unusquisque iudicabitur, non contra incredulos (*qui enim non credit, iam iudicatus est*) sed contra peccatores fiet illud iudicium, denique non propter diffidentiam aut fidei defectum, sed propter iniquitatem & charitatis defectum illud iudicium instituitur, ut ex omnibus scripturis prius citatis liquido constat. Quibus adde quod Danieli in uisione apparuit, *iudicium, inquit, sedit, & libri aperti sunt*. Illi nepe libri, de quibus clarius Ioannes in Apoc. *Vidi thronum candidum & sedentem super eum à cuius cōspectu fugit terra & cælum, & locus nō est inuentus eis*. Et *vidi mortuos magnos & paruos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est uita: & iudicati sunt mortui ex his qua scripta erāt in libro secundū opera ipsorum: & dedit mare mortuos qui in eo erant, & mors, & infernus dederunt mortuos suos, & iudicatum est de singulis secundū opera ipsorum*. Sic de operibus, non de fide dictum est, *Non lite iudicare ante tempus, quoad usque ueniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit con-
silia cordium, & tunc laus erit unienique a Deo*. Denique omnes scripturæ, quæ de die Domini & extremo iudicio loquuntur, de operum examine & discussione loquuntur, non de fidei notis, signis & fructibus, ut non minus inceptam quam impiè docet cæcos suos cæcus Bera. Hæc ob eausdē Christus ipse totum sermonem suum de hoc extremo iudicio, & de suo glorioso aduentu in hoc ipso Euangelio his uerbis concludit: *Vigilate ut aque omni tempore orantes, ut digni habeamini sugere ista omnia qua futura sunt, & stare ante filium hominis*. Postremò tam exactum & rigidum hoc iudicium futurum est, ut non solum operū, sed & uerborum, adeoque cogitationum omnium reddenda tunc sit ratio. De uerbis enim dicit Christus ipse. *Dico uobis quoniam omnē uerbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddet rationem de eo in die iudicij*. De cogitationibus Apost. dicit: *Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium aut etiam defendentium, in die quum iudicabit Deus occultata hominum*.

Domi-

Dominic. II. Aduentus.

7

DOMINICA II. ADVENTVS.

1. *Quid existis in desertum uidere?*

Matth. 12.

De peregrinatione ad loca sanctorū.



IOCVS conueniens, tractandi de peregrinatione ad loca sanctorum, uel de reuerentia exhibenda Sanctis in hac uita, seu eremitis, seu anachoreis, seu alijs religiosis, contra hæreticos nostri temporis, qui totum hoc genus deuotionis pro superstitione ducunt, atque adeo huiusmodi sanctas personas non faciunt, non magis sanè quàm ipse Diabolus, infestissimus semper huiusmodi hominum hostis. Nam Christus hoc loco peregrinationem quandam ipsorum Iudæorum ad uidentum Ioannē in deserto susceptam laudat, ipsiusque Ioannis propositum, uitam in deserto eremiticam agentis, magnis laudibus prosequitur. Ait enim, *Quid existis uidere? Non ait, quem existis audire? Etsi enim etiā ad audiendum quosq; Ioannem penitentiam prædicantem multi fortasse exiuerunt, fama prædicationis eius commoti, tamen in principio, haud dubiè ad uidentum, non ad audiendum exiuerunt, nihil adhuc scientes an prædicaturus illis esset. Sed Christus hoc loco de studio cum uidenti, non audiendi loquitur: non quod Ioannem audiuisse prædicantem laudabile etiam non fuerit, sed quod illo studio prætermisso (cuius laus, & fructus euident per se patet) hoc ipso eos laudare uult, quod etiam uidenti illum causa exiuerint. Christus enim hoc loco personam Ioannis, uitæque eius sanctitatem sibi collaudandam suscepit, non tantum functionem ipsam, & ministerium, de quo postea dicturus erat. Itaque in his Euangelij uerbis totus est in laudibus Ioannis, primū propter uitam eremiticam: *In deserto, dein de propter huius uitæ austeritatem: Non mollibus uestitum, in qua negatione intelligit Pilos camelorum, & Zonā pelliceam: Rursum propter constantiam, & fortitudinem, qua Herodi iucesto resistit, ideoque in uincula conclusus fuerat, negans illum esse Arundinem uento agitatum. De-**

Domi. Cathol.

D

nique



8 *Promptuarium Catholicum*

nique quia Propheta erat, & plusquam Propheta: de postremo quia mater illo inter natos mulierum non surrexit. Laudat igitur Iudæos quod hunc talem ac tantum virum videre, in deserto exiuerint, relictis domibus ac domicilijs suis ad eum videndum profecti fuerint. Eat ergo hoc quoddam peregrinationis genus viro sancto exhibitum, quale in historijs Ecclesiasticis frequenter legimus, in vita S. Antonij per Athanasium, S. Hilationis per Hieronymum, S. Arsenij per Simeonem Metaphrastem, & alijs permultis. Sicuti autem sanctos viuos inuisere, adire, reuereri laudabile est, ita etiam eorum iam defunctorum monumenta, memorias, reliquias visitare, ad ea peregrinari pium ac laudabile in Ecclesia Christi catholica semper existimatum est: idque ob tres causas, quas breuiter populo hoc loco exponere non erit inutile.

Peregrinationis causa.

1. Causa.

In hom. 7. De laudibus Pauli.

Hom. 8. in epist. ad Eph.

Hom. 4. in Job, tom. 1.

In epitaphio Pauli ad Eustochium.

Amor & charitas erga Deum, & sanctos singularis, pios mouet, vt quemadmodum ipsos, sic & ea quæ ipsorum sunt, quæque ad eos pertinent, libenter videre honoreq; debito venerari cupiant. Tali amore erga Paulum flagrans Chrysostramus (in quo laudando nunquam sibi satis facere ille sanctus Doctor potuit) optauit vehementer Romam peregrinari, ut eius illic reliquias inuiseret ac veneretur. Sic enim scribit, quum iam Patriarcha esset Constantinopolitanus. [Si liberum mihi fuisset per curas Ecclesiasticas, & corpus habuissem validum, nihil vitæ causatus fuisset, quo minus tanta suscepta peregrinatione catenas illas Pauli, & carcerem ubi ligatus fuit, viderem.] Rursus in alio loco. [Vellem nunc (inquit) in illis locis versari, quibus vincula illa manent, & catenas videre quæ tunc erunt quidem dæmones, & horrent, angeli autem uenerantur. Si Ecclesiasticis curis essem vacuus, corpusq; robustum haberem, nequaquam peregrinationem tantam ferre recti farem, quo catenas solum viderem, & carcerem quo Paulus victus erat.] Hæc ille. Tali amore ardens Paula matrona Romana nobilissima quum Hierosolymam venisset, [Hæc (inquit) requies mea, quia Domini mei patria est, hic habitabo, quoniam Saluator elegit eam,] teste S. Hieronymo. Hic etiam amor multas ei lachrymas excussit, quum in spelunca Bethlehem, & in monte Caluarie Christi

Dominic. II. Aduentus.

sum natum, & crucifixum adoraret, vt ibidem Hieronymus narrat. Ex tali amore, & Antonius Paulum eremitam vitentem longo suscepto itinere inuist, & ipsius Antonij defuncti sepulchrum Hilation visitauit, vt in vtriusque vita, Pauli & Hilationis, S. Hieronymus copiose describit. Rursus suscipitur hæc à pijs ad sanctorum monumenta peregrinatio propter honorem Dei, & Sanctorum, quos frequentibus miraculis, & beneficijs, Deus talibus in locis honorat. Hanc causam, & consecrationem Patres antiquissimi testatam nobis relinquunt, Chrysostramus de ac frequentiori Christianorum pietate sic seipsum. [Vt regias quidem aulas videret, nullus unquam peregrinatus fuerit. Multi autem reges huius spectaculi gratia sæpe peregrinati sunt. Futuri namq; iudicij signa, & vestigia Sanctorum ædes exhibent, ubi dæmones flagellantur, homines constringuntur, & liberantur.] Hæc ille. D. Augustinus iuxta communem sic Christianorum morem presbyteros quosdam suos ad dubij emulsam criminis explorationem quum vnus accusaret, accusaretur alter, ad S. Felices Martyris monumentum, Nolæ in Campania situm peregrinari iussit, [vt certo (inquit) placito se ambo cõstringerent ad locum sanctum se peregrinatuos, ubi terribilia. Dei opera non sanam euiusq; conscientiam multo facilius operirent.] Hæc ille. Sic de Romana peregrinatione testatur dicens: [Principes de saculo credentes ad urbem Romam uenerunt. Non iterunt ad Templum Imperatoris, sed ad memoriam piscatoris.] Sic in sua Africa Reliquias S. Stephani protomartyris (propter frequentia illic miracula diuinitus exhibita) magno hominum conuersu uisitas fuisse narrat in lib. de ciuitate Dei. Sic Palaestini, & Cyprij circa corpus S. Hilationis sanctam contentionem habuerunt, apud utros illud re sideret, ut in eius vita narrat S. Hieronymus.

2. Causa.

Hom. 66. ad po. Antioch.

Epist. 137.

Enarrat. in Psal. 86. Lib. 2. cap. 8.

3. Causa.

Cõtra Faustum lib. 20. c. 21.

Tertio ad excitationem fidei nostræ erga Deum, & ad ostensionem communionis eiusdem fidei cum Sanctis, si quis sit à populo Christiano ad Sanctorum loca peregrinatio. Hanc causam tradit Augustinus: [Ipsorum, (inquit) locorum admonitione maior affectus exurgit ad accendendam charitatē, & in Sanctos quos imitari possumus, & in Deū quo adiuuante possumus.] Sic de Paula scribit B. Hieronymus.



In epitaphio Pauli.

Aduersus vigilantium

De ciuit. Dei. li. 12. cap. 8.

In argum. epist. ad Philemonem.

Hæretici hodie corruptores uerbi Dei.

Desertum Ioannis.

10 *Promptuarium Catholicum*

ronymus, quod [prostrata ante Crucem Domini in monte Caluarie, quasi pendente Dominum cerneret, adorabat.] Sic quum reliquæ Samuelis ex Iudæa Constantinopolim transferrentur, omnium ecclesiarum populi à Palestina usque Chalcedonem occurrerunt sanctis reliquijs (ait Hieron.) quasi præsentem uiuentemque Prophetam cernerent, & in Christi laudem omnium voces resonabant, quia Christum in Samuele adorabant.] Sic de insigni miraculo factò ad reliquias S. Stephani, sanatis uidelicet ex horribili morbo, fratre & sorore in Ecclesia S. August. ipso præsentem. [Exultabant (inquit) in Dei laudem voces, & in cordibus exultantium fides Christi erat, pro qua Stephanus sanguinem suum fudit.] Hæc ille. Tali denique intentione optauit Chrysof. omnia Apostolorum. Acta diligentissimè conscripta fuisse, [quid diebus singulis gesserint, in quib. partibus uixerint, quam domum introierint, ubi applicuerint, &c. Quia (inquit) quum loca tantum cernimus ubi sederunt seu uisiti sunt, uirtutes quoque illorum conspicimus, & expergescimus, & promptiores erudimus.] Hæc ille. Has ob causas ueteres Christiani ante annos 1200. ad sanctorum loca perigrinari, sanctorum monumenta pietate ac religiosè uisitare soliti sunt: ut hoc genus pietatis, nec reces aliqua superstitio, nec inanis deuotio, sed & antiquissimus & grauissimus Dei cultus merito celsèri debeat. Quæ de re moneri hoc loco opportunè populus fidelis poterit, quum Christus in hoc Euangelio Iudæos laudet, quod ad Ioannem in deserto exibant, ut eum uiderent.

2. Exiisti in desertum.

Locus oportunus, insignem hodie hereticorum nostrorum lycophantiam, impudentiam, & in scripturis depiandis audaciam populo catholico demonstrandi. Nolunt enim illi ullo modo, ut Ioannes Baptista in deserto propriè dicto, in eremo, in solitudine uixerit: ne eius tantum nobile exemplum eremitis, & anachoretis nostris patrocinari uideatur, ideoque contra expressum Dei uerbum, & contra constantem omnium Patrum consensum, desertum hoc multis modis exagitant, & in uarium sensum detorqueunt. Centuria-

uariatores Magdeburgenses sic scribunt. [Desertum hoc Ios. Cent. li. 1.] nis non de aliquo antro, ab hominum conuersatione remoto accipiendum est, quasi ibi uelut ursus, & misanthropus delitasset, sicut posterioribus temporibus eremite, & id genus homines superstitiosos sibi finxerunt cultus, sed in eadem factorum parentum est educatus, qui habitauit in loco ad regionem moiolam sito, qui uulgo desertum uocabatur.] Et iterum: [Fuit Ioannes in deserto, hoc est, in regionibus circa Iordanem, utpote, quæ ad uicinos montes deserta uocabantur, cum tamen in eo tractu circa Iordanem, utpote piscoso loco, prætus irriguo, & piscoso plurimi homines habitarent.] Hæc illi belli uerba interpretis uerbi Dei. Desertum Ioannis uolunt esse loca amenissima, piscosa & piscinosa iuxta montes sita. Sed alij adhuc absurdius, si quid tamen magis absurdum dici potest. Hegendorphinus Lutheranus in comen. super Marcum prædicare Ioannem in deserto, sic interpretatur, ut sit idem, quod in Iordane, uel in synagoga Iudæorum prædicare. Zuinglius desertum hic appellat tribum Iudæ, quæ illius iudicio in montanis tunc habitabat. Beza ex hoc deserto regionem saltuosam fabricat. Calvinus ad tropos more suo committit, & exponens, *uox clamantis in deserto*, pro uasitate uel deserti populi ruina. Sacerdus Ioannem in deserto uixisse, sic accipi posse censet, ac si dicas Ioannem priuatum uixisse, & educatum fuisse. Bucerus scribit desertum illud non fuisse omnino uastum, in quo nemo, sed in quo sparsim, & rari habitabant, sicut in Hercinia silua. Sic uidelicet magistri isti mendaces quiduis uolunt præter ueritatem. Atqui clarissima est ipsa ueritas huius deserti, eremum & solitudinem illam fuisse, in quam se Ioannes contulit. Tale enim Christi desertum fuit, in quod ut ieiunaret 40. diebus, posteaque à Diabolo tentaretur, recessit, de quo deserto Marcus ait. *Erantque cum bestijs, & angeli ministrabant illi.* Non potuit disertius deserti proprietatem explicare. Sic Ioannes comendabat *mel siluestre*, quia in siluis uersabatur, & cum bestijs, ut Christus. Deinde Lucas disertè opponit desertum Ioannis conuersationi communi. Ait enim de illo: *Puer crescebat, & confortabatur spiritu, & erat, in desertis usque in diem ostensionis sue ad Israel.* Ostensio Ioannis ad Israel erat tempus prædicationis eius in regione Iordania.

Cent. li. 1. cap. 10.

In cap. 1. Marc.

In annot. in cap. 3. Matth.

In cap. 3. Matth.

In harmonia Evangelica.

In primis cap. Lucæ.

In cap. 3. Matth.

Resutat hereticis ex scripturis. Marci 1.

Lucæ 1.



Luc. 3.

Patrū con-
sensus.
Hom. 11.
in Lucam.
Homil. de
Natiuitat.
Ioā. Bapti.
Epist. 4. ad
Rusticum.
Demonst.
Euang. li.
9. cap. 5.
In cap. 11.
Matth.
Theaur.
lib. 20.
a Hom. in
Vig. Ioan.
Bapt.
b In ca. 3.
Matth.
c Collat.
18. cap. 6.

nis. Sed ante illam ostensionem erat in desertis. Ergo deserta illa, loca fuerunt à regione Iordanis planè distincta & diuersa. Ideo postea Lucas expressè dixit: *Factum est uerbum Domini super Ioan. filium Zacharia in deserto: Et uenit in omnem regionem Iordanis, &c.* Ecce post uerbum Domini ad eum factum, post prædicationis officium ei in iunctum, uenit, ex deserto in regionem Iordanis. Non ergo regio aliqua Iordanis hoc desertum fuit, sed locus ab ea planè diuersus ac remotus. An uerò dicent isti hæretici Christum ieiunasse in deserto, hoc est, in locis piscosis, & pascuosis circa Iordanem? Est hæc eorum impudentissima audacia, & mentiendi libido populo fideliter diligenter explicanda. Patrum consensus hæc in re luce meridiana clarior est. Origenes de Ioannis deserto sic scribit: [Non expectatur, ut à patre nutriretur usq; ad diem ostensionis sue ad Israel, sed recessit, fugiens tumultum urbium, & populū frequentiam uiciniam ciuitatum, & abiit in deserto ubi purior aer, & caelum apertius, & familiarior Deus.] Chrysostomus de Ioanne sic loquitur: [Satim ut natus est in eremo uiuit, in eremo nutritur Christum expectat in solitudine.] Hæc ille. Hieronymus sic scribit: [Uitabat Ioannes in eremo, & oculis desiderantibus Christum nihil aliud dignabatur aspicere.] Eusebius Pamphili tractat ex proposito illam questionem, cur Ioannes non in urbibus, nec in ipsa Ierusalem, sed in deserto sibi suggestum ad prædicandum elegerit. Euthymius disertè docet Ioannem ab infantia solitariam, & eremiticam duxisse uitam. Cyrillus affirmat, Ioannem semper eremum coluisse, qui robore animi carnem rationi subegit, &c. Idem testatur & Beda, Theophylactus, & Cassianus, omnesq; Ecclesiasticæ historiæ scriptores, Sozomenus lib. 1. cap. 12. Nicephorus lib. 8. cap. 39. & alij. Sed hæc est hæreticorum hodie audacia, contra euidentem Scripturam, contra communem omnium patrum consensum, quæcunque hæresis ipsorum iuante possunt, aut fidei Catholicæ præiudicare, ea perfricta fronte, si tamen & fronte, asserere.

3. *Hominem mollibus uestitum?*

Locus alius non minorem hæreticorum impudentiam eum egregia impietate coniunctā demonstrandi. Laudat hic Christus Dominus, Ioannis Baptistæ uestitum rudem, simplicem & austerum, iuxta id quod Marcus habet: *Erat Ioannes uestitus pilis cameli, & Zona pellicea circa lumbos suos, uel ut habet Matth. Habebat Ioannes uestimentum de pilis camelorum.* Hanc in uestitu & amictu austeritatem ut duo Euangelistæ singulariter obseruauerunt, ita Christus in hoc Euangelio inter ceteras Ioannis laudes commemorat. Sed hæretici ut libenter ipsi mollibus uestiuntur, & à cilicio non secus quàm à colubro abhorrent, ideoq; asperum omne amictus genus religiose assumptū superstitioni deputant: nolunt ullo modo hoc Ioannis uestimentum de pilis camelorum ad ullam uitæ austeritatem uel continentiam singularem pertinere. [Non est cōsentaneum (aiunt Magdebargentes) crudas tantum pelles camelotū sic fuisse coctas (ut quidam opinantur) sed usitato genere uestitus, quali illi qui ad montosa loca habitabant, induebatur.] Sci licet uolunt isti D. Ioannē ab Euangelistis describit, ut hominem quendam montanū, rudem, ab urbano nitore alienum, ex natura loci, in quo agebat, non autem ex uitam sanctum, continentem, seueritatis sectatorem, ut pietatis studio, & sui ipsius mortificandi causa, ut Prophetam demit. Sic aperit Augustinus Marloratus in sua catena, ex Caluino in sua Harmonia: [Non dubium est, inquit, quin hic montanum hominem describat Euangelista, ab omni urbano nitore, & lautitjs remotū.] Alij heretici uestitum hunc, uisitam uestimenti genus uolunt esse, & in cōmuni tunc usu receptum. Sic Victorinus Strigelius: [In Oriente, inquit, tenuiores homines uestiebantur panno contorto ex pilis camelorum.] Quasi uero duo Euangelistæ uulgare aliquem unius hominis uestitū ita singulariter obseruare uoluerint, aut quasi Christus Dominus propter uulgarem pauperum uestē Ioannem laudauit. Alij rursus hæretici nec ut hominem montanum, nec ut uulgatiter uestitū, sed ut urbanum & elegātem uolunt Ioannem ab Euangelistis

De auste-
ra Io. uita.

Cap. 1.
Cap. 3.

Hæretici
refutatur.
Cent. 1. li.
1. cap. 10.
1.

In cap. 3.
Matth.
2.
In Mar.
cap. 1.

3.



In 3. cap. Matt.

Hæretici illudunt Scripturis.

In 3. cap. Matt.

14 **Promptuarium Catholicum**

describi. Sic enim David Chytreus. [Vestis (inquit) Ioannis erat contexta ex pilis cameli, similis ei, quam hodie vulgo à camelis uocamus Kamelot, uel Scameloth (Anglicè Chamblet) latinè undulata. Non fuit sordida uestis, neque etiã ualde pretiosa, sed mediocritis & *κόσμιος* (uentilata decens) & in ijs locis] *εὐπρεπίος*, idest, bene congrua, urbana ac ciuilis. O delicatos homines & acutos, qui ut ex eremo loca pascuosa & amena, sic ex ueste aspera, urbana & elegantem, norunt conficere: uel potius, ò homines impios, qui sic Scripturas factas norunt peruertere. Hæc tam aperta petulantia, & tam clarè mendax audacia idoneis uerbis populo aperienda, & grauius amplificanda est. Ostendendum præterea est, quod ex odio uitæ monasticæ scripturas peruertere non sunt ueriti. Sic enim se suosque apertè prodidit Bucerus, his uerbis usus. [Fuit Ioannes in deserto uilioribus, hoc est deserti incolis assuetis cibis & uestibus, panno ex pilis camelorum confecto uestitu, ne quis quis existimet, in morem nostrorum monachorum peccare sibi aliquod cibi & uestimenti genus delegisse.] Hæc ille, suo se forex indicio prodens. Sed bene se res habet, quod religionem catholicã impugnare hodie hæretici nõ possunt, nisi cum aperta S. Scripturarum deprauatione.

4. *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me.*

DE scandalis hæreticorũ, hodie contra doctrinã Christi, uide Promptuariũ Morale in hac Domin. Tex. 6.

DOMINICA III. ADVENTVS.

1. *Ego baptizo uos in aqua.*

Ioan. 1.

Hæret. co- ruit hodie turpissim? error, cir- ca Ioannis pñsmũ.



Ocus non incommodus obiter explicandi contra incredibilem hodie hæreticorum impudentiam, nec minorem impietatem, qualis erat Ioannis baptismus, & quanto inferior fuerit, planeque distinctus ac diuersus à baptismo CHRISTI. Hæretici enim hodie unanimiter omnes Ioannis baptismum quoad uim & efficaciam salutis ac gratiæ, eundem plane esse

Dominic. III. Aduentus.

esse uolant cum Christo Baptismo. Caluinus uerò cum suis etiam idem protus ministerium utriusque esse uult. Sic enim scribit. [Certissimum sit idem fuisse protus Ioannis ministerium, quod Apostolis postea delegatum est.] Hoc autem non ideo faciunt ut Ioannis baptismum extollant, sed ut Christi baptismum deprimant, nec ut illam remittendi peccati efficaciam Ioannis baptismum tribuant, quam in Christi baptismo Scriptura nos docet, sed ut illam infirmitatem & inefficaciam, nundamque ceremoniam in Christi baptismo esse doceant, quam in Ioannis baptismo fuisse manifestum est. Hoc autem tam impudens dogma sustinent ut suam solam fidem modis omnibus tueantur. Si enim baptismus Christi salutem, gratiam & remissionem peccatorum confert, necessario sequitur, quod non sola fide homo impius iustificatur. Breuiter ergo ostendendum est ex Scripturis & Patribus, Ioannis baptismum à Christi baptismo toto genere distinctum fuisse, atque aded hoc ipso distinctum, quod Ioannis baptismus non conferebat gratiam, non dedit Spiritum sanctum, non tribuit remissionem peccatorum, (ut Christi baptismus) sed ad hæc omnia preparabat, eratque totum eius ministerium preparatorium, sicut persona eius erat præcursor Christi, *parauit uiam Domini*, &c. Sanè hæc omnia Ioannes ipse clarè & luculenter affirmauit. Rogatus enim cur baptizaret, sic nec Elias, nec Propheta, nec Christus esset, respondit non solum quod in hoc Euangelio habetur, in quo Dicitur Ioannes Euangelista ab alijs Euangelistis plenè descripta studio prætermittit, sed etiam quod apud alios tres Euangelistas habetur. Apud Matthæum. *Ego quidem baptizo uos in aqua in penitentiam: qui autem post me uenturus est, ipse uos baptizabit in Spiritu sancto & igni.* Apud Marcum: *Ego baptizauis uos aqua. Ille uerò baptizabit uos Spiritu sancto.* Apud Lucam. *Ego quidem aqua baptizo uos. Veniet autem fortior me, & ipse uos baptizabit in Spiritu sancto & igni.* Apertè & luculenter docet ipse Ioannes, aliud esse suum ministerium, aliud Christi: aliud esse suum baptismum, aliud Christi: in suo baptismo non esse Spiritum sanctum, & ignem, sed aquam tantum: in Christi

Instit. lib. 4. cap. 15. num. 7. Erroris causa.

Cap. 3.

Cap. 1.

Cap. 3.



Christi baptismo præterquam esse utrumque, id est, esse remissionem peccatorum per Spiritum sanctum (cui remissio peccatorum appropriatur, iuxta alia Christi verba, *Accipite Spiritum sanctum. Quorum remisistis peccata, remittuntur eis.*) & esse ignem charitatis diuinæ primum & proprium & præcipuum donum Spiritus sancti, iuxta illud Apostoli. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Vide utrumque hoc quod diximus apud Augustinum clarius explicatum prius de verbis Domini sermon. 11. posterius de baptismo contra Donat. lib. 3. cap. 16. Sed ad hoc discrimen baptismi Ioannis & baptismi Christi clarius explicandum, utque intelligat populus audacissimos & impudentissimos esse nostri temporis hæreticos, qui rem in Evangelio tam claram & euidentem, audent tamen negare, & semel temere negatam, postea in hunc vsque diem pertinaciter sustinere: Notanda sunt ex Evangelica litera tria Primum quod Ioannes uoluit ex industria ostendere suum baptismum à Christi baptismo differre. Causa enim huius sermonis & comparationis quam facit, illa erat, quod Iudæi existimabant illum esse Christum & Messiam expectatum: ideoque mittunt ad illum Pharisei qui rogant an ipse esset Christus, uel Elias, uel Propheta. Quæ omnia negat, seque infra Christum ita demittit ut dicat se non esse dignum qui soluat corrigiam calcamenti. Rogatus ergo ut baptizaret, docet ex proposito suum baptismum à Christi baptismo longissime differre, sicuti, & eius persona à Christi persona maxime differrebat. Secundo docet discrimen sui baptismi & Christi, in substantia & modo rei: *Ego (inquit) in aqua, Ille in Spiritu.* Hoc est, ergo exterius, ille interius: Ego in aqua tantum sine Spiritu. Ille in aqua & Spiritu: Ego corporalem tantum abluionem adhibeo, quæ præparet ad meliorem, ille spirituales adhibebit. Tertio finem & totum fructum sui baptismi explicat, dicens. *Baptizo uos in aqua in penitentiam, id est, ut ab eo baptizati penitentiam agerent peccatorum suorum.* Nempe quum proprium officium Ioannis baptiste esset, *parare uiam Domino,* iuxta ipsius in hoc Evangelio responsum, *Ego uox clamantis in deserto, parare uiam Domini:*

Ex tribus ostenditur baptismus Ioannis à Christi baptis. esse diuersus.

1.

2.

3.

Matth. 3.

Ioan. 1.

Domini: & iuxta patris sui Zachariæ uaticinium. *Præbis Luc. 1. ante faciem Domini parare uias eius, &c.* Via autem ad Penitentiam Christum, id est, ad remissionem peccatorum consequendam per Christum est penitentia (unde Petrus in Actis, ut Iudæos ad Christum adduceret, *penitentiam* (inquit) *agite & baptizetur unusquisque uestrum:* propterea hanc uiam Ioannes & predicando docuit, clamans, *penitentiam agite:* *Appropinquabit enim regnum caelorum:* & in ipso genere uitæ docuit, cuius tanta fuit austeritas, iuxta historiam Euangelicam, ut scribat Chrysostomus: [Mirabile erat in humano corpore tantam patientiam uidere.] & denique in hoc baptismo suo docuit: quia erat [quædam protestatio (ait venerab. Beda) qua prostrebantur homines ab eo baptizati, se penitentiam acturos.] Idcirco enim omnibus eius baptismum accedentibus dicebat, *Facite fructus dignos penitentia.* Eandem etiam ob causam *Baptizabantur ab illo conscientis peccata sua.* Quæ tamen tota penitentia non erat ipsa remissio peccatorum, sed præparatio ad illam quæ per Christum danda erat, ad quem ille baptizando & predicando uiam parabat, ut Paul. in Actis docuit, dicens: *Ioannes baptizauit baptismum penitentia populum dicens in eum qui uenturus esset post ipsum, ut crederet.* Quare & eodem loco Paulus eos de nouo baptizari iubet, qui non nisi Ioannis baptismum prius acceperant: nunquam illud facturum, si baptismus Ioannis & Christi, idem fuisset baptismus, aut eadem uirtutem habuisset. Nisi forte hæretici hodie Anabaptistarum furori, & Donatistarum insanie fauentes, repetitionem baptismi probare uelint. Illi enim ueteres hæretici, ex hoc Pauli facto suam hæresim stabilire conantur, quia Ioannis baptismus & Christi unus atque idem erat, & nihilominus à Paulo repetitus, quos copiose S. August. refutat, probans Ioan. baptismum à Christi baptismo toto genere differre. Denique hoc sensu scripsit Lucas, *Ioannem prædicasse baptismum penitentia in remissionem peccatorum.* Nempe in Christi baptismo accipiendam, ad quod gratiæ beneficium, penitentia præparabat. Non aliter sanè quam Petrus docuit Iudæos sua predicatione compunctos, ut *penitentiam agerent, & postea, baptizarentur in remissionem peccatorum.* Nam

Matth. 3.

Hom. 10.

in Matth.

Sup. Mar.

cap. 1.

Matth. 3.

Actor. 19.

De baptis.

contra Do

nat. lib. 5.

cap. 10.

Luc. 3.

Actor. 3.

& nunc



& nunc in tota Ecclesia Christi, actus penitentiae est preparatorius, & necessaria dispositio in adultis ad remissionem peccatorum. Hic totus finis ac fructus erat baptismi S. Ioannis ut penitentiam doceret, ac publice professaretur, atque per huiusmodi penitentiam, ad Euangelij gratiam recipendam suos Discipulos prepararet: Hoc respectu omnium ferè Patrum calculo Ioannis baptismus vocatur preparatorius. Cyrillus Alexandrinus scribit Ioannis baptismum (non nisi preparationis vim obtinuisse respectu baptismi Christi.) Cui ad uerbum subscribit sanctus Basilius in exhortatione ad baptismum. Gregorius quoque Nazianzenus in oratione de Epiphania. Damascenus de orthodoxa fide, & Leo Magnus. Sic D. Hieronimus vocat eum Praeuum [Praeuum Dominici baptismatis] in Dialogo aduersus Luciferianos. Idem docuit Cyprianus ad Quirinum. Ambrosius in cap. 3. Lucae, & super Psal. 77. Chrysostomus in Matth. Augullinus uerò plurimis in locis, In Enchiridio, ubi uocat illum [praecursorium quoddam ministerium,] contra Donatistas de baptismo lib. 5. ubi dicit [in baptismo Ioannis spe dimissa esse peccata, ipsa autem ipsa in baptismo Christi.] In commen. super Euangel. Ioannis ubi ait: *Accipit Ioannes ministerium baptismatis in aqua penitentiae parare uiam Domino.* Et tamen in tanto tot celebratissimorum Patrum consensu, & contra tam euidentem sacrae Scripturae doctrinam, non dubitant haeretici, planè contrarium sustinere. Est hæc eorum singularis impudentia & intolerabilis audacia populo explicanda: ut intelligat uidelicet populus fidelis, haereticos hodie uerboreus Scripturam sacram & Dei uerbum prædicare, iactitare, & in ore semper habere, re autem ipsa, Scripturam ab illis penitus despici, & audacissime peruerti, ubi contra ipsorum placita Scriptura loquitur.

2. *Medius uestrum stetit quem uos nescitis.*

Quomodo hodie haeretici Christum nesciunt, qui medius nostrum stat, uide Proptuar. Morale in hac Dominica, text 7.

1. cap. 57. & 58.
Ser. 13. li.
4. cap. 10.
Epi. 4. c. 6.
Lib. 1. c. 12

Hom. 10.
Cap. 49.
Cap. 9. & 10.
Tract. 4.

DOMINICA QVARTA
Aduentus.

1. *Prædicans baptismum penitentiae, in remissionem peccatorum.*



Ocus idoneus ostendi cõtra hereticos horum temporum, penitentiam esse necessariam dispositionem in statu Euangelij, ad remissionem peccatorum consequendam & nõ sola fide remitti peccata ut illi cũ magno applausu (quia placetia loquuntur) sed cũ certissima animarum peste (quia mendacijs nituntur) docet. Ioannes. n. Baptista, usque ad quæ lex

et Propheta, ueniens parare uiam Domino, nõ solam fidẽ, sed fide cũ penitentiam coniunctam docuit, ut Paulus dixerit in actis loquitur, *Ioannis baptizauit baptismum penitentiae populum, dicens in eum qui uenturus esset post ipsum ut crederet.* Vtrumque ergo simul cõiunxit. Docuit eos credere in Christum, sed ita, ut si remissionẽ peccatorum per illũ consequi uellent, prius penitentiam agerent, adeoque fructus dignos penitentiae facerent. Hanc uiam & Petrus Apost. in prima sua prædicatione tenuit. Quum enim Iudei audita eius concione crederent, (*Compuncti enim corde dicebant, quid faciemus uiri fratres?*) iubet eos prius penitentiam agere, et postea baptizari in remissionem peccatorum: ubi luce meridiana clarius docuit, non esse expectandam remissionem peccatorum, per mortem, & sanguinẽ Christi quacunque sine apprehensam, nisi prius non solum baptizemur, sed etiam penitentiam agamus. Sic Iudei ad Christum conuersi, audientes ex Petro quod ex certo Dei mandato Cornelium gentilem cũ suis baptizasset, glorificantes Deum dixerunt. *Ergo et gentibus, dedit Deus penitentiam ad uitam.* Id est, ergo & gentiliũ hominum penitentia (haud dubie cum fide coniuncta) ualet coram Deo ad uitam & salutem, & iustificationem consequendam. Sed & idem de relapsis post baptismum docet Scriptura, quod de primo ad Christum conuersione. Simoni enim mago credenti & bap-

Luc. 3.

Luc. 16.

Act. 19.

Matt. 3.

Acto. 2.

Act. 21.



prizato, sed in graue crimen relapso, dicit Petrus Apost. *Poenitentiam age ab hac nequitia tua.* Sic fornicarium Corinthium Paulus ad penitentiam agendam cogit, ad totam illam Ecclesiam sic scribens. *Audite inter nos fornicatio, &c. Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio uestrum qui hoc opus facit.* Moxq; ipse eum tollit de medio, id est, excommunicat eum, segregans eum de medio fratrum, & tradens eum *Sathana in interitum carnis,* id est, in uexationem & (ut Syriaca lectio habet) in exitum corporis, ut *spiritus saluus fiat.* Hoc autem quum factum esset, debitaque poenitentia peracta, in altera epistola eos consolatur, dicens: *Nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad poenitentiam. Quia enim secundum Deum est tristitia, poenitentiam in salutem stabilem operatur.* Hæc est ergo Christianæ ecclesiæ praxis, salutem promittere, seu primo ad Christum conuersis, seu in crimen postea relapsis, non per solam fidem, sed per legitimam poenitentiam cum fide & charitate coniunctam.

Poenitentiã in euãgel. quid significet.

Matth. 12

Lucæ 10

Sed & de eo monendus hic populus, ne quum poenitentiam in Euãgelicis & Apostolicis literis audiunt, hæc uoces nihil aliud intelligant, quam nouam uitam uel mentis in melius mutationem, absque uero odio, uera detestatione & quadam etiam satisfactione peccatorum præteritorum, sicuti hodie suos doceat hæretici, propter uerbum ab Euãgelicis & Apostolis usurpatum, *μετάνοια*, quod proprie nihil aliud significare uolunt, quam respicientiam respectu futuri, ut de nouo amplius non peccent. Sed ut magistri mendaces, suos discipulos nequiter decipiunt. Semper. u. uox illa *μετάνοια*, uel uerbu *μετανοεῖν*, uox poenitentia, uel poenitere, in literis Euangelicis & Apostolicis significat, actum mentis cum dolore & labore coniunctum, uel actus laboriosos, & tristes, quales proprie significat poenitentia. Sic apud Matthæum, ubi dicitur, *Quum in cinere & cilicio poenitentiam egissent,* uox Græca *αυτρεψασαν*. Id eodem modo & apud Lucam legitur. Sic de Nininitis dicitur *μετάνοια*, *Poenitentiam egerunt ad prædicationem Iona.* Hoc aut factum fuit in ieiunijs, in sacco & cinere, in precib. & oratione. Sic Paulus poenitentiam Corinthio.

sinthiorum uocat *μετάνοια*: suam autem, de qua dicit, *se nos contristauit, non me poenitere*, uocat *μεταμέλησιν*, quæ proprie significat animi mutationem absque ullo necessario dolore. Denique quum dicit, *ut lugeat multos ex ijs, qui ante peccauerunt, & non egerunt poenitentiam super inmunditia & fornicatione*, &c. Uti uerbo *Τὸν μὴ μετάνοια*. Quam sane poenitentiam hoc loco ab Apostolo desideratam S. Augustinus exponit de magnis illis & publicis in ecclesia poenitentijs. Sed & Sanctus Ioannes in Apocalypsi eodem uerbo in hoc sensu utitur, ubi ait, *Ceteri homines qui non sunt occisi in his plagis, neq; poenitentiam egerunt de operib. manuum suarum, οὐ μετάνοια*. Vox ergo poenitentia, quæ non secus in nouo, quam in ueteri testamento prædicatur, & necessaria esse ostenditur, quam Ioannes, quam Petrus, quam Paulus prædicauit & præscripsit, ueri nominis dolores ac labores, opera uere poenalis ad Deum placandum suscepta proprie in scripturis significat: De quo hoc loco moneri populus fidelis potest, ut de qua poenitentia præfens Euangelium loquitur, uere intelligat. Plura uide in festo B. Magdalene.

2. Cor. 7.

Epist. 108.

Apoc. 6.

2. Erunt praxa in directa & aspera inuias planas.

Locus contra hæreticos de mandatorum Christi facilitate & de propria gratia noui Testamenti, quam hæretici per suam imputatiam iustitiam impie susulerunt: quem uide Tractatum in promptuarium Morali, in hac Dominica textu 7.



22 *Promptuarium Catholicum*
DOMINICA INFRA OCTAVAS
 Natalis Domini.

1. *Ecce positus est hic in ruinam, & resurrectione multorum in Israel, & in signum cui contradicetur.*

Luc. 2.

1. Cor. 1.

Hæreticis
 Christus
 positus in
 ruinam.

De unitate
 eccl. ca.
 10. li. 2. ca.
 25. cont.
 Peuli. lib.
 2. c. 3. con-
 tra Parm.

Signo er-
 cis Hære-
 ti contradicunt.
 E. ca. ca. 11.



Ocus vtilis monendi populum hanc Simeonis prophetiam, non solum ad Iudæos & gentiles incredulos pertinere, de quibus Paulus dicit: *Christum crucifixum prædicamus, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, verum etiam, ad omnium ætatum hæreticos, & quidem singulariter ad nostros spectare.* Omnibus quidem hæreticis Christus positus est in ruinam, quatenus nomen eius profiterentes, corpus eius quod est ecclesia, deserunt, ideoque certam sibi & æternam tuinam creant. Frustra enim in Christum credit, qui corpus eius, quod est ecclesia non tenet. Vnde Augustinus. [Ad salutem ac vitam æternam nisi qui habet caput Christum. Habere autem caput Christum nemo poterit nisi qui in eius corpore fuerit, quod est Ecclesia.] Et rursus. [Qui membra Christi, toto orbe diffusa in Euangelio non agnoscunt, cum membris Christi in iudicio non comptantur.] Et iterum: [Extra ecclesie unitatem quicquid operatur hæretici quamvis magna solertia & diligentia fieri videatur, tamen nihil illis prodest aduersus iram Dei] Hoc ergo omnibus hæreticis commune est, quod Christi nomen gerentes, in ruinam tamen & condemnationem illis Christus est, quia corpus Christi non tenent, quod est Ecclesia una catholica & Apostolica. Quod autem Simeon subiicit, *et in signum cui contradicetur*, nostris hodie hæreticis singulariter conuenit. Intelligit enim Simeon signum, seu vexillum Dominiæ passionis, cui a gentibus Iudæis & hæreticis contradicunt. De quo signo seu vexillo scripsit Esaias. *In die illa radix Ise, qui stat in signum populorum.* Vox signum, Hebraicè vexillum significat. Nullum est autem incarnati filij Dei vexil-

Dominic. infra Oct. Nat. Dom. 23

vexillum aliud quam crucis suæ: De quo etiam signo suo Christus ipse dixit: *Tunc parebit in caelo signum filij hominis.* Quod de ipso crucis signo, quod Christum in sua maiestate venientè præcedet, exponunt veteres Patres, a Hieronymus, b Euthymius, c Theophylactus, & ante eum d Chrysostomus: [Hoc signum (inquit) est ipsa Crux. Crux enim ipso sole fulgentior videbitur. Obscuratur enim sol. Crux autem apparet: quod fieri non posset, nisi solares radios splendore superaret.] hæc ille. Idem docet in sermone de latrone & cruce. S. quoque e Hieronymus, & ante eum f Origenes per signum illud, crucis vexillum intelligunt. Idè deique Hippolitus, in orat. de cõsummatione mundi, g Ephraque in lib. de penitentia, h Damascenus de orthodoxa fide, & Cyrillus Hierosolymitanus, in oratione ad Constantium. Sed & hoc signum crucis tanquam salutis humanæ, & redemptionis per Christum factæ proprii insigne, magno illi Constantino primo Imperatori, qui fidem Christi publicè professus est, diuinitus in caelo apparuit cum hac uoce: *In hoc signo uincet.* Sic illustri viro Procopio, Alexandriæ Duci adhuc ethnico, & ad Christianos ferto & flamma persequendos à Diocletiano nullo, idem crucis signum in via apparuit, cum hac etiam uoce cælitus emisisset: *In hoc signo uincet hostes, & pax mea erit tecum.* Quo viso & Christianus & nobilissimus postea Martyr effectus est. Huic ergo signo, ut pij uenerationem exhibent, ita impij contradicunt, Iudæi, Pagani, hæretici. Nostri autem hodie hæretici uel maximè. Sic enim contradicunt huic signo, ut eius aspectum fere nequeant, ut illud è templis omnibus exturbarint, ut illud per uias publicas defeccerint, ut denique uaria contumelia, in multis, per Galliam & Germaniam locis illud affecerint. Nempe exerceat se ad signum, ut postea rem signatam audacius contemnãt. Signum crucis ex ecclesijs eieciunt, ut tandem Christum crucifixum è cordibus hominum eliminent. Cuius enim memoriam tollunt, eius denique amorem nullo negotio extinguunt. Lutherani, Calviniani, Puritani, Anabaptistæ, crucis signum sustulerunt in Germania, Gallia, Anglia. Horum soboles atque discipuli, Gregorius Paulus, Luthomirius, Pacleus, Homans, in Polonia, Posseluis & Trau-

Matt. 24.

a Can. 16.
 in Matth.
 b. c. in cõ.
 ad ca. 24.
 Matth.

d Ho. 77.

in Matth.

e In com.

in Matth.

cap. 14.

f Ho. 30.

in Matth.

g Cap. 3.

h Lib. 4. c.

12.

Euseb. de

uita Con-

stant. lib.

1. c. 22. Si

meon Me-

raptastes

1 vita eius

apud Su-

rium 8.

Iuli.

Crucis cõ

tẽptus ad

crucifixu

contemnẽ

dum man-

u ducit.

E & Trau-



ino Atheis-
mus. 13.

& Translyvania, Christum crucifixum, verum Deū pro-
fus negarunt. Sic isti vbi satis ad signum se exercuerunt,
rem ipsam signatam vilipendere didicerūt. Scribit Guliel-
mus Paradinus in Symbolis heroicis, ciues quosdam Me-
diolauenses, qui in necem Sfortiæ Ducis conspirauerant,
quum vultum eius, & auctoritatem ita reuererentur, vt
aliquoties rem aggressi, sola vultus quasi Maiestate per-
culli à cœpto delisserent (sicuti speculator ad Marium oc-
cidendum, missus constanti eius vultu perterritus re in-
fecta redijt) curarunt imaginem Ducis ad vitium in ta-
bella depingi. Ad hanc imaginem pugionibus suis con-
fodiendam, & deformandam, omnique alio opprobrij ge-
nere contaminandam, ubi se per aliquot dies studiosè
exercuissent, tandem ad Ducem ipsum in ipso templo pu-
blice occidendum intrepidi accesserunt, & audacissimè
occiderunt. Ad eundem planè modum, hæretici hodie
signo filij hominis contradicentes, vexillum passionis Do-
minicæ contemptui habentes, vexillum regale, Redempto-
ris nostri è templis, è vijs publicis, è domibus priuatis, ex
omni hominum memoria eliminantes, vel didicerunt ipsi
vel discipulos habuerunt, qui Christum ipsum crucifixum
omni diuinitate spoliarent, & totum redemptionis nos-
træ beneficium ab eo nobis collatum, non obscurarent
tantum, sed & penitus obliterarent. De hac impietate mo-
neri hoc loco populus potest, vt intelligat, quomodo Chris-
tus respectu hæreticorum nostri temporis factus sit in si-
gnum cui contradicetur.

Signum
Crucis in
Sacramen-
tis.

Porrò nostri hodie hæretici, sic huic signo contradicenti
vt vel in vlla sacramentorum, aut sacramentalium admini-
stratione illud adhibere, vel frontes suas, more omnium
Christianorum, illo signare pro summa superstitione, &
dementia habeant, imò ut magiæ cuiusdam abominan-
diæ maleficium execerentur, ipsi hoc nomine maximè exe-
crandi. De hac igitur utraq; Catholicorum pietate pauca
proferemus, quæ pro concione ad populum explicari la-
tius poterunt. In sacramentorum, & sacramentalium ad-
ministratione, Crucis signum adhibitum, semper in Ecce-
sia Dei fuisse, ex antiquissimis Patribus demonstrari po-
test: [Signo Crucis (ait Augustinus) consecratur corpus

Domi-

Domicum, & oia quæcumq; sanctificantur cū inuocatio-
ne Christi nominis in hoc signo consecrantur.] Rursum
alio in loco: [Quid est, quod oēs nouerunt signum Christi
nisi Crux Christi? quod signum nisi adhibeatur, siue frōti-
bus credentium, siue ipsi aquæ qua regenerantur, siue oleo
quo christinate unguuntur, siue sacrificio quo aluntur, nihil
totū ritè perficitur.] Hæc ille, ubi in tribus sacramentis, ba-
ptismi, cōfirmationis, & venerab. Eucharistiæ signū Crucis
adhiberi semper solitū attestatur, & ita adhiberi, ut sine il-
lo adhibito, nihil eorū omnium ritè perficeretur, id est, admi-
nistratio ipsa sacramentorū debito ritu non fieret, nec vim
illam spirituale quam habent sacramenta consequeretur.
In græca quoq; Ecclesia idè attestatur Chrysostomus: [In
sacra (inquit) mensa, in corpore Christi, in mysticis cœnis
fulget crux.] Et alio in loco: [Cū sacratissimo alimur cibo,
Crux adest, & ubiq; victoriæ ad insigne nobis afflirit. Om-
nia quæ ad salutē nostram conducunt, per crucē consum-
manentur.] Quod eisdē penè verbis affirmauit Iustinus Mar-
tyr in Apologia. Rursum alio in loco alias superstitiosas
observationes refellens, Signi Crucis quanta vis sit, & ut
absq; omni superstitione, imò cū præsentī malorum reme-
dio illud adhiberi possit ac debeat, his verbis docet: [Super-
stitiosè illa remedia quæ agrotis applicantur, etiā si mille
modis philosophentur, qui quæsitū ex ipsis faciunt dicētes:
Deū inuocamus, & Præterea nihil facimus, & Christiana
hæc est anus, & fidelis, quicquid eiusmodi prædicunt, ido-
lolatræ cū sapiunt Fidelis est? Crucis signaculo utitur, hoc
dumtaxat habeat sentū, hoc solū pharmacū.] Et paulo post:
[Quomodo non ridebunt nos istis egere quæ ipsi derident?]
Hæc ille. Atqui hodie, proh pudor, proh dolor, hæreticoru
quidè opera Crucis signum continentur: Impiorum autē stu-
dio magis gentilitate renouantur. Soli Catholici & pij si-
gno Crucis se munire, & aduersantia repellere contenti
sunt. Vide n. quā perpetua manifesta, & constans omnium
Christianorū deuotio hæc fuerit, signo Crucis frontem si-
gnare, hoc signo Christianū sese profiteri, hoc signo cōtra
omnia aduersa sese cōmunire. De Christianismi professio-

Tract. 178.
in Ioan.In demon-
stra. quod
Christus
est Deus.
Et ho. 55.
in Math.Hom. 8. in
c. 3. ad Co-
los.Signo cru-
cis se si-
gnare Chri-
stianorum
propria.

E a us



ne hoc signo facta, sicuti nunc Catholicae fidei professio eodem signo sit solum Catholici, quos papistas haeretici vocant hoc signo Crucis frontem signamus, identibus haereticis, & hanc Christianismi nostri professionem sublaucantibus: vide quam luculenter, & constanter S. August. scribit: [Vsq; adeo de Cruce non erubescit, ut non in occulto loco habeat Crucem Christi, sed in fronte portem. Multa sacramenta aliter atq; aliter accipimus, quaedam ore, ut nostis, quaedam per totum corpus. Quod verò in fronte erubescitur, ille qui dixit: Qui me erubuerit coram hominibus, & ego erubescam illi coram Patre meo, ipsam ignominiam quodammodo, & quam Pagani derident] (hodie diceret quam Lutherani, & Calvinista derident) [in loco pudoris nostri constituit.] Rursum alio in loco: [Si vis ambulare viam Domini, et in conspectu hominum spera in Deum, id est, noli erubescere de spe tua.] Quo vivit in corde tuo sic habet in ore tuo: quia non sine causa signum suum Christus in fronte nobis signavit, tanquam in sede pudoris, ne de Christi opprobrio Christianus erubescat.] Hae ille. Erubescunt autem hodie haeretici, qui signo Crucis frontem signare nolunt, ne Papista, id est, Christiani Catholici esse videantur. Omnium autem Christianorum hoc proprium fuisse ad omnem occasionem se Crucis signo signare, antiquissimus Tertul. his verbis attestatur: [Ad omnem progressum, ad omnem aditum, & exitum ad utrumque, & calcatum, ad lauachra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia quaecumque; non conuersatio exerceat, frontem signaculo teramus.] Hae ille. Sed & inter alia argumenta, quibus vxori suae persuadet, ne illo prius defuncto, ethnico nubat, hoc etiam adfert, quod non se poterit liberè Crucis signo signare: [Erit inquit] furtiva signatio, muta bene dictio, &c.] Quod idem hodie Catholici sustinent, qui vel in Germania: vel in Aeglia (sed in Aeglia maxime) in haereticorum contubernio viuunt. In vita S. Afr. martyris, quae sub Adriano passa est, sic legimus: [Querentibus satellitibus Natcill. Epif.] (De quo scribit Euseb. in hist. eccle.) [cura diacono suo, qui ad aedes Afr. in urbe Augustana diuertat, dixit uisus eorum. Ego cognoui eos Christianos esse: Semper enim frontes suas consignabant Cruce in qua Christus eorum passus est.] Hae ibi. Hoc exemplo manifestum sit

Enarr. in
Psalm. 30.
Conc. 3.

In lib. de
corona mi
lit,

Lib. 2. ad
Vxorem.

Surtis to.
4. li. 6. c. 8.

fit veterum Christianorum more perpetui fuisse signandi se Cruce, eundemque ethnicis ipsis non solum extritisse. Sa ne & hodie qui in haereticorum conspectu, frontem se signo Crucis signat, papista esse cognoscitur, id est, Christianus Catholicus deprehenditur Greg. Nyl. Epif. D. Basilij frater, & Ecclesia: Graecanicæ lumen in signo, in vita Sanctae Marime sororis suae scribit: [Quod & oculis, & ori, & cordi suo signum Crucis moriens apposuit. Eadem (inquit) iam mortua inuenta est habere signum crucis ferreum, & annulum ex eadem materia, in qua particula ligni vitae condita erat, ex collo ante pectus dependens, & cordi semper adherens. Eadem quoque quum tumorem ingentem circa collum passa esset, signo crucis a matre sua impresso sanata fuit:] Hae in vita Maerinae sororis suae S. Gregorius Nyssenus: Hae fuit veterum christianorum ante annos 1200. Deuotio, pietas, & religio, à doctissimis illorum temporum Episcopis, & Patribus laudata. Sanè his omnibus antiquior S. Cyprianus hanc S. Crucis, & signi eius uirtutem: ex Scripturis probat, eo in opere quo aduersus Iudaeos S. Scripturarum testimonia pro tota Christianorum hominum religione congerit. Sic igitur eius operis li. 2. scribit: [Quod in hoc signo crucis salus sit omnibus, qui in fronte notentur apud Ezechielem dicit Deus. Transi mediã Hierusalem, & notabis signum super frontem uitorum, qui ingemunt, & merent ob iniquitates quas sicut in medio ipsorum. Item illic. Omnè super quem signum scriptum est, ne tetigeritis, & ab ipsis Sanctis meis incipite. Et in Exod. Deus ad Moysen:] *Et erit sanguis in signo uobis super domos, in quibus ibi eritis: & uidebo sanguinem, & proceperam uos, & non erit plaga exterminij cum percussam terram Aegypti. Item in Apocal. Et uidi, & ecce Agnum stantem in monte Sion, & cum eo ceterum quadraginta quatuor millia, & habebant nomen eius, & nomen Patris eius scriptum in frontibus suis.* Hae apud Cypri. Eandem apud Ezechiel. Scripturam, & ante Cyprian. Tertul. & post Cyprianum D. Hieronymus de signo crucis in frontibus christianorum assidue pingendo exponit Tertul. in lib. aduersus Iudaeos postquam de signo Tau hanc scripturam attulisset, addit, *huius signi sacramentum uarij modis predicatum est.* Quod ipsum explicat li. 3. aduersus Marcionem: [Ipsa est. n. littera grecorum Tau,

Testimo.
aduersus
Iudaeos li.
2.
Cap. 12.
Cap. 9.
Exodi 12.

Cap. 12.



28 *Promptuarium Catholicum*

nostra aut T, species crucis, quā portendebat futurā in frō-
tibus nostris apud verā & Catholicam Hierusalē.] Hæc ille
Hieronymus ad illa Ezechielis verba sic commentatur :
[Antiquis Hebræorum literis, quibus vsq; hodie veniunt
Samaritani, extrema Tau litera, crucis habet similitudinē,
quæ in Christianorum frontibus impingitur, & frequenter
manus inscripione signatur.] Hæc ille. Docceatur ergo po-
pulus fidelis, si in veterū Christianorum fide manere, atq;
in ea saluari uolunt, quam nobis qualis fuerit, ex sanctissimorū,
& antiquissimorum Patrum testimonijs optimè con-
stat, ut à nouis hæreticorum fallacijs planè dæmoniacis in
hac parte attentè caueant: Signum Crucis, & veneretur, &
frontibus impingant, & abiq; vlla vetecundia hanc anti-
quissimam Christianismi notam retineant, quam & in ba-
ptismo omnes accepimus, & uerustissima Ecclesia vsurpa-
uit, ut ex Dionysij Areopagite libro de ecclesiastica hierar-
chia, ex Beato Ignatio, & Martiale uirg Apostolicis, ac de-
mum ex uerbis Origenis apud Eusebiū, in histo. ecclesiast.
luculentissimè constat. Caveant ne qui baptisimi sui solem-
nes ritus negligat atq; contemnit, fidei quoq; professionē
his ritibus adiunctam paulatim negligat, ac demum abij-
ciat : [Elegit Christus Redemptor noster (ait S. August.)
genus mortis, ut in Cruce penderet, & ipsam Cruce in frō-
tibus fidelium figeret, ut dicat Christianus. Mibi absit glo-
riari nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi.] Hæc ille.
Videndum iterum atq; iterum, ne dum Crucis signum in
fronte figere, ab hæreticis seducti erubescimus, ipsum quo-
que Christum profiteri, nouis accedentibus seductoribus
erubescamus. Intelligat fidelis populus, quomodo uos ca-
thecumenos, & rudes Christianos sanctissimi ueteris Ec-
clesiæ Patres instituebant. Cyrillus Hierosol. Episcopus quic-
simus in hunc morem suos catechizat : [Non pudeat vos
(inquit) Crucifixum confiteri, sed in fronte cōhdenter si-
gnaculum Crucis digitis imprimatur, & in alijs rebus om-
nibus Crux fiat in panibus comedendis, & poculis biben-
dis, & in egressu & in ingressu, ante somnū, recumbēdo, &
surgendo, eundo & quiescēdo. Magna est hæc custodia, quæ
propter pauperes gratis datur, sine labore propter infir-
mos, quā à Deo sit hæc gratia, & timor dæmonū. Trium-
phauit

Lib. 6. ca.

43.

Tract. 43.
in Ioan.

Cathech. 13.

Domini. infra Oct. Nat. Domini. 29

phauit enim de illis, hoc signo ostenta illi audacter. Quan-
do enim viderunt crucem, recordantur Crucifixi. Metuunt
enim eum qui cōtriuit caput draconis.] Hæc ille. Est apud
Theodoretum in hist. Ecclesiastica de milibus Christianis
insigne exemplum, qui quum ad omnem portū signa-
rent poculum crucis, eo signo, quod Christiani essent, de-
tecti sunt. D. Hieron. ad suam Eustochium sic scribit: [Ad
omnem actum, & ad omnem incellum manus pingat cru-
cem.] An fortè scriptoribus Ethnicis maiorem fidem ha-
bebat hodie hæretici, quàm Eccles. Catholice Patribus
ac magistris: quos sanè non minus quàm nos, Papias vo-
care poterunt. Audiant igitur & eorum hac de re testimo-
nia. Lucianus ille derisor hominum atque deorum, in quo-
dam Dialogo scribit, Eucratem hominem fide dignum
quum anulum accepisset, ex ferro, ex quadam cruce facto,
aduersus prauos dæmones redditum esse secutum. Plin-
ius in sua naturali historia scribit Magos quosdam sui
temporis fragmento elai à cruce sublato, vel sparto à cru-
ce accepto, ad morbos pellendos vsos fuisse. Et sanè si ter-
renorum Principum auctoritas tanta est, ut res infimas &
abiectas nobilitare queant (sic enim Subligaculum Reges
Angliæ, Vellasonium Duces Burgundiæ, Conchas ma-
rinas Reges Franciæ, per Equestrem ordinem illis rebus
attributum honorari fecerunt) multo magis S. Crux, quæ
decorem & pulchritudinem de membris Domini accepit,
ut S. Andreas Apostolus Martyrij sui tempore professus est,
summa in ueneratione haberi debet. Impijs ergo solis Pa-
ganis, ludias, hæreticis signum est cui contradicatur. Pij
autem Christianis, & Catholicis, signum est quod in sacra-
mentis exercent, in frontibus impingunt, summo in ho-
nore habent.

2. *Et erat Anna Prophetissa & hæc uidua, &c.
quæ non discedebat de Templo, ieiunijs & obse-
rationibus seruans die ac nocte.*

Locus perspicuus, quo contra hæreticos horum tem-
porum ostendatur, ieiunia & orationes esse propriæ &
verè cultum Dei, quod de ieiunijs pertinacissimè negant.
Propterea enim præcepta ieiunij nō fecerunt hæretici hodie,

Lib. 3. ca.
16.

Epist. 21.

In Philo-
pseudo.

Li. 23. c. 4.

Ieiunia &
orationes
esse cultū
Dei.



In locis
comm. tit.
de cere-
nijs in ec-
clesia.
Instit. li. 4.
ca. 12. nu.
19.

Duo hære-
ticutū fun-
damēta cō-
tra cultus
ecclesiasti-
cos.

Primi re-
futatio.

Volunta-
rij cultus
Deo grati.

30 **Promptuarium Catholicum**

sed vt olim damnatus hoc nomine Aerijs libera illa esse voluit, Ecclesiam quoque Catholicam superstitionis pharisaicae arguunt, quod certis, & præscriptis ieiunijs Deum coli, & gratum Deo obsequium præstari doceat. [Error est perniciosus (ait Melanchthon) ieiunia, & similes *ἀσχημότητες* esse bona opera, & cultus Dei. Cultus Dei est opus mandatum à Deo seu certo Dei testimonio institutum, quod Deus pronuntiat se honore affici.] Hæc ille. Sic Caluinus de ieiunio disputans: [Alterum, (inquit) malum summo opere cauendum est, ne pro opere merito, aut specie diuini cultus censeatur.] At qui contra hos hæreticos diserte scriptura in hoc euangelio dicit, quod Anna prophetissa erat seruans *de ac nocte in ieiunijs, & obsecrationibus*. Vitur autem Lucas verbo quod propriè Dei cultum notat, *λατρεύουσα*. Sicut enim Latrìa cultum significat soli Deo proprium, vt nobiscum hæretici fatentur, iuxta illud Deuteronomij à Christo repetitum: *Soli Deo seruias, λατρεύουσιν*, sic *λατρεύουσα* seruare Deo in ieiunijs, est per ieiunia Deū colere, honorare, opus illi gratū & acceptū facere: quod hic de hac sancta vidua disertissimè Lucas proficitur.

Duo sunt cur hæretici hodie ieiunia, & similia pietatis opera, vel ab ecclesia instituta, vel ex communi christianorum pietate suscepta, ad Dei cultum pertinere nolint. Vnum est, quia sola opera à Deo mandata, uel certo eius testimonio instituta (vt ait Melanchthon) cultus Dei habenda sunt. Alterum est, quia (vt Caluinus loco citato subiungit) [quum sint res per se mediæ, nec quicquā habeant momenti, nisi propter tam siuolas hereticorum cauillationes ieiunia ecclesiastica, aut etiam uoluntatiē suscepta cōtendant. Ad primum responde, axioma esse falsissimum nihil ad Dei cultum pertinere, nullum opus Deo gratum esse, quod non sit à Deo mandatum, vel certo eius testimonio institutum: Nam ne longè abeas, hæc ipsa ieiunia quæ hæc vidua Anna exercuit, nullo Dei mandato, aut certo testimonio instituta fuisse, leguntur. Sed & alia huiusmodi quæ pluri-

Dominic. inf. Oct. Nat. Domini. 31

plurima in scripturis occurrunt. Abel, Noe, Abraham Moyses, ante legem datam Deo altaria erigebant, & sacrificia offerebat nullo Dei externo mandato instructi. Sic Elias erexit altare super 12. lapides. Rechabite abstinebant à uino: Magi offerebant Christo munera. Magdalenæ unxit pedes Christi, & effudit unguentum pretiosum in caput eius (quod bonum opus Christus disertè laudauit.) Nicodemus balsamo condidit corpus Domini. Iudæi ferentes ramos palmarum & stratis per uiam uestimentis Christum honorarunt. Hemorrhissa tetigit fibriam uestimenti Christi ut sanaretur. Christiani timorati fecerunt planctum magnum super Stephanum sepelientes eum. Apostoli oblationes Iudæorum fidelium acceperunt, ipsique fideles sua omnia ad pedes Apostolorum posuerunt, ut essent omnia communia; denique collectas fieri in pauperes Iudæos alendos à gentibus fidelibus Apostoli statuerunt. Dauid dicit uoluntariè sacrificabo tibi. Psalm. 53. In lege spontaneæ oblationes permittuntur. Leuit. 2. Ioann. Baptista abstinentia & uita eremitica. Iacobus Apost. perpetua abstinentia à carne, teste Egesippo, Pauli spontanea castigatio, de qua dicit. *Ego castigo corpus meum, &c.* Voluntarij cultus erant. Hæc omnia sine ullo Dei mandato, sine ullo certo in Scripturis testimonio, à solo Spiritu S. edocti, tum Apostoli, tum alij fideles, tamquam bona opera Deo placentia, & ad Dei cultum & honorem ordinata fecerunt. Est ergo axioma falsissimum definitio mendax, cultum Dei esse opus mandatum à Deo, & contra tot scripturas, quæ multa bona opera commendant, & Deo grata fuisse ostendunt absque ullo Dei mandato, externo uidelicet & in scripturis expresso, ut moderni hæretici semper intelligunt. Ad secundum responde, ieiunium non esse rem per mediam aut indifferentem, sed ad iustitiam Christianam pertinere, sicuti oratio & eleemosyna pertinent, sicuti Christus disertè apud Mathæum docet. Vbi enim dixisset: *Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus*, partes huius iustitiæ ponit, eleemosynam, orationem, ieiunium. Est autem uerissimum ieiunia nihil apud Deum momenti habere, nisi ob debitum finem suscipiantur. Sed hoc etiam eleemosynis,

2. Reg. 18
Ierem. 35.
Matth. 2.
Lucæ 7.
Marc. 14.
Ioan. 19.
Marc. 11.
Marci 7.
Act. 8.
Act. 4.
1. Cor. 16.
& Act. 15.
Num. 30.

1. Cor. 9.

Secundi
refutatio.

Matth 6.



Epist. 79.
De officijs
lib. 1. c. 36.
Lib. de
Moribus
Manich.
cap. 30.

mofynis, orationi, alijsque omnibus bonis operibus exterius commune est, quæ nisi propter Dei amorem & honorem suscipiantur, ad cultum Dei non pertinent, nec Deo placere possunt. Quo sensu rectissime scripsit Augustinus: [Deus non colitur, nisi amando.] Et Ambrosius [Affectus (inquit) tuus imponit nomen operi tuo, quomodo à te proficiscitur, sic æstimatur.] Et de ieiunijs disertè sic contra Manichæos August. [Querimus à vobis quo sine faciaris quod non vescimini carnibus. Finis enim si laudabilis fuerit, & opera ipsa laude digna erunt.] Nec aliter hodie in Ecclesia Catholica ieiunia laudantur, nisi ut ob Dei amorem atque honorem suscipiantur. Siue enim ad animum orationi publicæ melius præparandum, siue ad carnem macerandam, siue ex Ecclesiæ præcepto, quod non nisi illa duo respicit, ieiunetur, totum hoc ad Dei cultum siue ad Deum purius atque sincerius colendum destinatur. Sic Anna vidua frequenter ieiunabat, ieiunando Deum colebat, colendo Deum prophætico spiritu donata est, prophæzando Christum videre, agnoscere, publicè confiteri digna habita est. Ideò eius hæc pietas in Scriptura Evangelica proponitur, & laudatur, ut contra Epicureos omnium temporum maximè huius seculi, intelligamus ieiunia frequentia, & orationes assiduas ad Dei cultum insigniter pertinere. Quod quidem utrumque nostris hodie delicatis hæreticis vanum ac superstitiosum videtur. Quæ de re diligenter hoc loco populus monendus ac instruendus est.

Sed operæpretium erit, quomodo huius Evangelij textum impius Calvinus corrumpat, deq; ipso ieiunio quàm profanè disputat, paulò plenius explicare. Sanè in sua Harmonia Evangelica nõ ferens tam luculentam ieiunij commendationem, textus Evangelici puritatem suo fermento contaminare voluit: [Superest (inquit) scrupulus quod videtur Lucas partè diuini cultus in ieiunijs statuere. Sed notandum est ex operibus, quæ ad Dei cultum spectant, alia simpliciter requiri & per se esse necessaria: alia verò quæ accedunt referri in hunc finè ut prioribus illis subserviant. Precationes ad Dei cultum propriè faciunt, ieiuniũ uerò inferius subsidium est.] Sic hæc distinctio vera: Ex ea

tamen

tamen disertè sequitur, [partè diuini cultus in ieiunijs potè, quia subsidium quoddam est precationum, quæ simpliciter ad Dei cultum requiruntur.] Vtrumque autè hoc Deus affirmat Calvinus, [ex operibus illis esse] quæ ad Dei cultum spectant. Non ergo scrupulum quem ponit Calvinus exemit, sed magis confirmat. Nunc autem ieiunium opus est Deo gratum ex se & ad Dei cultum ex se pertinet, non solum subsidium est precationũ [Imò (ait Calvinus) ieiunium non aliter Deo probatur, nisi quatenus præcaudi studium & ardorem adiuuat.] Id si ita est, huius Annæ uiduæ ieiunia Deo probata non erant. Ait enim de illis Calvinus eodem hoc in loco: [Non dubium est quin ieiunia sua retulerit sancta mulier ad lugendam quæ tunc erat Ecclesiæ calamitatè.] Si ad hunc finem sua ieiunia retulit hæc sancta mulier, aut Deo hoc nomine probata non erant, aut falsum est quod prius Calvinus dixit, [Deo nõ probari ieiunia nisi quatenus precandi studij & ardorem adiuuant.] Ita ad refutandum Calvinum, ipsamet vertiginis, quem patiuntur ipsi Archihæretici, ut infra paucas lineas pugnantia doceant. Magistri mendaces meminisse nunquam possunt, mendacem oportere esse memorem. Nam & alibi idem Calvinus ubi hæc uerba Lucæ eodem modo deprauat, tres tamen ieiunij fines, ob quos Deo probantur, disertè assignat, unum ad macerandam [ac subigendam carnem ne lasciuat (secundum ut) ad preces ac sanctas meditationes melius simus comparati,] (quam hic vnicam & solam affirmat, cætera excludens) tertium, [vt testimonium sit nostra coram Deo humiliationis, dum volumus reatum nostrum coram ipso confiteri.] Qui ultimus ieiunij finis non minus propriè ac simpliciter ad Dei cultum pertinet, quàm precatio. Sicut enim ieiunium testimonium est nostræ humiliationis coram Deo, sic & precatio: & sicut ieiunio consistemur reatum nostrum, sic & precatione. Vtroque à Deo veniam petimus, utroque nos coram Deo humiliamus, utroque reatum nostrum confitemur: idque eo magis ieiunio quàm deprecatione quatenus ieiunium magis penale est, & non uoluntatis, sed realis oratio, non uoce, sed factò Deum deprecans.

Caluinus
à serpio re
futatur.

Insti. li. 4.
cap. 12. nu
me. 15.

Ieiunium
ad Dei cul
tum per se
pertinet.

Ad Luc.
cap. 2.



canis. Si ergo precatio ad cultum Dei pertinet, non secus ieiunium pertinebit.

At enim si nullum Dei cultum in ieiunio reponat Calvinus, eo minus mirum videri debet, quia tale ieiunium definit, quod nomine ieiunij à Deo probari non potest: quum neque ad macerandam carnem, neque ad precandi studium neque ardorem quicquam conferat. Ieiunij quippe qualitates & quantitatem seu parsimoniam describēs: [Qualitas (inquit) in eo sita est, ut absint omnes lautitiae, ac plebeijs vilioribusq; cibis contenti, palatum delicatis non irriterentur. Quantitatis ratio in hoc est, ut parcius ac leuius solito vescamur, tantum ad necessitatem, non etiam ad uoluptatem.] Hac ille. Ieiunium ergo Calvinianum est, à delicijs tantum abstinere, nec ad uoluptatem, sed ad necessitatem vesci. Sic Calviniani semper delicatè victitant, & ad uoluptatem vescuntur, nisi quando ieiunant. Quod quia peccatè faciunt, gula apud eos in nullo peccato ponitur, nisi fortè [delicatis cibis palatum irritare, & ad uoluptatem vesci,] ad gula uicium pertinere negabunt. Moderatio victus à bonis uiris perpetuo tenenda, qua uide licet ad necessitatem, non ad uoluptatem vescuntur ieiunium Calvinianum est. Denique hoc modo rustici & inferioris conditionis homines, qui plebeijs ac uilioribus cibis vescuntur, perpetuè ieiunant. Omnes etiam qui in lautiore fortuna necessarijs contenti sunt, Caluino ieiunant. Quasi uerò uiliores & plebeijs cibi non secus uentrem replent ac stomachum grauent, quàm cibi delicatis: aut quasi qui ad necessitatem vescitur, carnem suam macerare dicendus sit. Sanè moderatus uictus omnium medicorum iudicio prolificationi magis idoneus est quàm delicatus, unde & rusticos ac mediocri fortunæ homines prolibus abundare cernimus, quibus magnates saepe numero carent. Denique non carnem macerat, sed optimè nutrit, qui ad necessitatem tantum vescitur: nec alij magis succulenti aut robusti sunt, quàm qui perpetua uictus moderatione usi ad necessitatem tantum uescuntur. Medicorum præceptum est, ad corporis robur ac uires seruandas, cibis magis parabilibus vesci, & ad necessitatem tantum, quasiq; adhuc esurientem à mensa surgere.

Vbi supra num. 18.

Ieiunium Calvinianum ad corporis cultum pertinet.

Nihil

Nihil ergo te dixi mirum, si Caluini iudicio ad Dei cultum ieiunia non pertinent. Sane quippe ad corporis cultum illa pertinent, non ad Dei. Philosophica illa sunt ieiunia, non Christiana. Ad corporis bonum statum & *hygiē* illa spectant, non ad castigationem. Non illa carnem macerant, sed impingnant, nec castigant, sed roborant. Christianorum autem ieiunia, quæ corpus etiam necessarijs ad tempus priuant, quæ cum fame & siti, cum abstinentia non lautiorum modo ciborum, sed & omnis cibiconiuncta sunt, illa carnem macerant & castigant, illa ad precandi studium plurimum conferunt, illa hominem coram Deo humiliant, iuxta illud Dauidis, *Humiliasti in ieiunio animam meam*, illa denique ad cultum Dei pertinent. De Calviniano ieiunio plura adhuc diximus in parte Quadragesimali.

Psal. 34. in feria 4. Cinerum.

3. *Et in resurrectionem multorum in Israel.*

Locus contra hæreticos de spiritali nostra resurrectione per Christum ad ueram uitæ nouitatem, quam illi in sola remissione peccatorum nefariè ponunt. Vide *Promptuarium Morali*, in hac Dominica textu 3.

DOMI.



36 *Promptuarium Catholicum*
DOMINICA PRIMA POST
Epiphaniam.

1. Ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem in die solenni Pasche. Ascendentibus illis secundum consuetudinem diei festi.

Defestorum
celebratio
ne



Ocus oportunus explicandi contra prophanos nostri temporis hereticos pia ac religiosam festa ecclesie celebrandi consuetudinem. Sicut n. Synagoga, sic multo magis Ecclesia Christi sua habet determinata festa, in quibus Deum publico indicto conuentu cor-

lit. Rationes n. propter quas in veteri populo ubi semel factam Synagoga habuit, festa solennia instituta fuerint, multo magis in Ecclesia Christi locum habent. Primum, ad beneficiorum Dei perpetuam memoriam, de qua causa sic Augu. [Deo beneficiorum eius solennitatibus, festis, & diebus statutis dicamus sacram usque memoriam, ne volumine temporum ingrata subrepat obliuio.] At beneficia Dei per Iesum Christum multo & ampliora & excellentiora sunt, quam olim per Moysen, aut alios quoscuque Prophetas, uel Reges, uel Duces populi exhibita. Deinde ut in Sabbato alijsque solennibus diebus uerba Dei legentur, audirentur & explicarentur. Quam in ecclesia Christiana causam explicat Euseb. Pamphili in demonstratione euangelica. At nunc auctior est scripturarum Canonica, tum liber, & multo legendi atque audiendi uberior materia, in suppeditat, quam in Synagoga. Tertio ut propter eos qui magis seculo uacant quam Deo, & negotijs huius uitae implicentur, certi congregationum dies constituantur: quam egsam festorum, & Eusebius loco citato, & Sanctus Hieronymus notauerunt. At ut maior est Christianorum numerus, sic maior harum congregationum necessitas. Quarto ut iuxta Apostolum *omnia honeste secundum ordinem fiant*, & (ut ait Hieronymus loco citato, & post eum S. Leo) ne inordinata populi congrega-

I. com ad
Gal. ca. 4.
4.
1. Cor. 14.
1. pi. 4. c. 2.

Dominic. 1. post Epiphaniam. 37

tio fidem minueret in Christo. At quanto frequentior Christianorum populus, tanto sollicitus ab hac inordinata confusione cauendum fuit. Sunt & alia festorum cause, deuotionis incrementum: [Tunc enim efficacior est sanctiorque deuotio (ait Sanctus Leo) quando in operibus pietatis totius Ecclesie unus est animus & unus est sensus.] Obedientie meritum. [Sacratius enim est quod publica lege celebratur, quam quod privata institutione reuetur.] (ait idem Leo) ac denique letitia spiritualis fidelium, de qua multa uide in Constitutionibus Apostolicis a D. Clemente collectis. In hoc ergo Euangelio ut D. Virgo mater Christi ac Ioseph uir eius festa ueteris legis diligenter custodisse perhibentur, & puerum Iesum secum ad Templum duxerunt, sic nos Christianos decet festa Ecclesie Christiane diligenter obseruare, quicquid hodie contra hanc Catholicorum cultum impie & inepite heretici delaterent. Qua in re ut uaria eorum impietas populo fidelis manifestior fiat, operae precium erit breuiter hoc loco exponere, quam uarias & dissentientes hac de re opiniones Spiritus dissensionis Satanae (quo magistro utuntur) eos docuerit. Quidam enim nulla prorsus festa, excepto solo Dominico die, quem ita Sabbato successisse putant, ut sub precepto diuino cadat, celebrari debere desunt. Hanc sententiam tenent hodie in Anglia Puritani iuxta ritum Geneuensis Ecclesie, & authore Caluino. In stirur. lib. 2. ubi de solo Dominico die celebrando disputat. Alij nec Dominicum diem obseruari nolunt, ne Iudaitas so-
leatur, & aliqua dierum obseruatio fiat. Contra hos disputat acriter Caluinus loco citato, & uidentur esse Anabaptistae. Alij rursum sola illa festa celebrari apud suos permittunt, quae ad redemptionis nostrae beneficia recollenda faciunt: ut Natalem Domini, & resurrectionem & Ascensionem, itemque Pentecostem. Hanc sententiam sequuntur Helueticae Ecclesiae in sua confessione, & Illiricus in comment. ad Gal. c. 4. Quarta opinio eorum est, qui Sanctorum etiam festa admittunt quidem, sed eorum tantum quorum in Euangelio sit mentio, ut Apostolorum, B. Virginis, Ioannis Baptistae, Magdalenae & Stephani Protomartyris. Hanc opinionem tenet Bullingerus minister

Tigu.

5.
Ser. 4. de
ieiuinio 7-
mentis.
6.
Ser. 3. ibi.
7.
Li. 7. c. 36.

Dissentientes hereticorum sententiae de festorum celebratione

1.

2.
Cap. 8. ubi

3.

Cap. 4.
4.



Tigurinus in comment. ad cap. 14. ad Rom. Et illum morem seruant Ecclesie Tigurinz. Quinta opinio eorum est, qui aliorum præterea Martyrum, & Sanctorum festa celebrant quidem, sed ex politica tantum Ecclesiastica, non ex religione, nec per modum cultus alienius, id est, ad eum sanè finem, ut populus fidelis illis diebus ad audiendum Dei verbum conueniat, & ad imitationem sanctorum excitetur, nulla autem alia ex causa, ne aliquis hic sanctorum cultus aut ulla pars religionis statuatur. Sic Anglo-caluinista sua festa colunt atque mollium Lutheranorum Ecclesia. Contra quos politicos homines solum Augustini testimonium, quem totius Antiquitatis fidelissimum interpretem Caluinus vocat, sufficere potest, qui sic scribit. [Populus christianus memorias Martyrum religiosa (non politica) solennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem (quod solum isti politici volunt) & ut meritis eorum cõsocietur atque orationibus adiunetur.] Hæc ille. Docendus ergo hoc loco populus festa ab Ecclesia præscripta religiosa solennitate celebrare, piè ac deuotè colere, assidue in illis Templis frequentare, ut parentes Christi in hoc euangelio quotannis fecerunt: ab hæreticorum autem Babilonica confusione & dissensione circa festorum cultum toto pectore abhorre, cultum denique Catholicum propter grauissimas causas hic citatas institutum, sicut bonos Ecclesie filios docet, reuerenter & obedienter exequi. Vnde S. August. [Requæ (inquit) festa Ecclesie colunt, qui se Ecclesie filios esse recognoscunt.] Hinc videlicet hæretici, quia filij Ecclesie, sed hostes & rebelles, idè non festa Ecclesie, sed festa sua, & suo cuiusque iudicio approbata ac denique sua quisque more colunt: ut ex eorum sententijs tam varijs iam enumeratis liquido constat. Porro de consuetudinibus S. Ecclesie religiosè seruandis, quas in uniuersum hæretici hodie despiciunt, vide Promptuarium Molle ad hanc Dominicam

Text. 2.

Contra
Fauft. lib.
20. ca. 21.

Serm. 253
de temp.

2. *Et remansit puer Iesus in templo, & non cognouerunt parentes eius.*

Locus necessarius defendendi Beatissimam Virginem matrem Dei ab impuris hoc loco hæreticorum hodie calumnijs, & criminationib. Lutheranis enim multi B. Virginem hoc loco graue peccatum commississe uolunt quod filium suū amiserit. Sic Lutherus, & Melancthon in postilla super hanc Dominicā, Brentius Hom. 19. in Lucā, Loffius in c. 2. Luc. & Magdeburgenses doctuerunt. Atq; ad eū Eua peccatrice propter hoc peccatū conferunt B. Virginē, & aiunt in perdendo Salvatore mundi sic hanc peccasse, sicut illa in perdenda originali iustitia. Sic norunt isti hæretici sanctorum facta pessime interpretari, & nequiter exaggerare. Non contenti beatissimam Dei matre non uenerari, etiam criminari homines impuri audent. Sed hanc criminationem ex destinata malitia profectam, & nulla ratione fundatam, ipsi met, alterius sectæ hæretici, ut barbaram & impiam explodunt. Zuinglius enim apertè dicit puerum Iesum in templo remansisse, [non pueri contumacia, nec parentum negligētia, sed singulari quadā Dei prouidentia.] Idem scribit Bullingerus. [Parentes (inquit) pueri curam satis diligentem habentes nihil hic peccarunt per negligētiā.] Et probat ex euangelio: *Nam singularis parentū sedulitas & uigilantia in eo relucet, quod primo mox die diligenter inquirunt puerum: & eo non inuenito urbē reuertunt, &c.* Sed & quis non uidet quod ipse Euangelista ab omni culpa parentes ex industria liberat dicēs: *Existimantes eum esse inter cognatos & notos.* Denique ipse Caluinus hos crassos Lutheranos acute refutat. [Ex pluribus, inquit, Scripturæ locis cõstat tutatim iter facere solitos, 9. dieb. festis ueniebant in Templi adorandi causa. Quare non mirum si primo die Ioseph & Maria de puero minus solliciti fuerint: postea uero se nō pigritia uel neglectu securos fuisse ostendunt.] Hæc ille. Quod aut̃ beatiss. Virginem hoc nomine cum Eua isti nonatores cõparant, intolerabilis & insensita & malitia est. Certe sancti Patres longè a iā utriusq; comparationem instituunt. [Auctrix peccati Eua, auctrix meriti Maria. Eua occidendo obfuit, Maria uiuificando

B. Virgo
defendit.

Cent. 1.
lib. 1.

In 2. cap.
Luc.

In Luc. 6.
2.

In Harm.
Euang.

Serm. 18.
de sãcis.



Epist. 21. ad Eustoc. li. 5. c. 19.

In li. de carne Christi. Hom. 3. su per Missus est. In colloquio cum Tryphone.

Epist. 79.

B. Virgo defenditur.

In c. 1. Lu. a Cent. 1. l. 1. b In 2. ca. Luc. c In postil. d In hanc do. e Ho. 20. in Luc. f & g sup hanc Dom. h In Luc. c. 2.

40 **Promptuarium Catholicum**
profuit. Illa percussit, ista sanauit.] Hæc August. Nec aliter Hieronymus: [Mors per Euam, Vita per Mariam.] Sed utroque antiquior Irenæus: [Eua seducta est, ut effugeret Deum. Maria suasa est, ut obediret Deo, ut virginis Eux virgo Maria fieret aduocata.] Et omnium antiquissimus Tertullianus: [In Virginem adhuc Euam irrepserat verbum adificatorum mortis. In Virginem æquè introducendum erat verbum extructorium vite, ut quod per eius modi sexum abierat in perditionem, per eundem sexum redigeretur in salutem.] His adiuge D. Bernardum: [Eua prius peremptrix quàm parens, prius peccauit quàm peperit. Maria prius reparatrix quàm parens.] Quæ etiam est Iustini Martyris comparatio. Sic norunt Patres Euam cum Maria comparare. In laudem, non in uituperium: ad excellentiæ commendationem, non ad similibus infamiae notam: idq; iuxta Angeli encomiõ: [Benedicta tu in mulieribus.] Hic ergo cum S. Ambrosio merito exclamet Concionator: [Claudat ora sua perfidia, obmutescat, ne matrem Domini aliquo audeat temerare conuicio.] Sed hanc horum hominum impietatem sequentes adhuc circa hoc Euangelium criminationes magis docebunt.

3. *Fili quid fecisti nobis sic? Pater tuus, & ego dolentes querebamus te.*

Locus alius improbas hæreticorum hostie calumniis abstergendi, & Sacratissimæ Virginis honorem tuendi. Hic enim iterum suam Sanctos calumniandi libidinem exercent. Expostulant parentes (ait Bullingerus) pro iure suo cum filio, & non sine commotione rogant, cur ipsos coniecerit in tantum errorem. Sic a Magdeburgenses, b Pelicanus, c Coruinus, d Maior, & alij e Brennius & f Spangenbergus mirè hic theoricantur, & Matrem Christi introducunt de mandato Dei, circa parentes honorandos à Christo uiolato, grauissimè & acerbissimis uerbis expostulantem. Sic & g Lossius: Cur contra obedientiam, quam nobis debes, mansisti Hierosolymis: Quem & sequitur h Sarcetius. Contra quorum omnium peccantiam utatur concionator uerbis R. Patris Cantifi, in sua Mariana.

Matiana. Deum immortalem? An quisquam magis turbulentos. & patheticos interpretes Euangelij facti unquã vel legit, vel audiuit? Ira, odio, inuidia, alijsq; foedis & insanis affectibus hos flagrate necessum est, qui tam fœda, & ab omni humanitate aliena, ab ipsis sanctis, in Christi contumeliam dicta profundunt. An uero decet in scripturis hoc modo ludere, neque modò suspectum, sed & infamem Mariæ personam, leuissima de causa omnibus reddere? Hæc ille. Sed omnem hanc Lutheranorum sapientiam, tanquam calumniam ineptissimam rejicit Caluinus in sua harmonia Evangelica. Et sanè si verum esse, quid falsum esse non potest, quod de hac B. Virgine scribit Augustinus: [Non potuit Mariæ diuinitati Christi, non esse credula, quæ nouerat hunc se non virili semine, sed diuino spiramine, nunciante Archangelo concepit,] fieri nõ potest. Vt uilam expostulationem acerbam hæc uerba contineant. Quare hæc uerba græcus hoc loco Scholiastes dolorosam quãdam inquisitionem, quæ matrem decebat, non acerbã, aut arrogantem expostulationem, fuisse exponit: [Miranda (inquit) Dei genitrix, matris affecta uisceribus quasi cum lamentis inquisitionem dolorosam ostendit, & omnia sicut mater fiducialiter, & humiliter, & affectuosè exprimit.] Hæc ille. Sed & uerba Euangelij hunc sensum aperitissimè ostendunt. *Fili*, inquit, non dicit, õ puer. Amorem suum explicat, non auctoritatem, vel indignationem. Dein de addit: *Dolentes querebamus te*. Non dicit, Meritò tibi offensus, uel irati quæruimus te. In omnibus amorem, & dolorem maternum exprimit. Et hic ergo locum habent illa Ambrosij uerba de matre filiorum Zebedæi scripta, quum à Christo peteret quod nesciebat: Nesciunt materna uiscera patientiam. Error si est, pietatis est. Matrem considerate, matrem cogitate.] Hæc ille. Postremò docendi sunt isti ignari hæretici, docendus que que populus, ne ignarus ab ignaris decipiatur: potuisse B. Virginem rectissima uoluntate filij presentiam perpetuam, & indiuisam expetere, etiam Dei uoluntas alia esset: sicut dant recta uoluntate, & in scripturis laudata uoluit templum Deo adificare, quod tamen Deus non ab illo, sed à filio suo edificari uoluit, sicut Paulus recta, & sancta uoluntate, [proposuit serpe ad Romanos

Lib. 4. cap. 15.

Serm. 1. de Assump. B. Virg.

Lib. 5. c. 3. de fide. Voluntati Dei quatenus nostra conformari debeant.



manos venire, ut aliquem fructum haberet in illis, sicut & in ceteris gentibus, sed (inquit) prohibitus sum vsque adhuc.] Roman. 1. A quo verò nisi à Deo? sicut Actor. 16. prohibuit se à Spiritu sancto scribit, ne iret in Bythiniam. Sic vxor mariti, & filius patris vitam recta voluntate velle potest, utroque ad mortem iuste damnato. Nam & ideo nullus tam barbarus Rex aut Princeps est, qui vxoris aut filij, aut cuiusvis amici pro damnato legitime marito, patre aut amico, intercessionem crimen læsæ iustitiæ interpretetur, aut puniendam censeat, sed contra quodam tacito iure natura admittit. Huius rei ratio est, quod tenemur quidem conformate voluntatem nostram diuinæ voluntati, & Superiorum nostrorum, formaliter, vt loquuntur Scholastici, id est, quatenus illa refertur ad commune bonum, quatenus considerat generalem ordinem ac dispositionem rerum, quod quidem commune, & generale bonum à Deo semper, à Regibus, & principibus in iustitia administranda, vt plurimum respicitur, & spectatur. Non autem tenemur id semper facere materialiter, id est, apprehendendo & considerando quodcumque particulare bonum in se, & nobis proportionatum. Sæpenumero enim quod nobis bonum est, generalitati, aut communitati, siue totius vniuersi, siue unius regni, aut Reipublicæ, non est: nobis illud sine ulla culpa nostra ignorantibus. Non ergo offenditur superior potestas in desiderio priuati boni cuiusque (nisi fortè bonum commune, nostro priuato contrarium nobis reuelaretur aperte, vt in exemplo Dauidis superius allato, qui audita contraria Dei voluntate quod non per illum, sed per Salomonem eius filium templum edificaretur, acqueiuit:) quod sit communi bono contrarium, quam diu certe generale illud Principium integrum apud nos manet, si Deus voluerit, si Superiori potestati ita videbitur. Sic omnino in te proposita, non vel minimum peccauit B. Virgo dolendo Christi pueri absentiam, & eius presentiam desiderando, quod erat illi bonum, etsi Deus aliud tunc bonum illa nesciente voluerit, quia nec illam aliam Dei voluntatem illa sciuit, aut scire tenebatur, nec hoc suum desiderium ita tenuit, quin diuinæ voluntati in omnibus se conformaret,

parata

2. Reg. 7.

parata id velle, quod propter commune, & maius bonum Deus fieri vellet: Qualis erat hæc Christi in Templo absentia; & cū doctoribus disputatio, ut sic puer Iesus qualis esset paulatim innotesceret, manente haud dubie eius facti memoria vsq; ad ætatem adultam, quando se palam manifestauit. Quare audita Christi responsione, quod [in his eum esse oportebat, quæ Patris eius erant,] id est, quod etiã in illa puerili ætate aliquod diuinitatis suæ testimonium & legationis suæ specimen exhibere debuit, sicut in ætate infantili varia testimonia exhibita fuerant, penitus acquieuit beatiss. Virgo hæc fortasè non incommodè hoc loco explicari populo poterunt, vt intelligat B. Virg. sine vilo planè vitioso affectu, sine vlla leuitate muliebri, sine vlla Dei vel minima offensione, Christi filij sui absentiam doluisse, doloremque suum verbis affectuosis expressisse? [Fili quid fecisti nobis sic?]

4. Quid est quod me querebatis? Nesciebatis quod in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse?

Locus adhuc alius defendendi B. Virginis honorem, & innocentiam contra peculantes, & arrogantes Notuorum hodie reprehensiones. Dicit hoc loco Brentius: Christum parentes suos grauissimè obiurgasse, imò & penè abnegate noluisse.] sed hoc est, [projicere margaritas ante porcos,] committere Scripturas hæreticis tractandas, sanè [ut pedibus eas conculeent.] id est, ut suis sordidis affectibus eas subijciant: & Christi sanctissima uerba mysterij plena humanis passionibus polluant. Christus alio in loco sicut non ferenti fructum, quum sanè tempus ferendi fructum non esset, maledixit tamen quod fructum non ferret: & sic maledixit, ut statim arefceret. Qui nudam hæc iteram respicit, & facti corticem tantum inspicit, exillimabit absurdum aliquid Christum fecisse. Sed mysterium & occulta quedam doctrina erat, quam Christus hoc suo facto (ut doctrinæ tenacior esset memoria eum tali facto coniunctæ) docere uoluit. Nempè ut fidei vim ac uirtutem doceret, qua si pollerent, non solum si-

B. Virgo defendit.
Hom. 20.
in Lucam.

Matt. 21.
Marc. 12.

F 3 cus.



cus arefacerent, sed & montes transferrant, sicuti mirantibus Apostolis Christus rem explicat. Sic omnino hoc in loco Christus sic respondens parentibus suis, non illos obiurgat, sed astantes docuit, atque adeo nos vsque hodie docet. Tria igitur his verbis docere voluit. Primum & precipue aduentus sui in hunc mundum causam iuxta illud, quod apertius postea Pilato dixit: [Ego in hoc natus sum, & ad hoc in mundum ueni, ut testimonium perhibeam ueritati.] Sic in hoc Templo cum doctoribus disseruit, docens eos ueritatem. Secundo docere uoluit Dei cultum omnibus preferendum, etiam parentibus charissimis. Tertio docet parentes non sic liberis suis indulgere debere, ut eorum salutem aut Dei honorem impediunt. Et has ob causas utitur insolita dicendi libertate, ut doceat quam causa Dei agitur, quam de Dei gloria sit quaestio, obedientiam parentibus debitam cessare.

1. Ioan. 19.

2.

3.

5. *At illi non intellexerunt uerbum.*

B. Virgo defenditur.

Hic rursus scdam ignorantiam B. Virgini haeretici moderni impingunt. Lutherus, Spangenbergius, Lotlius, locis citatis, quod uidelicet mundanum, & pompaticum Christi regnum cogitans, de uera eius, & salutari in hunc mundum missione nihil sciuerit, oblita eorum omnium, quae ab Angelo & alijs audiuerat ac uiderat. Sed petulantes haeretici ut stomachum suum, sic & inscitiam produunt, dum Beatiss. Virginem inscitiae accusant. Quod enim Euangelista dicit: [Non intellexerunt,] hunc sensum habet. Ad plenum non intelligebant sublimitatem diuinae uirtutis in Christo: nec modum adhuc sciebant, quo minus suum obire uellet, ad quod missus erat. Denique sic praegaudio inuenti filij admirati sunt, ut non plene caperent quod dicebatur, sicuti Apostoli praedolere & tristitia non intellexerunt, quae Christus de sua morte & passione uerbis tamen aperuissimis illis praedixit. Itaque quod B. Virgo, Christi uerbum ad momentum non intellexerit, quum in Templo loqueretur, non arguit eius ignorantiam, postea permanente & stabilem, ut haeretici

Lucas 18.

haeretici ex hoc loco stultissime inferunt. Maria errauit, ergo Ecclesia potest errare. Atqui B. Virgo sic Christum intellexit, & sic non errauit, [ut conseruaret omnia uerba eius, conferens in corde suo,] sicut in hoc Euangelio subiungit Lucas.

Culmanus in Poetilla in hac Dom.

DOMINICA II. POST EPIPHANIAM.

1. *Dicit mater Iesu ad eum. Vinum non habent.* Ioan. 2.
Dicit ei Iesus. Quid mihi & tibi est
Mulier &



Mocus illustris tam ad haeticorum hodie petulantiam, arrogantiam, ignorantiam, & impietatem populo explicandam, quam ad B. Virg. Matris Dei iustitiam laudem & innocentiam contra illos defendendam. Impuri haeretici quo in loco Beatissimae Virginis uirtutes

Variae B. Virginis uirtutes.

varias obseruare, & iustis laudibus prosequi debebant, eo in loco maria & horreda crimina illi impingunt, iuxtaque stultitiae & impietatis Christi testem & assertorem esse uolunt. In his enim Beatae Virginis ad Christum uerbis: *Vinum non habent.* nos Catholici obseruamus in Beata Virgine, primu beneficentiam & charitatem, ac subueniendi promptitudinem, quod deficiente in nuptijs uino, re ad honestate, etsi non ad necessitatem pertinere, necdum a quopiam rogata, defectum illum filio suo aperire, & pro eo intercedere uoluerit: Sed & ex eo colligimus, quod multo magis in caelis posita pro necessitatibus nostris apud filium suum intercedet, ut certissima & promptissima aduocata. Neque haec nostra collectio superstitiosa est, sed solida & firma, qualemque doctissimi in Ecclesia Patres iam ante mille annos fecerunt. Nam Sanctus Hieronymus sic de Sancto Stephano colligit: [Stephanus inquit] primus Martyr in Christo pro persecutoribus ueniam deprecatus & postquam cum Christo esse coepit, minus ualebit. Sanctus Chrysostomus sic de Diuo Paulo colligit, Si Paulus cum hic esset, Rom.

1.

In lib. contra Vigilantium. Ho. 13. in Epist. ad Rom.



vsque adeo dilexit homines, ut quem dissolui & cum Christo esse cuperet, elegerit hic esse: multo magis illic seruentiorem amorem ostendet. Sed & nos ita colligimus. Si Beatissima Virgo pro vino in nuptijs nec rogata apud filium intercessit uoluit, quanto magis in caelo apud filium constituta pro ueris & solidis bonis intercedet? Sed & illud obseruandum putamus, primum Christi miraculum, primum in terris gratiae suae beneficium ad B. Virginis intercessionem factum fuisse. Unde colligimus singularem illi pro humano genere aduocatum esse, iuxta doctissimi & antiquissimi Patris Irenaei uerba: *Virgins Ena uirgo Maria facta est aduocata*. Secundo notamus eximiam illi B. Virginis de Christo fidem. Nunquam enim hunc defectum ei proposuisset, nisi facile eum ei uideri posse uelle crederet, unde postea addidit. *Quaecumque dixerit uobis, facite*. Tertio modestiam & reuerentiam erga Christum singularem in Beata Virgine obseruamus, qua paucissimis uerbis defectum exponit: *Vinum non habent*, reliquum Christi bonitati permittens. Quarto etiam prudentiam notare licet. Non enim rogat ut uel hoc, uel illo modo uinum adesse iubeat miraculi auida, sed Christi potentia non ignara, rem exposuisse contenta, caetera tacet. Atque has quidem egregias uirtutes hoc in loco Catholici interpretes obseruare didicerunt. Nostri contra haeretici sicuti & ueteres ex eodem flore uenenum colligunt. Nam ut ueteres haeretici, suis hic haeresibus patrociniam quaesierunt, sic & hodie nostri Manichaei ex hoc loco B. Virginem non ueram, sed putatitiam tantum Christi matrem esse collegerunt, quia mulierem uocat, non matrem, quibus Augustinus respondet: [Quomodo non obseruatis, quod toties in alijs locis Euangelista uocat eam Matrem Iesu?] Sic hodie haeretici, quia semel Paulus *panem* uocauit lactam Eucharistiam, non attendunt quod & ipse Paulus & Christus, *Corpus* appellant. Heluidiani ex hoc loco probare uoluerunt, quod non uirgo, sed coniuu & pluriu liberorum mater erat in seculo Latino, quia mulier uocatur. Non desuetum qui & patrem contemptum in fidei Christiano à Christo hoc loco doceri cauillarentur, de quibus Iustinus Martyr.

Sic

Lib. 5.

2.
Chrysof.
Ho. 20. in
Ioan.

3.

4.

Haereticorum im-
pia obser-
uationes.

1.

Tract. 8.
in Ioan.

2.

Hier. con-
tra Hel-
uid.

3.

Resp. ad
q. 136.

Sic nostri hodie haeretici ex his uerbis Beate Virginis contemptum, contemptores ipsi, in fetre uoluerunt. Mulierem uocat per contemptum, ait Lutherus, sicuti & Paulus ad Galat. 4. *factum ex muliere*. Alij nescio, quae horrenda uicia in hoc Beate Virginis facto notant, Oecolampadius ambitionis uicium notat, *Hoc* (inquit) *urget, ut caeteri uideant filium suum longe praestantierem*. Brentius non uetur summam impietatem, & diuini honoris appetentiam Beate Virgini hoc loco impingere. [Maria (inquit) non eum tantum ambit honorem qui debetur pariteribus, sed etiam ambithonorem Messiae, & cupit esse quasi socia administrandi eius officij, quod Christo diuinitus mandatum erat. Ibi tum Christus durissime eam alloquitur, ut continet ipsam intra terminos suae uocationis.] Haec ille impurissimus homo. Alij uolunt Beatam Virginem hoc Christi responso, propter eius audaciam acriter redargutam, & in ordinem redactam fuisse. Sic Melancthon. [Christus (inquit) matrem reiecit, ut exeret alijs hominibus, cum inquit: Quid mihi tecum est mulier? Quasi diceret: quia mater es, ideo uideris alicuius praerogatiuae merito à me impetrata. Ideo scias te non plus esse apud me, quam uel mulier peccatrix est, uel Sycophantissa. Tantum impetrabis, quantum credes misericordiae.] Haec ille ineptus Philippus, & uere caecus Magister, qui multos caecos in foetam secum pertraxit. Refutat eam Caluinus ipse, & ab omni ambitione & alio carnali affectu Beatam Virginem liberat, in sua Harmonia Euangelica. Exponat ergo hoc loco prudens concionator uetas & solidas causas, cur Christus in hunc modum matri suae responderit; idque ex SS. Patribus desumptas, non ex maligno cerebro depromptas, ut faciunt haeretici, noui ac ueteres. Primum respondet Christus matri suae, nihil mihi tecum in hac re commune est, (sicut illud. *Nihil tibi & uobis filij Sarniae?* id est, Quid mihi uobiscum? *Quid tibi & patri,* id est, Quid tibi cum pace? ut ostenderet Beatam Virginem non diuinitatis suae, per quam miracula facturus erat, sed humanitatis tantum matrem esse, ideoque in hoc negotio, nihil sibi eum illa commune esse. Sic Augustin.

In com. ad
Gal. 4.4.
In c. 2. 10.Hom. 21.
in Euang.
Ioan.

5.

Annot. in
Euang. Io.
circa c. 2.Causae cur
matri sic
Christus
responde-
ret.1.
Matth. 27
2. Reg. 16
4. Reg. 19



Tract. 9. in Ioan. Alleg. in Ioan. li. 2. a. 1.
 Lib. 2. cap. 23. in Ioan. Hom. 20. in Ioan.
 3. Ibidem.
 4. Sermo. 2. Bernardus. In Euang. Ioan. c. 2.
 5.

stin. exponit. [Miraculum exigebat mater. At ille tanquam non agnoscat viscera humana, operaturus facta diuina.] Sic Theophilus Alexandrinus. [Quia Deus erat faciens miracula, & homo per Matrem humana tractans, mysterium operaturus nihil sibi eum matre commune habere ostendit.] Eandem causam reddit Euthymius in comm. ad hunc locum. Secundo sic respondit, vt ostenderet se miracula facere non debere ad petitionem amicorum, & familiarium, sed ad Dei gloriam & hominum necessitatem. Sic Cyrillus. [Non a se, neque non rogatus, ad actionem miraculorum Dominus solet peruenire. Necessitati enim atque vniu. hominum gratiam suam præbere solet.] Sic Chrysostomus. Non sunt hæc liberis ad matrem loquentis, sed diuinæ dispensationis verba, vt admoneret pro dignitate miracula faciendæ. Quæ enim familiarium precibus impetrantur, quamuis magna, raro tamen magni sunt. Indigentibus quod datur omni caret suspitione.] Hæc ille. Tertio ad ipsius B. Virginis maius meritum sic respondit Christus. [Ne (ait Chrysostomus) si semper à filio honoraretur, & non tanquam Dominum illum haberet, non posset per humilitatem ad illam altitudinem euehi, ad quam euecta est.] Rursum propter nos, & nostram doctrinam sic respondit. [Vt ad Dominum semel conuersi (ait Bernardus) de carnali propinquitate minus simus solliciti.] Docet nempe in causa diuini obsequij nullos carnales parentes Christianum habere. Sic Albertus Magnus. [Locutio est instructoria, quia in diuinis que Dei sunt matrem recognoscere nõ debemus.] Præterea dicitur Christus responderet matri, ubi ut eam repelleret, sed ut hac dilatione eius sapientiam manifestaret, ostenderetque illam mysterij non fuisse ignaram, cuius gratia sic respondit; id quod ex sequentibus Euangelij uerbis luculenter patet. Hoc enim accepto responso illa tamen optimè filium intelligens perguit ministris dicere, *Quodcumque dixerit uobis facite*. Nunquam certe hoc dictura, si vel iratum sibi hoc responso filium existimasset, vel sese ab ipso oburgatam iudicasset, vel petitionem suam reiiciendam putasset, vel denique de filij sui benignitate ac potentia quicquam dubitasset, uel postremo, hæc Christi uerba prudenter non intelle-

intellexisset. Notant etiam hanc causam ueteres Patres. Homil. in Epiphan. [Venerabilis Maria (ait sanctus Maximus) uerè ut mater Domini futura prænosceus, ac Dominicam præuidens uoluntatem sollicitè ministros aduocauit dicens. Quodcumque dixerit uobis, facite. Sciebat profecto mater sanctas oburgatione illa Domini filijque sui non irascentis offensam prætereundere, sed miserantis portare mysterium.] Sic & ante eum Gaudentius Brixienis Episcopus sancto Ambrosio contemporaneus: [Ipsa (inquit) Beatissima Maria agnito responsonis huius profundo mysterio intellexit nõ suggestionem suam præsentem aspexerit acceptam, sed secundum illam spiritualem rationem in mysterio tunc dilatatam. Alioqui non mandaret ministris: Quodcumque dixerit uobis, facite, nisi Spiritu sancto post partum diuinum plena, non solum responsonis Christi uirtutem cognouisset, uerum etiam futuri ab eo tunc ex aqua uini uerum ordinem præuidisset.] Hæc ille. Postremo nec illa causa absurda est, quam assignat Albertus Magnus Theologus doctissimus. [Non hoc Christus ex ira dixit, & caræ sed humillimus noluit detegere uirginitatem matris, ne per hoc gloriofus in conspectu hominum appareret, antequam per miracula manifestaretur.] Durus ergo etiam propter hoc respondit, ne aliud quam communis mater adhuc putaretur. Hæc causæ à ueteribus & sanctorum Patribus annotatæ magis Christianum, & Christo dignum docent sensum, quam petulantes & improbae hæreticorum cauillationes, que totæ malitiam spirant.

2. *Quodcumque dixerit uobis, facite.*

Locus tractandi contra hæreticos, integram & plenam omnium Christi mandatorum obseruationem, iuxta egregium hoc Beatæ Virginis documentum, quam illi hodie impossibilem esse ore blasphemorum: quem uide tractatum in Prompt. Moral. ad hanc Dominic.

Text. 4.

8. Imple.



3. Implete hytrias aqua.

Locus contra hereticos de cooperatione nostra ad beneficia consequenda necessaria, quam illi in sola de absurdissime ponunt: quem vide pro ixē tractatum Promptuario Mortali, ad hanc Domin. Tex. 5.

4. Haurite nunc, & ferte Architriclino.

Cōversio aquæ Ivinū, transsubstantiationis documentū.

- 1. Ioan. 6.
- 2. Lucæ 22.
- 3.
- 4.
- 5.
- 6.
- 7.

Locus observandi contra hereticos, aquam hic in vinum mutatam sola Christi voluntate, nullis aut verbis, aut ceremonijs adhibitis. Si enim solo nuda ac sola voluntate, nullis prolatis verbis, vel significantibus, vel operatorijs, nullo adhibito contactu, nulla benedictione, nulla gratiarum actione præmissa (nisi forte heretici nostri hoc loco, ut hoc argumentum declinent, dicere velint hæc omnia Christum in hoc miraculo fecisse, est Evangelium ea non commemoret, atque ita hæc nunc vice illud principale axioma suum deserent, quo sustineor ut credendum, nisi quod scriptum est) convertit aquam in vinum, idq; præstantissimum, & in magna copia, quare ipsi heretici non tudent, (quod tota credit Ecclesia) Christum tot verbis, tot ceremonijs, tantaque & tam clara assentatione usum, panem in corpus suum vertisse? Illic & prædixit discretè. *Panem quem ille daturus erat carnem suam esse, quam pro mundi vita daturus erat: & ante ipsius opus præfatus est se, desiderio desiderasse hoc pascha manducare cum discipulis suis, hoc inquam Pascha quo pro signo Paschali verus Agnus Dei, qui tollit peccata mundi, manducandus erat: & opus aggredietus panem in manibus accipit, acceptum benedicit gratias agens: de accepto & benedicto pane dicit, Hoc est corpus meum. Adit quoque ut intelligant eum non mysticè, sed proprie loqui, Quod pro vobis tradetur. Subiungit quoque, ne pro miraculo solemnè duntaxat factò rem acciperent, Hoc facite in meam commemoratiōem. Hic verò in hoc miraculo, nec prædixit aqua in vinum vertendam, nec præfatur aliquam quasi rem notam futuram, imò matrem de hoc miraculo suggerentem obiurgare videtur, & alienum se ab omni*

omni operatione excellenti ostendere: nec ipsam aquam vel in manum accipit vel benedicit, vel vinum fieri, aut iubeat, aut asserit; sed sola (ut dictum est) voluntate aquam in vinum convertit: & creditur vera fuisse ac realis conversio, non figurativa, non mystica. Multo igitur magis, multo certius credere debemus Christo dicenti: *Hoc est corpus meum*, ita se vege rem habuisse, ut dixit, illudque quod in manibus tenebat, etsi panis videretur oculis, corpus tamen suum vere fuisse, & sic ab Apostolis creditum esse. Nec est hoc nostrum argumentum, sic Cyril. Hiero sol. argumentatur: [Christo (inquit) confirmante ac dicente, hic est sanguis meus: quis unquam dubitet ac dicat, non esse illius sanguinem? Aquam aliquando mutavit in vinum, quod est sanguini propinquum, in Cana Galilæa, sola voluntate; & non erit dignus cui credamus, quod unquam in sanguinem transmutasset. Si n. ad nuptias comparas inuitatus, stupendum miraculum operatus est, non multo magis corpus, & sanguinem suum, filijs sponsi dedisse eum consuebitur?] Hæc Cyril. Hanc quoque aqua in vinum conversionem ad Transsubstantiationis, quam credit Ecclesia confirmationem adfert Paschasius Abbas Corbeienis, ante annos septingento s. Est ergo hoc loco hereticorum hodie incredulitas taxanda.

Cateche. mistagog.

In lib. de corpo. & sang. Dominica, 1.

5. Ferte Architriclino.

Locus obiter notandi contra hereticos horum temporum, Christum Dominum ideo hoc iussisse, ne ordinem in Repub. postum in ipsis suis miraculis perturbaret. Sicut enim alibi sanatis a se leprosis dixit: *Ite & ostendite vos Sacerdotibus*, ne ordinis Sacerdotalis apud Iudæos ius & privilegium violaret, & vi ordinem a Moyse constitutum non dissolueret, sic & hoc in loco, vinum quidem per miraculum creat & præstantissimum, ut tamen lex coniuialis, vel domestica seruetur, iubeo ferri Architriclino, ut ab eo probetur antequam conuiuius apponatur, utpote cuius erat in eo conuiuium de cibis ac potibus disponere ac indicare. Quia in re docet Saluator, sic se extra ordinem operari, ut ordinem vel

Matth. 8. Ordo in Ecclesia seruandus.

in



In quest.
Euzg. li. 2.
q. 40.
Act. 14.

52 *Promptuarium Catholicum*

in Ecclesia, uel in Republica positum non perturbat. Insaniunt hodie hæretici, qui toto ordine Ecclesie violato sese a Deo uocari impudentissime iactant. Paulus extra ordinem a Christo adeoque cælo uocatus est. Nihilominus ad Ananiam mittitur, ut ab eo fidei doctrinam & Sacramentum acciperet, quod diligenter notauit Augustinus. Sed & postea per manuum impositionem ad opus prædicationis emittitur, ut in Actis Apostolicis disertè legitur. Si flagris & crucibus digni illi sunt, qui contempto magistratu ad præsentiam libertatem aditum sibi patant, quid isti merentur, qui à nemine missi, contempta Ecclesia, nec extra ordinem a Deo uocantur, nec etiam si uocati essent, ordinis Ecclesiastici ullam rationem habent: quod in ipsa tamen Iudeis Christus reueritus est? An Christum imitari non pudet? aut Paulo meliores isti sunt? Quicquid ordine de Ecclesia Catholica Romana libet illis impiè blasphemare, deteriorem tamen Synagoga Iudaica, Christo ueniente corruptissima, fingere illam non possunt. Qualescunque sibi uocationem impudentissime, & mendacissime uenditènt, magis extraordinaria, magis illustris esse non potest, quam fuit Pauli de cælo uocati.

DOMINICA TERZA POST
Epiphaniam.

Math. 8.

1. *Domine si uis, potes me mundare.*



LOCUS contra certitudinem gratia, quam ponunt hæretici; quod agnoscens Calvinus, insulto cauillo eludere conatur. Quam enim hæc uerba contra certitudinem fidei, de presenti salute & futura gloria, quam omnibus suis & precibus & orationibus adesse uolunt Calvinistæ, manifestè faciunt, (hic enim leprosus sine ulla tali certitudine, imò dubitanter loquens, quoad Christi uoluntatem erga

Dominic. III. post Epiphaniam. 53

erga seipm particulari, mundatur tamen a Christo, & operam sanitatem consequitur) aduersus hoc arguementum sic cauillatur Calvinus. [Quod sub conditione loquitur hic leprosus, Domine si uis, non pugnat cum ea fidei certitudine, quã Deus in precibus nostris exigit, neque enim plus sperare debent homines quàm Deus promittat. Leprosus autem nullo Dei oraculo uel promissione certior factus erat, quidnam facturus erat Christus.] Hæc ille: cui uero uerbo responde, nec ipsos Calvinistas aut ipsos fideles, ullo Dei oraculo uel promissione certiores factos esse, quidnam illis in particulari facturus sit Christus. Leprosus iste non dubitauit in genere de Christi bonitate, magis quàm de potentia (alioqui Christum nõ rogasset) sed quia in particulari nullam promissionem acceperat, sicuti nec alius quispiam in uerbo Dei accepit, propterea propter suam indignitatem merito dicit, & nos omnes dicere debemus, *Domine si uis*; certitudine illa Calviniana, rãquam impia præsumptione prorsus reiecta.

Certitudo
Caluiana
Caluini argumẽto
resellitur.

2. *Vade & ostende te sacerdotibus, & offer munus tuum quod præcepit Moyses, in testimonium illis.*

LOCUS tractandi contra hæreticos nostri temporis dignitatis & ordinis Sacerdotalis præminentiam & reuerentiam. Lex erat Moisaica, quæ hanc Sacerdotibus Leuitici generis prærogatiuam dedit, ut nemo leprosus a lepra sua liberatus iudicaretur, aut in Templum & commercium hominum (a quo durante lepra, ex iudicio Sacerdotis exelus extra castra agere debuit) admitteretur, nisi ostenderet se Sacerdoti, itque eum non amplius leprosum pronunciatet. Hanc legem Christus in leproso a se mundato obseruari uoluit: non quia post Christi opus, Sacerdotis cuiusquam approbatione opus erat, sed ut ordo Moisaicæ legis (ea necdum abolita) seruaretur. Sic Chrysolost. [Qua de causa iussit leproso Christus, ut seipsum ostenderet Sacerdoti, & cæc. Vt legem ytiq; rursus

Leuit. 14.

Homi. 26.
in Math.



sus implet. Non enim illam ubique resoluit, nec ubique seruauit, sed nunc quidem illud, nunc istud.] Sic & Apostoli, inueniuntur aliquando quidem legem custodire, aliquando verò transcurrere. [Si ergo Christus Sacerdos uetus in multis honorauit, præpotere hodie heretici, quæ Ecclesiam Catholicam (à qua se sic recedere sin gunt, sic ut Christus & Apostoli à Synagoga) in nulla re prorsus honorare uolunt, sed in omnibus etiam planè indifferentibus propter maiorem eius contemptum, atque odium ei contraria facere, maximè Caluinistæ & in Anglia Puritani. Si catholici ad orientem orant, illi ad occidentem orabunt. Sic in festis, in ieiunijs, alijsq; ritibus & ceremonijs et industria alia festa, alia ieiunia, alios ritus suis præscribunt, quàm ex Ecclesiæ Catholice more ac consuetudine. At Chrystus Synagogam contaminatissimam, eorumq; Sacerdotes honorat, ut (quemadmodum super hoc Euangelium scribit Chrysost) [De signis suis iudicandi potestatem illis tribuerit.] Certè Caluinus hoc nomine furiosos Anabaptistas acerbe taxat, quod hoc Christi exempli non imitantur, [Christi, inquit, & Apostolorum seculum quæle fuit? Neque tamen impedire potuit desperata illa Pharisæorum impietas, & quæ tunc passim regnabat dissoluta uiuendi licentia, quin eisdem sacris cum populo uteretur, & in unum cum reliquis Templum ad publica religionis exercitia conuenirent.] De hoc argumento, uel plura in Promptuario Morali in hac Dominiça Text. 4.

Vbi supra.

Instit. li. 4.
c. 1. qu. 19

3. *Ostende te Sacerdotibus.*

Locus alius Sacerdotalem potestatem à Christo honoratam explicandi contra hereticos hodie, qui eam impie ab Ecclesia tollunt. Dicit Apostolus de ueteri populo, *omnia in figura contingebant illis.* Vetus igitur Sacerdotium Ecclesiastici ministerij typus erat. Leprosorum peccata nostra præsignabat. Nihil certe apertius peccati naturam præfigurare potuit, quàm lepra corporalis. Ut enim lepra nihil horribilius in corpore, ita letali peccato nihil horribilius in mente.

Peccati lepra.

de scriptura. *Tanquam à facie colubri fuge peccatum.* Ut eo liber vitæ corporis, sic peccatum animæ interitum adfert. Rursus ut lepra reddit corpus tardum, & inhabile ad omnem actionem, sic ex peccato fastidium virtutis oritur, & paulatim odium. De quo Propheta. *Omnis qui comederit uitam acerbam, obstupescet dentes eius.* Præterea ut lepra inficit alios, sic modicum fermentum totam massam corrumpit, dixit Apol. de fornicatio bonis fidelibus admixto, & necdum excommunicato. Et Sapiens dixit. *Amicus hultorum similis efficitur.* Deinde leprosi habitus foedo suo odore molestissimus est. Ideo in lege veteri iuebatur, *habere os ueste contactum.* Peccati odor pessimus est. *Oder mortis in mortem.* Ex impuro corde omnia procedunt mala, ut Christus in Euangelio docet: & de peccatoribus Propheta dicit. *Sepulchrum patens est guttur uerum.* Postremò leprosus est extra castra eiciendus. In primæua Ecclesiæ disciplina, tantus erat peccati mortalis horror, ut eo infectus cum fidelibus conuersari prohiberetur. Sic enim iubet Apostolus. *Sis, qui feater nominatur est fornicator, aut auarus, aut idolis seruans, aut male dicitur, aut ebrius, aut rapax, cum eiusmodi, nec cibum sumere.* Est igitur peccatum lepra. De sola lepra iudicabat olim uetus Sacerdos, non de alio aliquo corporis morbo: & Christus in Euangelio solos leprosos à se mundatos, non cecos, surdos, mutos, paralyticos, ad sacerdotes mittit. Huius rei causa est, quia de solo peccato cognoscere etiam ad sacerdotes suos pertinet Deus uult. Sed cogitatio lepræ sic ad ueteres sacerdotes pertinebat, non ut eam uerè sanarent, uerum ut sanatum pronuntiarent tantum. Atqui sacerdotibus Ecclesiæ Christianæ ipsa peccata remittendi potestas datur, non solum (ut heretici hodie impiè docent) remissa à Deo pronuntiandi. Hoc discrimen disertè expressit Sanctus Chrysostom. scriptor Catholicus, iuxta Catholicæ Ecclesiæ fidem ante annos 1200. in hæc uerba. [Corporis lepram purgare, seu uerius dicam, haud purgare quidem, sed purgatos probare Iudeorum sacerdotibus solis licebat neq; nescis quanta cum ambitione, quanto cum studio ac concertatione sacerdotalis dignitas id tēporis conquiretetur. At uerò nostris sacerdotib.

2.
Jerem. 31.
3.
1. Cor. 5.

Prou. 13.
4.

Leuit. 13.

5.

1. Cor. 5.

Lib. 3. de Sacerdotio.



non corporis lepram, uerum animæ sordes, non dico purgatas probare, sed purgare profus concessum est: quare in dicio quidē meo qui illos cōdemnunt, multo secleratores maiotiq; supplicio digni fuerint, quam Dathan cū suis omnibus.] Hæc ille. Quod si ergo Christus uetus sacerdotū sic honorauit, cuius circa corporis tantū lepram iudicium uersabatur, neq; ad eam sanandam aut purgandā, sed ostensionem tantum iam purgatæ lepræ, quanto magis nouum in Ecclesia sacerdotium honorari uult, cuius potestas in ipsis peccatis tollendis consistit, iuxta apertissima uerba.

Quorum remisistis peccata, remissa erunt. Si enim ministratio damnationis in gloria est, multo magis abundat misterium iustitiæ in gloria. Si quod euacuatur per gloriam est, multo magis quod manet in gloria est. Rursum si Christus corporis lepram à seipso sanatam sacerdotibus tamen ostendi, ab illis approbati, & iudicari iubet, nec quicquam suæ gloriæ per hoc detractum est, sed sacerdotalis officii dignitati adiectum; quanto magis etsi Deus per Christum in Ecclesia peccata remittat, (ille enim est *Agnus Dei qui tollit peccata mundi, & illum proposuit Deus propitiatorum per fidem in sanguine ipsius*) tamen quibus ita Deus peccata remittit, uult eos ostendere se sacerdotibus, & ab ipsis tantquam Christi in hac parte vicarijs ac locum tenentibus hanc ipsam peccatorum per Christum remissionem accipere, iuxta illam à Christo ipso sacerdotibus datam potestatem in uerbis præallegatis: nec per hoc Christi gloriæ quicquam detrahi credendum est, sed sacerdotali ordini cum honorem tribui, quem propter certas, & grauissimas causas Christus in sua Ecclesia perpetuū tribui uoluit. De hac re uide plura in Dominica in Albis. Hac duo hoc loco grauiter perurigere, pertractare, & amplificare conuincato, ad hæreticorum calumnias repellendas, & imposturas detegendas, non incommode poterit. Vide plura Dominica 13. post Pentecosten.

Ioan. 10.

2. Cor. 3.

Ioan. 1.
Rom. 3.

Lepra

Lepra allegoricè uolunt esse peccatum: Sacrificis autem quos Papa inaugurat spiritualis lepra esse cognoscitur: Vt domus in lege Sacerdotibus hanc potestatem ideo datam esse, ut sciret populus totam suam mundiciem, eiusq; iudicium pendere à sacerdotio, impiè tamen hoc ad se rapiunt sacrifici papales. Quicquid enim honoris datum erat antiquis sacerdotibus, nunc Christus sibi uendicat. Hæc ille. Sed quicquid homo impius contra præsentem Catholicos deblaterat, hoc totum in doctissimos, & antiquissimos Patres redundat. Vide licet Chrysostomum, cuius hic uerba retulimus, D. Augustinus, uenera Beda n & Origenem, quos infra Domin. 13. post Pentecost. proferemus. Vnica ratio, quam adfert Caluinus, ex ipso Caluino refellitur. Si enim quicquid honoris antiquis sacerdotibus datum erat unus Christus sibi uendicat, & tamen illis hanc potestatem datam fuisse Caluinus dat, ut sciret populus totam suam mundiciem, eiusque iudicium pendere à sacerdotio, profectò falsum erit, quod postea hoc loco Caluinus subiungit, & omnes hodie hæreticorum scholæ sustinent, ex Christi mandato suam peccatorib; mundiciem pronunciant Euangelij ministros. Jam enim inuenit ipse Caluinus non unum Christum sibi uendicare quicquid honoris antiquis sacerdotibus datum erat, sed omnes Euangelij sui ministros hoc honore, idque ex Christi mandato gaudere, quod suam peccatoribus mundiciem pronunciant: qui sanè honor antiquis sacerdotib; in figura tantum datus erat, scilicet circa lepræ mundiciem pronunciantiam.

Carerem non unum Christum omnem sacerdotalem honorem sibi uendicare, sed pro sua dignitate & perpetua ecclesiæ suæ conseruatione sacerdotibus euangelicis magna ex parte impertijlle tota SS. Patrum antiquitas contra impium Caluinum docet: uide illorum uerba infra Domin. in Albis. Unus Chrysostomus apertissimè loquitur, [Pater (inquit) omne iudicium dedit Filio: sed hoc totum uideo à Dei Filio sacerdotibus traditum.] Hæc ille de sacerdotib; lib. 3.

Caluini putida calumnia.

Caluinus à seipso refutatur.

Sacerdotalem honorem Christum alijs impertit.



Locus contra hereticorum certitudinem gratiæ, quæ
ponunt semel filios adoptionis factos à gratia excide-
re non posse, quem vide ex scripturis tractatum in *Promptu-
ar. Moral. hac Domini. text. 9.*

DOMINICA QVARTA
post Epiphaniam.

Matth. 8.

Quid timidi estis modice fidei?

Fidem ha-
bere gra-
dus, & a-
mitti pos-
se.

Inst. lib. 3.
c. 2. nu. 9.
11. & 12.

Apostolo-
rum fides
vacillabat.

LOCUS ostendendi contra hereticos horum
temporum, fidem Christianam suos habere
gradus, neque in omnibus æqualem, & inde-
lebilem esse. Caluinus enim vaser hereticus,
vt doceat solam fidem necessario saluare, & esse in quolibet
fidei certitudinem gratiæ ac salutis quæ amitti non
possit: ideoque non ex bonis operibus quæ ualde incerta
sunt, & in paucissimis diu perdurant, vllam coram Deo
iustitiam expectandam esse, sed totam salutem in fidei fir-
mitate consistere: docet consequenter fidem esse indele-
bilem in quocunque est, nec semel acceptam amitti posse,
& esse in omnibus ratione firmitatis prorsus æqualem.
[Vnicam (inquit) piorum fidem, ut scriptura docet ag-
noscimus, & prædicamus.] Et paulo post, [Vt seculos elec-
ctos semine incorruptibili Deus in perpetuum regeneret,
vt nunquam dispareat semen vitæ eorum cordibus inhi-
tum, ita solidè in illis obsignat adoptionis suæ gratiam,
vt stabilis ac rata sit.] Et iterum. [Hic tenendum est quæ-
tumuis exigua sit, ac debilis in electis fides, quia tamen Spi-
ritus Dei certa illis artha est, ac sigillū suæ adoptionis, nun-
quam ex eorum cordibus deleri posse eius sculpturā.] Hæc
ille impius, ut suam indelebilem, & solam electorum fi-
dem statuat. Sed in hoc Euangelio discipuli ipsi quos de
numero reprobatorum esse, nec ipse Caluinus dicere ausus
fuerit, qui de numero electorum certissimè erant, tamen ita
debilem & fragilem, & iam in perituram fidem habebant
ipso

ipso quoque Christo eius præsentem, ut nisi ab eo promptæ
operem accepissent, fidem in Christum amisissent. Clamant
Christo in eadem naue nauigante. *Domine salua nos, peri-
mur.* Sciebant se perire non posse, nisi Christo etiam qui
in eadem naui erat pereunte. Sciebant Christum quem
suum filium Dei credebant, tali casu perire non posse: &
tamen clamant se perire. Vnde & Christus eos grauiter
redarguit dicens. *Quid timidi estis modice fidei?* Timorè
arguit fiducie contrarium, quam fiduciam veri nominis
fidem esse heretici volunt. Si ergo timidi erant & fiducia
carebant, fides quoque eorum iam exciderat, iuxta hereti-
cos, qui fidem & fiduciam pro eodem habent. Rursum
modice fidei eos uocat, imperfectæ videlicet, non satis
firmæ ac validæ, sed vacillantis & ad defectum atque in-
credulitatem propendentis. Non est igitur quorumlibet
electorum fides, semper & perpetuò firma, fortis & indele-
bilis. Certe si talis discipulorum hic fides fuisset, neque
tantas timor eorum animos occupasset, neque eorum mo-
dicam fidem Christus sic arguisset, nec denique Christi
consolatione opus illis fuisset. At vero non hoc tantum
in loco, sed & alijs non paucis fides cum suis defecti-
bus, & incrementis in euangelio describitur. *Quanto ma-
gis nos modice fidei?* Contra nimiam rerum necessaria-
rum sollicitudinem quæ ex incredulitate nascitur. Item
ad Petrum in fluctibus trepidantem, *Modice fidei quare
dubitasti?* Coepit enim super aquas ad Christum am-
bulare eum magna fide: sed illa vacillante cepit mer-
gi. Non enim vi fluctuum, sed incredulitati Petri hoc
eius periculum Christus imputauit. Quod ergo in ele-
ctis ipsis minuitur & deficit, quis dubitat quin etiam
deleri possit? Certe de filio prodigo per penitentiam re-
uerso dicitur, *Mortuus erat & renixit.* Lucæ 15. Prius er-
go per fidem filius fuit, prius per gratiam vixit. Alioqui
scriptura non dicit, *Renixit.* Sic Basiliius in homil. De
penitentia. Sed & in hoc Euangelio laudabitur fides Cen-
turionis magna & firma. *Non inueni tantam fidem in Is-
rael.* Sic mulier Chanaan dicitur, *O mulier magna est fi-
des tua:* quæ omnia intelliguntur, per intentionem dicta,
non per extensionem, id est, de ipsa fide in se mentis-
que

Matth. 6.

Matth. 14.

Matth. 8.



que assensu firmo, vel infirmo: non de ijs quæ creduntur pluribus aut paucioribus.

Hebr. 11.

Calvinus sibi cõtrarius seipsum refutat. In Com. ad Hebr. 11. ver. 23.

Fide quous peccato non amitti.

Prou. 18.

Sed nunc ipse Calvinus seipsum refurabit. Tractans enim illa verba Pauli, *sic Moyses, quum natus esset, circumcissus fuit mensibus tribus à parentibus suis, & non circumcissus Regis edictum, ubi Paulus pariter fidem laudat, quæ nisi vera & firma fides fuisset, Apostolus falsitatis aspergeretur infamia, addit tamen Calvinus, quia iidem parentes postea exposuerunt infantem in aquis, hanc illorum fidem penitus collapsam fuisse. At enim: [Quum post habitum mortis suæ metu Moysen deberent educare, eum exposuerunt. Pater igitur illorum fidem breui non tantum uacillasse, sed fuisse collapsam.] Sic suorum placitorum obliuiscens ueram fidem & ab Apostolo laudatam amitti posse manifeste docet, nisi ut se à contradictione liberet Paulum mendacij arguere malit.*

Ex eisdem porò scripturæ locis, & hoc Euangelio extitit magnum illud Lutheranorum & impium axioma: fidem per quoduis peccatum mortale excuti & amitti. Quod ideo fraudulentur dicunt, ut uideantur, quum solam fidem iustificare, & saluare asserunt, fidem intelligere cum uirtute & bonis operibus necessitadè coniunctam. Sed loca prædicta hoc axioma subuertant. Si enim per quoduis peccatum mortale excutitur fides, debet in quolibet esse æqualis fides. Nunc autem plerique non nisi sapienter peccando & sapienter reciditando eò tandem perueniunt, ut & fidem ipsam amittant, iuxta illud. *Impius quum in profundum uenerit, contemnit. Quemadmodum certè si arboris propaggines omnes suppilulare incipientes extillas, radix tandem arefcet. Paucissimi autè aut forte nulli sunt quorum tam debilis fides est, ut uno tantum scelere perperato utentur, flagitioso, statim excutiantur, & in aperta blasphemia conuertantur: sicut certè uix ulla arbor tam debili radice nititur, ut vno abscisso palmitè arefcant aut radicis beneficio nouos sarculos propagare desinat.*

DOMINICA V. POST Epiphaniam.

1. *Inimicus homo super seminavit zizania.*

Matt. 13.



Ocus proprius & necessarius populum fidelem diligenter docendi, atque monendi falsæ doctrinæ & hæresibus hoc esse proprium ut postè existant, ut antiquitate careant, ut nonitate laborent: contra uerò catholicæ & orthodoxæ doctrinæ hoc esse proprium, ut ueritas existat, ut antiqua sit, & post seminatam semen Dominicum, id est propagatum Euangelium, nunquam amplius noua. Hoc enim totum Christus in hoc Euangelio disertè docere uoluit. Comparat eum regnum cælorum, id est statum militantis ecclesiæ homini seminanti bonum semen in agro suo, id est ab initio docenti per Apostolos, eorumque coætaneos bonam & sanam doctrinam in cordibus fidelium suorum: (*Semen enim est uerbum Dei*) quum autem dormirent homines, quum negligentius agerent pastores, inimicus homo, Diabolus uidelicet superseminauit zizania in medio tritici: id est falsas & impias doctrinas ueræ immiscuit, ut omnes hæretici faciunt, qui Christum penitus non negant, sed Christianæ doctrinæ suas hæreses commiscunt. Ostendit ergo non quidem simul & eodem tempore bonum semen & zizania in agro Dominico seminata fuisse, nec prius zizania & postea triticum, vel bonum semen, sed seminato prius bono semine, atque adeo in tritico iam nato à Diabolo superseminatam fuisse zizanium, hoc est postea nasci hæreses. Zizaniarum enim nomine hæreses indubie significantur, quia bonum semen doctrina intelligitur, ut apud Lucam Dominus exponit, (*Semen est uerbum Dei*). Et hunc sensum confirmat Augustinus eo quoque in hac parabola Dominus sagrum ipsum non Ecclesiam, sed hunc mundum interpretatur. Hæretici autem non societate unius ecclesiæ, sed solius nominis Christiani

Nonitas doctrinæ hæresum arguit.

Luc. 8

Luc. 8.

In quest. ex Matth. quæst. 11.



Antiquitas verae doctrinae Nota. De Symb. ad Care. lib. 1. c. 5. Epist. 42.

In lib. de vit. eccl.

Cōtra Parmen. li. 1.

De praef. cōtra haeret. cap. 3. Luc. 8.

in hoc mundo permiscetur bonis.] Nā mali catholici praesentia potius vocandi sunt quā zizania. Palsea chim habet fundamentū ipsū cum tritico, radicemq; communem. Hinc igitur euangelio conformiter Sancti Patres diligenter docuerunt antiquitatem verae doctrinae, novitatem & posteritatem falsae doctrinae notam esse certissimam. [Haereses omnes (ait August. de ecclesia) exierunt tanquam sarmenta inutilia de vite precisa, ipsa autem manet in radice sua.] Sic suos catechumenos sanctus ille episcopus docuit. Sic & ipsos paganos, alio in loco de vera ecclesia cognoscenda instituit. [Videtis, inquit, multos praecisos à radice Christianae societatis, quae quidem societas certa per orbem propagatione diffunditur: Hos autē praecisos de sola figura originis sub Christiano nomine quasi arefcentia sarmenta gloriari, quas haereses & schismata nominamus.] Hae ille ecclesiam radice, haereses sarmentis praecisis obpatans. Est autē tra dix suis sarmentis natura & tēpore prior. Hanc quoq; notam contra sui temporis haereticos observavit Cyprius. [Constantinus inquit Novatianos cum corpore ecclesiae non convenire. Non enim nos ab illis, sed illi à nobis recesserunt. Et quia haereses & schismata postmodū nata sunt, dū convēcticula sibi aduersa constituant, veritatis caput atque originē reliquerunt.] Haec ille per veritatis caput, atque originē ipsam radicem ecclesiam intelligens. Sic enim seipsum eodē in libro exponit. [Rami (inquit) arboris multi, sed robur unū tenaci radice firmatū. Sic ecclesia ramos suos in uniuersam terrā extendit, vnum tamen caput est, & origo una.] Eodē prioris modo haereticū à catholico discernendū docet Optatus. [Videndum (inquit) quis in radice cum toto orbe manserit, quis foras exierit, quis cathedram sedē et alterāque ante non fuerit, & quis altare contra altare erexerit.] Haec illi ex Africa nobilissimi scriptores & ecclesiarum Episcopi. Sed his omnibus antiquior Tertullianus. Afer quoq; & ipse ipsa euangelij nostri verba eo quo diximus modo contra sui & omnium temporum haereticos traclauit. [Reuertar, inquit, ad principalem veritati & posteritatem mendacitati deputandā, ex illius quoque parabola patrocinio, quae bonū semē fructū à Domino seminatū primū cōstituit aucturū autē steriles semē adulterū ab inimico diabolo posita

ita superducit. Proptiē enim doctrinatū distinctionē figurat, quia & alibi verbū Dei, seminis similitudo est. Ita ex ipso ordine manifestatur id esse Dñicum & verū qđ sit prius tractū, id autē extraneum & falsum, quod sit posterius immissum.] Haec ille, iuxta quā regulā ex praesenti Euangelio perspicue haustā contra omnes sui tēporis haereticos sic arguit idē Tertullianus cōtra Marcionitas sic. [Ego (inquit) meū Euangelium dico verū Marcion suū. Quis inter nos deternabit nisi tēporis ratio, ei praescribens autoritatē quod antiquius reperietur, & ei praedudicans viciationē, qđ posterius reniscitur? In quantum. n. falsum est corruptio veri, in tantū praecedat necesse est veritas falsum.] Cōtra Hermogenem haereticū sic. [Solemus, inquit, haereticos compendi j gratia de posteritate praescribere. In quantum. n. veritatis regula prior, quae etiā futuras haereses praescribit, in tantū posteriores quoque doctrinae haereses praedudicabūt.] Contra Praxeā haereticū sic. [Quo perēq; aduersus vniuersas haereses iam nunc praedudicātū sit, id esse verū quodcunq; primū, id esse adulterū quodcunq; posterius.] Atq; haec illi patres Africani, quib. & ex alijs orbis partib. alij eiusdē inīa adiungi possunt. D. Hier. cōtra Origenistas hoc argumento vitur. [Cur post 400. annos docete nos in teris, qđ ante nesciuit, vsq; ad hūc diē sine ista doctrina mōlus Christianus fuit.] Similiter cōtra Luciferianos: [Breuē tibi apertamq; animi mei suam proferā, in illa Ecclesia esse permanēdū, quae ab ecclesijs fundata, usq; ad hanc diē durat. Alij uerō oīs hoc ipso quod postea instituti sunt, haereticos se esse indicant.] Haec ille. Eodē modo cōtra Apollinatistas Greg. Nazianz. [O miram absurditatē: Abiconditā post Christi sapiētia nobis annūciāt. Res lacrymis digna. Si n. 30. his annis fides originē habuit, cū 400. ferē anni ab eo tpe fluxerint, quo Christus palam conspectus est, inane tanto tēpore fuit Euangelium, inanis ē fides nostra: Et Martyres quidē frustra martyriū subierūt, frustra ē tales tantq; auxiliites praesuerūt.] Nec aliter S. Hila. aduersus Arianos disputādū cōstituit. [Cogitemus, inqtr, tot sacerdotes sanctos & iā quiescentes. Quid de nobis Dñs iudicabit si nūc anathematizētur, à nobis?] Sed oīum accuratissimē facit hoc S. Irenaeus uetustissimi scriptor, eps, & martyr, cōtra Valēin & Marcionitas. [Non

Lib. 4. aduersus Mar.

In principio lib. cōtra Herm.

In lib. contra Praxeā.

In epistol. ad Pammachium & Oceanum.

In fine dialogi cōtra illos.

Epist. 1. ad Cledonium.

101. m. 7

103. m. 2

In lib. de Synodis.

Lib. 3. c. 4.



[Non fuit (inquit) apud eos congregatio neque doctrina aliqua instituta. Ante Valentinum enim non erant qui sunt à Valerino, neque ante Marcionem qui sunt à Marcione.] Et paulò post. [Omnes hi posterius, mediantibus, iam Ecclesie temporibus insurrexerunt in suam Apostasiam.] Hæc ille. Sic uidelicet omnes isti Patres ex hoc Euangelio didicerunt propriam quandam esse ueritatis orthodoxæ notã, quod in agro Dominico prius fuerit seminata: propriam quoque hæresis notam, quod postèrius insurrexit. Ratio quoque Tertulliani notanda: *Falsum est corruptio ueri.* Sequitur ergo ipsam uerum. Omnis enim priuatio post habitum inducitur. Hæresis est priuatio ueræ doctrinæ: ea igitur posterior est, ut cæcitas uisui, surditas auditui, & sic in alijs.

2. *Sinite utraque crescere usque ad messem.*

Locus docendi contra hæreticos ueræ doctrinæ & consequenter ueræ Ecclesie, in qua sola uera doctrina prædicatur, perpetuitatem usque ad finem seculi. *Messis enim est finis seculi*, ait Christus hanc parabolam exponens. Monendus autem populus ex hoc loco est, non solum ueram doctrinam & ueram Ecclesiam perpetuo esse, (quod nunc uix ullus hodie hæreticus amplius negat, etsi ab initio huius schismatis Lutherus, Brentius, Caluinus & alij defectionem Ecclesie aperte docerent) sed sic perpetuo esse, ut ipsa uera doctrina perpetuo crescat in agro Dominico, id est, perpetuos habeat operarios, de quibus Christus dixit de suo tẽpore. *Messis quidem multa, sed operarij pauci.*

Matth. 13
Ecclesie catholice perpetuitas.

Ioan. 4. *Orate Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.* Docendus quoque populus hos operarios mitti à Domino in messem suam, ut hic Christus loquitur: quod & Apostolus repetijt, dicens: *Quomodo predicabunt nisi mittantur.* Mitti denique hos operarios, hos prædicatores, hos pastores animarum, non à Christo tantum, qui Apostolis dixit conuersatus cum illis. *Sicut misit me Pater, & ego mitto uos*, sed post Christi in cælos ascensionem, ab ipsa Ecclesia per impositionem manuum: sicut Paulus, & Barnabas à presbyteris Antiochenis imponentibus illis manus missi sunt, sicut Paulus Timotheum misit per impositionem manuum suarum, sicut denique omnes omnium ætatum episcopi & presb.

de presbyteri per impositionem manuum legitime sibi inuicem succedentes missi sunt. Sic & in hunc modum creuit boni semen in agro Dominico usque ad messem. Non de nouo seminatur, sed quod semel seminatum est, perpetuo crescit: *Verbum quod est Euangelij (ut Apostolus ad Colossien ses scribit) fructificat & crescit in omni mundo, ex qua die auditum est. Hæc Apostoli uerba (ait Agult.) eduminiunt eum.* Euangelio ubi dictum est, *Simile est regnum eorum homini seminanti bonum semen in agro suo. Crescit autem usque ad finem quia usque ad messem. Messis enim est finis seculi. Dicet ergo non solum Colossenses, ad quos data est, sed etiam ceteri omnes, apud quos legitur hæc Epistola, ubi per Apostolicas literas constat bonum semen esse seminatum, etiam tunc crescere & fructificare coepisse, quid nobis adfertis noui? Nuncquid iterum seminandum est bonum semen, quando ex quo seminatum est creuit usque ad messem? Si dicatis perisse in illis locis quod erat per Apostolos seminatum sicut sanè hodie hæretici per totum orbem Catholicum perisse blasphemant, & idò esse rursus ex Africa seminandum (vel ut isti dicunt ex Wittenberga vel Geneva de nouo inchoandum) respondetur, *legite hoc uobis ex diuinis oraculis. Quod profecto legere non potestis, nisi prius ostenderitis falsum esse quod scriptum est, semen illud ante seminatum crescere usque ad messem. Et quia nullo pacto sibi diuina eloquia contradicunt, nullo modo in eis inuenietis quod contra hoc tam manifestum recitari possitis.* Restat ergo ut non ex diuinis libris, sed ex uerbis ista dicatis. Proinde dignissime respondebitur, *Anathema sitis. Tenent enim Ecclesia Apostolico labore fundata cum quantã cura sibi præditum sit: Si quis uobis euangelizauerit præterquam quod accepistis, Anathema sit.* Hæc Augustinus. Omnibus igitur hodie Protestantibus, qui in deserto Ecclesiam quaerunt, qui quasi deperdita illa quam Apostoli incipientes à Hierosolyma ceperunt & plantauerunt, ab alio secundo initio propagandam & de nouo plantandam Ecclesiam docent, qui quod per Apostolos seminatum fuit petijisse, ideoque rursus ex Wittenberga, ut Lutherani: ex Geneva, ut Caluiniati seminandum esse aiunt, Anathema dicat: Catholica & uera Christi Ecclesia. Volunt enim isti ut in eadem ipsa ueritas inueniatur, quæ dicit semen Euangelij*

Coloss. 1.

De unita.
Eccles. c. 5

glij



gelij crescere vsque ad messem. Nunc autem mentiantur illi (Magistri enim mendaces sunt) & verum est Euangelium. Crescit vsque ad messem, vsque ad consummationem seculi vera doctrina, & ita crescit, ut non eradicetur vnquam. Docet enim Christus etiam ipsa zizania, potius toleranda esse, quam ita tollenda, ut eradicetur triticum. Omnino igitur bonum triticum non eradicabitur. Nunquam ita abundabunt, aut praeualebunt zizania, ut eradicetur triticum. Nunquam ita falsa doctrina Ecclesias Christianorum occupabit, vt vera doctrina extinguatur. Mentiantur igitur hodie, & huic Euangelio diserte contradicunt omnes horum temporum haeretici, qui asserunt per Antichristum Romanum (sic enim de Christi vicario Romano Pontif. blaspheme loquuntur) veram doctrinam fuisse his multis seculis obliteratam, sepultam, atq; extinctam, De his omnibus moneri hoc loco populus potest, vt ab impijs Nouatoribus in perpetuum sibi caueat.

3. Ne forte eradicetis, & triticum.

Hereticos esse eradicandos.

Locus obseruandi quod in hoc Euangelio non simpliciter prohibet Christus ne tollantur zizania, ne extirpentur haereses, ne etiam extrema morte puniantur haeretici (ut ex hoc Euangelio ipsi haeretici docere uoluerunt, quia Christus de zizanijs ait. *finite crescere*) sed totum hoc fieri tunc prohibet Christus, quando periculum est eradicandi quosq; & triticum: quando sine schismatis, aut maioris mali periculo illud fieri non potest. Quod sapienter uidit Sanctus August. quum huius Euangeli uerbi citatis, alijsq; eo pertinentibus, quale illud est, *Non ut inuincum eum existimetis, sed corripite ut fratrem*, & exemplum Christi, qui Iudam, quem sciebat diabolum esse, usque ad passionem perulit, moxque alijs, quae oppositum sonare uidentur, quale illud est, *Si Ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethiops & publicanus*, & illud. *Auferre malum ex uobis ipsis*, scribit tandem atque concludit hunc in modum. *Nos ad sanam doctrinam pertinere arbitramur, ex utriusq; testimonijs totam sententiam moderari, ut & cetera in Ecclesia propter pacem Ecclesia toleremus, et eamibus sanctum*

2. Thef. 3.
Ioan. 6.

Matth. 18.

De fide, &
operib. ca.
3. & 5.

ubi pax Ecclesia tuta est, non domus. In istis autem zizanijs haeretici eradicandis doceri populus potest nihil a mansuetudine Christiana eos recedere, qui poena mortis haeticos puniunt. Primum haeresis scelus est morte dignum, ut docet August. hoc argumento: [Si schisma fecisti impius es: si impius, ut sacrilegus morieris, quum pro impietate puniris.] Secundo poenam mortis haeretico ciuilis potestas iuste infligit. [quia minister Dei est vindex in iram ei qui male agit.] Est ratiocinatio S. August. contra Donatistas, qui hoc negabant, ut hodie haeretici. Tercio expedit interdum huiusmodi poenis haeticos plectere, uidelicet quum mitiores poenas, exilij, carceris, aut pecuniarie non sufficiunt: [Cogunt. n. multas inuenire medicinas multorum experimenta morborum,] ut scribit in hac ipsa causa August. Quarto coercitio haeticorum corporalis & externa maior vel minor ex prudentia eorum qui in Ecclesia gubernant, imponitur: nulla autem certa & constans est. Causa huius est, quia omnis in Ecclesia potestas: *Ad edificationem data est, non ad destructionem.* Quando igitur coercitio haeticorum aedificat, quando utilis Ecclesiae est uel necessaria, eo casu non modo legitime fit, sed etiam sine scelere praetermitti non potest: quod exemplo Maximini cuiusdam Episcopi Catholici in Africa luculenter docet August. imò exemplo S. Pauli, qui iniuste uexatus a Iudeis, Romanas leges ut ciuis implorat, & ad Caesarem appellat. Haec populo aperiri possunt, ut intelligat haeticorum punitionem esse iustissimam. Sane ipse Beza in Annotationibus in hunc locum manifeste dicit eos, qui hac parabola abutuntur, ut haeticorum impunitati patrocinentur, multis modis errare. Vide plura in Dominica secunda post Pentecosten.

Haeresis morte puniendi.

1.
Li. 2. c. 23.
contra Petili.
2.
Lib. 1. c. 7.
contra Patmen.
3.
Epist. 50.
4.

2. Cor. 13.

Epist. 50.
Act. 22.
& 25.



DOMINICA SEXTA POST Epiphaniam.

Math. 13.

1. Hec omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loquebatur eis.

Ecclesiastica docendi potestas.



OCVS ostendendi contra haereticos nostri temporis, iudicium & examen de doctrina Fidei non esse penes populum & totam congregationem populatam (vt plerique illorum volunt) sed penes Ecclesie magistratos qui parabolas exponant populo, ut hic Apostoli turbis. Notat. n. discipulis

Euangelista, neque id sine graui causa Christum ad turbas omnia in parabolis & sine parabolis nihil loquutum fuisse. Eisdem autem parabolas postea Christus Apostolis seorsim exponit, & addit: Vobis datum est nosse mysteria regni caelorum; illis autem non est datum. Nempe ad vos qui magistri Ecclesiarum summi estis proprie pertinet nosse mysteria & secretiorem fidei doctrinam; sed in eum finem vt quoda Deo illi immediate acceperunt, postmodum populum doceat, qui non nisi per uocem Ecclesie doceendus est. Hanc ob causam postquam Christus varias istas parabolas de zizanijis agri dominici, de thesauro in agro abscondito, de lagena missa in mari Apostolis seorsim exposuisset (dimissis enim turbis uenit in domum Iesus, & accesserunt ad eum discipuli eius dicentes, Ed. s. re nobis parabolas istam &c.) Addit in fine: Intellexistis haec omnia? dicunt ei: Etiam Domine. At illis. Ideo omnis scriba doctus in regno caelorum similis est homini patri familias qui profert de thesauro suo noua & uetera. In quibus uerbis: Christus Dominus manifeste ostendit, ideo se in parabolis ad turbas loquutum fuisse, ideo seorsim discipulis parabolas exposuisse: ideo eos omnia intellexisse, ut illi postea tanquam scribae docti in regno caelorum, tanquam magistri eruditi, in ecclesia Christi uera Catholica, ut exponit Augustinus,

Math. 13.

Math. 13.

gustius, tanquam boni patres familias, quos Spiritus S. po- fuit regere Ecclesiam suam, quae est domus Dei, proferrent de thesauro diuinae sapientiae illis conceditae noua, & uetera, cibum solidum & cibum infirmorum, scientes dare in tempore tritici mensuram, ut alibi Christus loquitur. Christus igitur in hoc Euangelio futuram in Ecclesia docendi formam obseruauit, docens turbas in parabolis, & ipsas parabolas Apostolis exponens. Sic Apostolo, de futura sua morte, & resurrectione, de futuro iudicio, de futuris ante iudicium haereticis, de mittendo paracleto, seorsim à populo docuit. Eadem de causa quum resurrexisset à mortuis, manifestum se fecit non omni populo, sed testibus prioris maris à Deo per 40. dies apparuit solis discipulis, docens eos de regno Dei, non toti populo, ut hoc suo facto, & exemplo doceret, eam fore in Ecclesia sua doctrinae collegis dispensationem, ut paucos quidem immediate per Spiritum suum doceat, ab illis autem paucis tanquam testibus à Deo constitutis, & ordinatis reliquis fidelium populus discat. Et quidem constituta Ecclesia Christi, ac per Apostolos propagata, hic ordo, haec dispensatio, hoc discrimen luculenter apparuit. magister dicitur: Attendite uobis, & uniuerso gregi, in quo posuit uos Spiritus S. regere Ecclesiam Dei. Populo dicitur: Obedite praepositis uestris, & subiacete illis. Illis dicit Christus: Qui uos audit, me audit. De populo dicit: Quae dicunt facite. De illis Apostolis dicit: Quomodo praedicabunt nisi mittantur, de populo dicit: Quomodo audient sine praedicante? Infana igitur superba, & rebellis est hodie haereticorum audacia, qui omnium Scripturam ab uno quoque legi, & intelligi posse ac debere sument, qui de omni fidei doctrina unumquemque iudicare, & cognoscere uolunt, qui ordinem in Ecclesia positum confundentes, omnes parabolas, omnia mysteria, omnia dogmata controuersia omnibus patere, solo Spiritu Dei suggerente, neglecto & contempto uerae Ecclesiae Dei ministerio, affirmant. Et hoc in loco multa non incommode dici possent de magisterio Ecclesiae necessitate, quamque multis modis Ecclesia Catholica Mater fidelium cenferi debeat. De qua re lege opusculum nostrum de principijs fidei doctrinalibus. Huc etiam adferri possunt, quae

Lib. 4. c. 2. cōtra Faustum. Act. 20. Luc. 12. Matt. 13. 24. Ioan. 14. Act. 10. Luc. 24. Act. 20. Hebr. 13. Luc. 10. Matt. 23. Rom. 10. Haeretici refutatur. Lib. 8. ca. 19.



Rom. 12.

1. Cor. 12.

Eph. 4.

Li. 10. c. 7.

Num. 16.

Apostolus hoc de corpore naturali, cui corpus Christi, quod est Ecclesia assimilatur, disputat ad Rom. Corinth. & Epistolios: Multi unum corpus sumus in Christo: Non omnes Prophetas, non omnes doctores. Habemus donationes secundum gratiam qua data est nobis differentes. Hac autem gratia distribuens vocationi differenti respondet: Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Vide opusculum praedictum. Haereticorum hodie vox, Ecclesiae magisterium reiicientium est illa Choro, Datan & Abiron dicentium contra Moysen & Aaron: Sufficiat vobis quia omnis multitudo sanctorum est, et in ipsis est Dominus. Cur eleuamini super populum Domini. Sed haec vox quantum Deo displicuit, uide ibidem.

2. Cum autem creuerit, maius sit omnibus ole-ribus.

Locus de incremento fidei per bonorum operum exercitiam, ut sic in arborem frondosam & fructuosam crescat, contra solam & aridam haereticorum hodie fidem. Vide Promptuarium Morale in hac Dominica, & ad haec uerba textu 2.

DOMINICA SEPTVAGESIMA E.

Matth. 20.

1. Conduxit operarios in uineam suam, &c.

Bonorum operum necessitas.



Locus late tractandi contra haereticos horum temporum necessitatem bonorum operum contra solam fidem, qua uide necessariam ad salutem impie dicentibus, mandata, excolentibus uineam Domini, quae uel propria cuiusque animae est, uel communitas animarum & Ecclesiae fidelium, (excolunt autem utraque uirtutibus & operationibus sanctis) non credentibus tantum, datur in hoc Euangelio denarius, i. uita aeterna. Est quidem fides opus Dei, iuxta id quod Christus apud Ioan. dicit

dicit: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille: quia opus intellectus ac uoluntatis est, quo obsequenter & captiuamus intellectum in obsequium Christi, unde & obedientiam fidei actus fidei uocatur. Atamen per uniuersam Scripturam opera distinguuntur a fide, & operarij a credentibus, sicut fructus a radice: Quanquam non unica radix fides est: Nam & in charitate radice mur atque fundamur (ur loquitur Apostolus) & omne bonum opus Deo placens non secus a charitate quam a fide proficiscitur, imo magis proprie bonorum operum radix charitas est quam fides, quia principium operationis magis consistit in uoluntatis imperio quam in intellectu dictamine. Quicquid enim dicitur, aut faciendum doceat intellectus fide illustratus, nihil fit, nullum opus producitur, nisi uoluntas charitatis in citata factum imperet. Solet igitur sacra Scriptura operum nomine non ipsam fidem, sed uirtutes omnes a charitate Dei, & proximi profectas signare. At uero in isto Euangelio Operarij manifeste deuotant uirtutum cultores, & operum factores, quae cum labore coniuncta sunt. Nam & otiosis opponuntur, dicente Patrefamilias, Ve quid hic statis tota die otiosi? Et qui operarij fuerant dicuntur pondus & astum diei sustinuisse. id est, diu ac multum in bonis operibus laborasse. Unde & Apostolus laborem atque opera pro eodem accipit. Quod enim alicubi dicit, reddet Deus unicuique secundum opera sua: Hoc alibi dicit Recipiet unusquisque secundum laborem suum. Hanc etiam ob causam, boni operis patientiam a Deo retribui docet Apostolus, his qui secundum boni operis patientiam, gloriam, honorem & incorruptionem quaerunt, uitam aeternam. Nec aliam ob causam de ijs qui ex semine uerbi Euangelici receperunt fructum bonorum operum producit, dicit Christus, quod fructum afferunt in patientia. Et rursum alibi Apostolus. In patientia uestra possidebitis animas uestras. Ac denique illud. Regnum caelorum uisum patienter, & uolenti rapiunt illud. Haec enim omnia ideo dicta sunt quia bona opera, quibus ad salutem aeternam peruenitur, opera sunt laboris plena, & in quibus exequendis magna sit opus patientia, adeoque in quibusdam uim sibi quandam quibus inferre debet uerbi gratia, in casti-

Ioan. 6.
2. Cor. 10.
Rom. 16.
v. 19.

Opera distinguuntur a fide.
Ephes. 2.

Operarij Euangelici.

Rom. 2.
1. Cor. 3.

Rom. 2.

Luce 8.
Luce 21.
Matth. 11.
Opera euangelica laboriosa.



Galat. 5.

Luc. 19.

Matth. 15.

Orig. tra.
10. in Mat.Bona ope-
ra necessa-
ria ad salu-
tem.

Matth. 25.

rate, continentia, temperantia seruanda, in odio, & iniuria
rum vindicta reprimenda: in auaritia, ambitione, superbia
fuganda & edomanda. Ad hæc & alia vitia quum natura
procliuus simus, & vinci tamen illa debent (quia *qui talia
agunt regnum Dei non possidebunt*) magna nobis fortitudi-
ne, & patientia, magna constantia opus est, ut illa vincamus,
& cõtrarias illis virtutes, quæ propriè bona opera uocantur,
acquiramus. Tales igitur operarios non sola fide conten-
tos, in vineam suam conduxit Deus. Rursum operarios con-
duxit non solum qui à malo declinent (quod certè labore
non vacat) sed etiam qui bonum faciant, unusquisq; vide-
licet secundum sua talenta, & dona à Deo accepta, de qui-
bus dicitur: *ite & negotiamini donec ueniam*. Et iterum: *Qua-
re non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego ueniam in
usuris utique exegissem illam?* In quibus uerbis non solum
iplos nummulatos, pastores, doctores, principes, diuites
huius seculi, ut bonis acceptis ad Dei gloriam, & proxima
utilitatem utantur, sed etiam populum ipsum uniuersum
ut aliorum seu laboribus, seu elemosynis, seu quibuscum-
que beneficijs, ad fructum ac salutem suam uti debeant,
grauissimè Christus onerat. Illos enim uult pecuniam suam
ad mensam dare, ab istis eandem pecuniam cum usuris exigere.
Tales itaque rarum operarios Christus in suam vineam
& Baptismum (ubi huic militiæ nomen dedimus condidit
xit. Operari nos uult (bona haud dubie opera) non sola
fide aut fiducia niti. Tam uerò diligenter hoc loco notan-
dum contra hæreticos, quod hæc bona opera, hunc boni-
num usum gratiæ, & talentorum à Deo acceptorum Chri-
stus à suis in Euangelio flagitat, non solum, ut congrua
quædam bonis filijs opera, aut ut gratiarum, actiones (sicut
hæretici cauillari solent, & infinitas animas cauillando
perdere) sed ut potius ad salutem necessaria. Christus enim
de seruo pigro, qui talentis acceptis non quidem male
usul, sed sine debito scenore abusus fuerat, sic loquitur.
Inutilem seruum eijcit in tenebras exteriores. Non impius,
non flagitiosus, nõ criminofus eum uocat, sed *Inutilem*
tantum, id est, à bonis operibus, quæ facere potuerat & de-
buerat, cessantem: & hoc solo cessationis nomine in tene-
bras exteriores eijcit. Impudens omatio est magni hæretici

ci Mar-

ei Martini Chemnitij, qui concilij generalis superbum a-
gere censorem non erubuit, qua scribit, *inutilem seruum*,
à Christo hic uocari qui omnia præcepta seruauit, iuxta
alia Christi uerba: *Quum feceritis omnia quæ præcepta sunt
uobis, dicitur quia serui inuides sumus* manifestum enim est,
inuidem seruum à Christo uocari in illa parabola de ta-
lente, non qui omnia Domini præcepta fecit, sed qui hoc
unum Domini præceptum non fecit de pecunia eius ad
mensam ponenda. Sic enim Christus dixit: *Quare non do-
disti pecuniam meam ad mensam, &c.* Idcirco igitur inutilis
uocatur & tanquam inutilis, in barathrum protrudendus
dicitur, quia *abscondit talentum Domini sui*, quia nihil super-
lucratum est, quia *in uacuum gratiam Dei recipit*. Alioqui
qualis ille domus esset, qui seruum suum omnia eius præ-
cepta facientem hoc ipso nomine eijceret in tenebras ex-
teriores? Porro inuitiles serui uocantur, qui omnia Domi-
ni præcepta fecerunt, quia Deo quidem ipsi tales inuitiles
sunt (*Honorum enim nostrorum non indiget, & (ut eleganter
scribit August.) nec fonti quis profuisse se dixerit, si ex eo bi-
berit, nec luci si uiderit*) sibi autem inuitiles non sunt. Tali-
bus enim dicitur. *Euge serue bone & fidelis, quia super pau-
ca fuisi fidelis super multa te constituam.* Intra in gaudium
Domini tui. Sed hæc est hæretice tum hodie in manifestis
Scripturis impie eludendis impudentia singularis: quæ
hoc loco taxari potest.

2. Quia nemo nos conduxit.

Locus de mercede bonis operibus proposita, quam à
Deo retribui hæretici hodie negant, in sola fide om-
nem salutis rationem collocantes. & operibus omnibus
tanquam coinquinatis iustam mercedem negantes. Vide
Promptuarium Mor. ad hanc Dominic. text. 6.

3. Voca operarios, & redde illis mercedem.

Locus docendi populum Catholicum sic in Domini
uicam operarios uocari, ut operis sui mercedem
H = unũ

Impuden-
tis hæreti-
corum.In exami-
ne Conc.
Trident.Par. 1.
Luc. 17.

Matth. 25.

1. Cor. 6.

Psal. 15.

De ciuit.

Dei Lib.

10. c. 5.

Matth. 25.



De merce-
de & meri-
to bonorū
operum.

Gen. 15.
Sap. 5.

Ierem. 31.

Matth. 2.

Matth. 5.
Esaï. 40.

Apoc. 21.

Esaï. 28.

74 **Promptuarium Catholicum**
vniuersisq; recipiat. Impij hodie hæretici, ve sola m fide m
statuerent, vt bonorum operum necessitatem tollerent, ve
hac efea carni iucūdislima homines carnales in suū schi-
ma pertraherent, negant bonis operibus vitam æternam
vt mercedem retribuui, nosq; Catholicos *Mercenarios* voc-
cant, quia bonis nostris operibus mercedis retributionem
expectamus. Sed in hoc Euangelio Denarius vitæ æternæ,
qui operantibus in vinea Domini sub finem seculi reddi-
tur, uocatur merces, & reddi operibus dicitur. *Reddi illis
mercedem.* Sed & iusta merces uocatur. *Quod iustum sumis
dabo uobis.* Hoc ergo loco docendus populus etiam ex alijs
Scripturis vitam æternam iustam esse bonorum operum
mercedem: & à Deo reddi tanquam huiusmodi. Abrahæ
Facti eredentium dicit Deus: *Ego merces tua magna nimis.*
De iustorum laboribus, & mercede dicitur. *Iusti in perpetu-
um uiuent, & apud Dominum est merces eorum:* utiq; vitæ
perpetuæ: est enim posterior particula explicatio prioris.
Ideo enim iusti in perpetuū uiuent, quia uita perpetua
ut merces à Domino iustis redditur. Sed & de eade m-
nocentū, quos in Christi aduentu occisurus erat Herodes,
Ieremias prædixit, hanc illis eadem, gloriosam martyrii
mercedem fore. Quum enim dixisset, *Vox in excelsis au-
ditur est lamentationis, luctus & fletus Rachel plorantis filios
suos, &c.* quæ uerba Mattheus eo tunc tempore adimpleta
scribit, subiungit statim Propheta. *Quiescat uox tua à pla-
raru, & oculi tui à lachrymis, quia est merces operi tuo, ait
Dominus.* Sed qualis hæc merces sit, apertius in Euangeli-
o Christus docuit. *Quū maledixerint uobis homines, &
Gaudete & exultate, quia merces uestra copiosa est in cælis.*
Quumq; de Christo uenturo diceretur. *Eccia Dominus
in fortitudine ueniet, & brachium eius dominabitur, merces
eius cum eo, & opus illius cum illo.* Hanc mercedem expli-
cat in Apocalypsi Ioannes qualis illa futura sit, in perfec-
na Christi dicens: *Eccis uenio cito, & merces mea mecum
est, reddere unicuique secundum opus illius.* Opus autem
Christi cum illo, de quo ibi Esaias, est opus seuere ius-
titie contra impios, sicuti merces eius respicit iusticia.
De quo opere sic alibi Esaias, extremi iudicij terrorem
describens, *Sicut in monte sinisonum habit Dominus* (ait
David

David recenter unctus fudit Philisteos,) *sicut in ualle que
est in Gabaon irascatur, (ubi Iosue Chanaan eos sole sante
prostrauit) ut faciat opus suum, alienum opus eius, ut ope-
retur opus suum, peregrinum est opus eius, id est, ut faciat in
impios iusticiam, deponit ad tempus misericordiam, quæ
proprium est Dei opus.*

CHRISTVS ergo ad iudicium ueniens reddet im-
pijs, quid opus iustitiæ rigide punientis, pijs uero & ius-
tis opus iustitiæ misericordite retribuentis. Est enim ius-
titia diuina retribuens bona non secus ac mala. Sic uite
merita retributionem uocat Paulus, suis laboribus reddem-
dam. *Bonum* (inquit) *certamen certani fidem seruauit, cur-
sum consummaui, de reliquo reposita est mihi corona iusti-
tie, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex: non
solum autem mihi, sed & ijs, qui diligunt aduentum eius.*
Diligit autem aduentum Domini, quem uigilantem Do-
minus inuenit, qui ita in bonis operibus uixit, ut diligit
diem illum, non formidet, de quo supra in alia Dominica
diximus. Redditur corona iustitiæ à iusto iudice, quia
uita æterna est uera merces bonorum operum. Sic ad He-
braeos Paulus. *Non est iniustus Deus, ut oblitiscatur ope-
ra uestra, & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius, qui
ministrauit sanctis, & ministratis.* Et ad Theſſaloniceſes
discretissime scribit iustitiam Dei æque uersari circa bo-
notum operum retributionem æternam, quàm circa
impiorum uindictam æternam, ipsosque iustos regnum
Dei, ut dignos promereri. Sic enim scribit. *Gloriamur
pro patientia uestra & fide, & in omnibus persecutionibus
uestris, & tribulationibus, quas sustinetis in exemplum
iusti iudicij Dei* (id est, ut appareat iustum iudicium Dei
bonos remunerantis, & malos punientis.) *Ut digni ha-
beamini regno Dei, pro quo & patientini.* Si tamen iustum
est (id est, quia iustum est) *apud Deum retribuere, retri-
butionem ijs, qui tribulant nos, & uobis, qui tribulamini
requiem nobiscum in reuelationem Domini Iesu de celo
cum angelis uirtutis eius.* Apertissime docet CHRIS-
TVM in postremo, & glorioso aduentu suo, ius-
tis, & pro CHRISTO tribulatis regnum Dei,
& æquiem æternam retribuere, quia iustum, id est, &

1. Reg. 5.
Iosue 10.

Iustitia
Dei retri-
buit bona
non secus
ac mala.
2. Tim. 4.

Domin. 1.
Aduent.

Heb. 6.

2. Theſ. 1.



Sap. 3.

Coloss. 1.

Apoc. 3.

Coloss. 3.

Galat. 6.

1. Tim. 4.

Epist. 2.

Ro. 6. & 8.

Vita eterna & merces est & gratia.

De gratia & libero arbit. c. 3.

quia digni fuerunt regno Dei: sic de sanctis alia scriptura dicit. Deus tentauit illos, & inuenit eos dignos se. Ad Colossenses quoque Apostolus in hunc sensum scribens, quum hortatus esset, ut ambularent dignè Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes etc. concludit tandem: Gratias agentes Deo & Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine: scilicet per bona illa opera precedentia, quæ Deus per Christum in nobis operatur. Sic demique in Apocalypsi de ijs qui non inquinauerunt uestimenta sua, id est, virgines erant, dicitur. Ambulabunt mecum in albis quia digni sunt. Tale est & illud Apostoli ad Colossenses, Sciens quid à Domino recipiatis retributionem hereditatis, Christo Domino seruite. Ad Galatas quoque: Qui seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternam. Bonum autem facientes non desiciamus, Tempora enim suo metemus non desicientes. Hoc est vocare operationem ad mercedem accipiendam. Sic hanc Christi parabolam Paulus intellexit. Sic alibi dixit. Pietas promissionem habet uitæ presentis & futuræ. Cui subscribe Beatus Ioannes ad suos ita scribit. Videte uosmetipsos, ne perdati qua operari estis, sed ut mercedem plenam accipiatis. Ex his scripturis de certi populi potest uitam æternam esse mercedem bonorum operum, & operarijs reddi atque retribui tanquam iustam mercedem.

Neque uero his tam multis ac manifestis scripturis quidem repugnat quod a Ibi Paulus scripsit Gratia Dei uita æterna: & iterum. Non sunt condigna passiones uitæ huius ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis: sicuti ex his duobus maximè locis impertorum oculis maximam efferinginem offundunt hodie hæretici. Nam quod ad primum locum attinet, uita æterna uocatur & est Dei gratia & gratuita retributio, quia bona opera, quibus uita æterna retribuitur, ex gratia Dei, non ex solis iustitiæ nostræ uiribus perfecta sunt. Sic hunc Pauli locum explicat Augustinus gratiæ diuinæ contra Pelagium assertor maximus. Sic u. scribit, [Quia uita bona nostra nihil aliud est quam Dei gratia, sine dubio & uitæ æternæ, quæ bonæ uitæ reddi tur, est gratia. Et ipsa enim (uita æterna) gratis datur, quæ gratia data est illa (gratia) cui datur. Sed illa (gratia) cui datur

(uita

(uita æterna) tantummodo gratia est. Hæc autem (uita æterna) quæ illi (gratiæ) datur, præmiu est & gratia pro gratia tanquam merces pro iustitia: ut uerum sit quoniam uerum est, quia reddet uicini que Deus secundum opera eius. Hæc ille. Rursum alio in loco paulo elatius. [Uita æterna meritis sanè præceditur non à bonis parata sunt per nostram sufficientiã, sed in nobis facta per gratiã, etiã ipsa (uita æterna) gratia nuncupatur: non ob aliud (certè) nisi quia gratis datur. Nec ideo gratis quia meritis nõ datur, sed quia data sunt & ipsa merita quibus datur. Hæc ille. Simile est, si quis pecunia ei ab aliquo data, ab eodem postea ex eadem pecunia prædium emeret. Venditio enim ista & iusta esset, quia commutatio iusta, & tamen gratuita quia suæ ipsius pecuniæ prædium suum redderet. Sic enim Deus dat uicini que talenta gratiæ, ut inde negotiemur uitam æternam. Sic Paulus bonus negotiator de seipso dixit. Gratia Dei sum id quod sum: & gratia eius in me uacua non fuit: sed abundantius illis omnibus laboraui: non ego autem sed gratia Dei mecum. Vide ut sermonem temperat. Sic totum gratiæ tribut, ut seipsum tamen & suam cooperationem liberam non excludat. Sic se laborasse ait & gratiam Dei in vacuum non recepisse, ut tamen non solus, aut suis solis uiribus id fecerit, sed gratia Dei eum ipso. Vtrunque ergo prædicandum, utrunque docendum est, non propter uiam ueritatè altera ueritas neganda est, quod faciunt hæretici. Uita æterna est gratia Dei, quia opera nostra bona sunt ex gratia. Uita æterna est iusta merces operum nostrorum, quia opera nostra bona, sunt actus iustitiæ, placeutes Deo, & merentes uitam æternam. Vtrunque his paucis explicat Augustinus. [Ideo Deus coronat nos in misericordiã, non quia corona bonis operibus nõ redditur, sed quia ex eius miseratione bona operamur quibus corona reddetur.] Hæc ille. Hanc igit ob causam quum dixisset Apostolus hoc loco ab hæreticis citato Stipendium peccati meriti, non intulit, stipendium iustitiæ uita æterna (quod tamen rectè potuisset Apostolus dicere,] ait Aug. loco iam citato) sed intulit, [Gratia Dei uita æterna, ut uidelicet intelligamus (ait Augustinus c. præcedenti) ipsa bona opera, quibus æterna uita redditur, ad

Epist. 105.

Lucæ 19. 1. Cor. 13.

De gratia & libero arbit. c. 9.

Rom. 6. Lib. codic. cap. 8.



Dei gratiam pertinere.] Hæc est S. Augustini clara doctrina, qui contra Pelagianos (quibus propter operum merita nos similes esse hæretici calumniantur) fortissimè pugnavit. Hanc utramque & totam veritatem sacram hodie Concilium Tridentinum his verbis proposuit credendam [Proposenda est vita æterna, & tanquam gratia filijs Dei misericorditer promissa, & tanquam merces meritis bonorum operum reddenda.] Hæc illi Pater iuxta scripturas sanctas, & optimum earum interpretem, in hac maxime causa Augustinum.

Rom. 8.

Ad alterum ex Paulo locum breuiter responde. Apostolus quum dixisset nos fore coheredes Christo, *si tantum compatimur ut conglorificemur*, ne conditionem istam duram esse aliquis existimaret (ut certè delicati hæretici existimant, qui sine ullo suo labore saluos se fore præsumunt) adiunxit, *passiones huius temporis non esse condigna*, id est, non æquivalere, non respondere, non esse pares gloriæ eternæ, sed infinitis modis illas esse inferiores: ideoque conditionem duram videri non debere. Non tamen ait huiusmodi passionibus vitam æternam iuste & merito & condignè non retribui, sed illud docet, quod valdè excedit gloriam quæ iustos manet, ipsas iustorum pro Christo passionum iuxta illud quod alibi dixit. *Quod in presenti momentaneum est, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternam gloria pondus operatur in nobis.* Agit ergo Apostolus non de condignitate meriti, sed de condignitate æqualitatis inter passiones præsentis & gloriam futuram, docetque pro partibus laboribus maximum præmium retribui, verè tamen & iuste retribui. Sic hunc locum exponunt Chrysostomus, Theodoretus, & Oecumenius. Augustinus quoque civitate Dei libro 5. capite 18. Sic Christus fideli seruo dicturus est. *Quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.*

2. Cor. 4.

In comẽ.
ad hunc
locum.

DOMINICA SEXAGESIMAE.

1. *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: Lucæ 8.
Cæteris autem in parabolis, ut uidentes non
videant, & audientes non
intelligant.*



OCVS explicandi contra prædestinationis doctrinam ab hæreticis hodie exaggeratam, & in fatalem quandam actionum nostrarum necessitatem non minus impiè, quam absolute commutatam atque inuersam, uerba hæc Saluatoris proposita. Non enim hæc verba Christi eum sensum habent, ut Deus quosdam sua mera uoluntate in sua ignorantia relinquat, & ex proposito non nisi per ænigmata doceat, ut sic necessario ex parte Dei errent, & errantes pereant: quod quidem hæretici ex Dei electione atque prædestinatione inferunt, & necessario consequi affirmant: qua doctrina nihil à Dei bonitate alienius, nihil ad homines in barathrum vel præsumptionis uel desperationis præcipites pelendos aptius. Illa enim imbuti aut de Dei necessaria uocatione & illuminatione præsumunt, quicquid ipsi interim uel agant, uel non agant, aut propter eius necessariam execrationem & desertionem desperant. Hanc autem detestabilem & perniciosissimam doctrinam, ut ex alijs scripturæ locis male intellectis, ita ex præsentis Euan-gelij uerbis citatis peruerse colligunt. Ait enim Christus Apostolis & Discipulis suis, uocatis & electis. *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei. Cæteris autem, parabolis, ut uidentes non uideant, & reprobus, in parabolis, ut uidentes non uideant, & reprobus, in parabolis, ut uidentes non uideant, & reprobus, in parabolis, ut uidentes non uideant.* hoc est, (aiunt illi) ideo in parabolis, ideo obsecundè, quasi in ænigmate, ut uidentes uerba non uideant sensum, ut audientes litteram non intelligant spiritum. Et hic horum hominum sensus uideatur ex Matth. uerbis hanc ipsam Christi responsionem referentis posse confirmari.



Match. 13 firmati. Referens enim illa Christi verba. *Vobis datum est nosse mysterium regni caelorum, addit Christum dixisse. Illud autem datum non est.* Vbi non solum ponit Dei donationem in electis, sed etiam Dei negationem in reprobis. Sed sunt haec Christi verba sane intelligenda & dextere exponenda, profecto sicut ea sancti Doctores ante multa secula expolnerunt, atque adeo sicut ipsa scriptura seipsum exponit. *Nosse* igitur *mysterium regni caelorum* certo quodam modo solis electis datum est, & solis reprobis negatum est. Nempe efficaciter, id est, sic ut doni effectus sequatur, fides videlicet & salus aeterna. Causa autem cur in multis hoc donum gratiae non sit efficax, cur multi efficaciter hominem fidei non accipiant, sed ut Christus dicit, *Videntes non vident & audientes non intelligunt*, est ipsorum hominum prava voluntas, non ipsius Dei villa absoluta voluntas, quae utique non vult mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat, qui etiam vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire: qui denique non est acceptor personarum sed in omni gente qui facit iustitiam! id est, qui recte utitur donis & gratia Dei) acceptus est illi. Quare optime in Matth. Chrysostomus illud Christi, [ut videntes non vident, & audientes non intelligunt] exponit. Quia volentes oculos clauderant. Ideo Christus non simpliciter dixit, non vident, sed videntes non videntur, à prava illorum mente, caecitatis origine esse intelligamus.]

Sed cur igitur Christus hic apud Lucam sic loquitur quasi ideo in parabolis quibusdam loqueretur, ut videntes non viderent, & cetera. Videtur enim obscura illa locutio seu doctrina Dei (siue sit exterior siue sit interior) causa esse cur multi reuera non viderent, etsi videre putentur, & reuera non intelligant corde, etsi aure audiant. Ad hoc responde illam particulam, *ut*, non causam dicere, sed consecutionem, id est non significare cur non viderent, sed quod de facto non viderent, sicut alibi frequenter. *Impleverat quod dictum est per Prophetam.* Non enim ideo Christus fugit in Aegyptum, ut talis prophetia impleretur, quasi illa Prophetia, necessitatem fugiendi iniecerit Christo, sed Christus de facto fugiendo ostendit, consequenter, illam prophetiam esse veram. Vel sic: ex Christi fuga consequebatur illam prophetiam esse veram. Sic apud

Ezech. 18.
1. Tim. 2.
Actor. 10.
Hom. 46.
in Matth.
Obiectio-
nis refuta-
tio.
Matth. 2.

apud Ioannem. *Propterea non poterant credere, quia dixit Esaias. Excavit oculos eorum & induravit cor eorum, ut non viderent oculis.* Non est sensus quod illa prophetia esset causa caecitatis Iudaeorum, sed caecitas Iudaeorum ostendit illam prophetiam esse veram. Quare illud, *quia dixit*, exponendum est consecutiue non causaliter. Sic in hoc Evangelio. Et hunc sensum Matthaeus multo clarius expressit. Sic enim refert Christum dixisse. *Ideo in parabolis loquitur eis, quia videntes non vident: & audientes non audiunt, neque intelligunt, & adimpletur in eis prophetia Isaia dicentis, auditu audieris & non intelleges, & videntes videbitis & non videbitis.* Et causam statim subiungit Prophetia. *Incrassatum est n. cor populi huius & auribus grauitur audierunt, & oculos suos clauferunt, ne quando viderent oculis & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur & sanent eos.* Haec uerba apud Mattheum aperte docent, ideo Deum in parabolis quibusdam loqui, quia etiam absque parabolis videre noluit veritatem, ut propterea illis uel parabolis exponere, uel absque parabolis aperte & clare praedicare esset labor inanis & irritus. Rursum docent in reprobis Iudaeis de facto adimpleri Prophetiam Esaias, quando Christus eos in parabolis docuit, non autem ideo sic Christum docuisse, ut adimpleretur, causaliter intelligendo. Tertio docent Iudaeos, ideo audire & non intelligere, quia incrassatum est cor eorum, scilicet propria malitia, & quia ipsi clauerunt oculos suos. Quarto docent Dei uoluntatem esse ut conuertantur & sanent eos, sed ipsosmet conuerti & sanari nolle, videlicet propter duritiam cordis ipsorum. Notandum igitur & docendus populus hoc loco contra necessitatem illam praescientiae diuinae, quam haeretici perniciosè docent, donum gratiae & uoluntatem Dei uolentis omnes saluare, non esse efficacem in omnibus duabus ex causis, uel quia oblatam gratiam non acceptant, sed recusant, uel quia gratiam semel acceptam in vacuum recipiunt, & ea recte non utuntur. Primum pertinet ad duritiam cordis, alterum ad negligentiam. In primo genere exercebant Iudaei, ut omnium reprobatorum typus ac figura clarissima. Illos Paulus uocat *filios subreptionis in perditionem*, quia uidelicet obdurate perunt

Ioan. 12.
Matth. 23.
Esaia 6.
1.
2.
3.
4.
Car uolun-
tas Dei uo-
les omnes
saluari in
oibus non
est efficax.
1. causa.
Hebr. 10.
corda



Act. 7.
Deuter. 9.

Heb. 3.
Plal. 94.

Matt. 13.
2. causa.
2. Cor. 6.

Augu. do-
ctrina pde
stinationi
haereticae
contraria.
De pec-
mer. &
tem. lib. 2.

82 *Promptuarium Catholicum*

corda sua in deserto. Illis Stephanus iustissime reprobat vos *semper spiritui sancto resistis.* De illis verissime Moyses scripsit, quod *durissima cervicis populus esset.* Sed quod Moyses alibi dixit, *Non dedit nobis Dominus cor intelligenti, & oculos videntes, & aures audientes usque in presentem diem,* illud necessario intelligitur de dono efficaci ex ipsorum culpa. Ideo Apostolus dixit, quod *obduraverunt corda sua in deserto.* Et David sui temporis Iudaeos sic alloquitur. *Nolite obdurare corda vestra, sicut in die exacerbationis, quando tentaverunt me Patres vestri.* Nempe quum duae causae concurrant ad effectum gratiae ad fidem, ad charitatem aliasque virtutes, & earum operum bona in nobis producenda, Dei donum seu gratiam, nostrumque liberum arbitrium; scriptura defectum fidei obedientiae & aliarum virtutum interdum tribuit, Dei gratiae negat, interdum nostro libero arbitrio repugnant. In utroque enim est causa defectus. Sed vel Deus ideo quibusdam non dat, eo quod nihil profuturam suam gratiam praevidet, vel si dat, ideo in Scriptura non dare dicitur (ut Deuteronom. 29. iam citato loco) quia efficaciter non est data, sed frustra & sine effectu. Sic apud Matthaeum. *illis autem datum non est.* De secunda causa inefficacias gratiae dicit Apostolus. *Hortamur ne in unumquemque gratiam Dei recipiatis.*

Sed & illud moneri hoc loco populus potest, Divinae Augustinam, quem solum ex Patribus haeretici hodie huius gratiae erroris Patronum praetextunt, id plane & discretè docere quod nos iam diximus: pravam videlicet cuiusque voluntatem in causa esse cur Dei gratiam, vel non accipiat, vel acceptam in vacuum accipiat. Ille enim celebrat gratiam contra Pelagianos assertor, est de ceat quibusdam in locis discrimen, cur alij credunt, alij non credunt, hoc esse, quod alijs datum est, alijs datum non est ut erant, secreto quidem, sed iusto Dei iudicio, tamen tum eisdem in locis, tum alibi docet, aliud quoque discrimen esse liberum voluntatis arbitrium. Alii enim. [Cur non sit homo sine peccato in hac vita, potestem facillime & veraciter respondere, quia homines nolunt.] Rursum alio in loco. [Ecce misericordia & iudicium,

Dominica Sexagesima. 83

inim, misericordia in electione, iudicium in eis qui excusati sunt. Et tamen illi quia voluerunt, crediderunt: & isti quia noluerunt, non crediderunt. Sic alibi, propositio exem plo duorum in pudicitiae virtute aequaliter affectorum, quorum unus conspecta muliere concupiscit, alter non concupiscit, discretimnis causam esse ait, quia *alter à castitate desistere voluerit, alter noluerit.* Haec Augustini sententia manifestum efficiunt. Quod si quis hoc miretur aut dubitet cur Christus dixerit: *Vobis datum est nosse, ceteris autem in parabolis,* id est, ut Matthaeus eundem Christi sermonem refert, *illis autem datum non est,* hoc est cur discrimen ponat in dono gratiae, & non in voluntate humana, neque dicat, Vos voluistis nosse mysterium, illi noluerit: quod certe etiam verum est; quia ut de eisdem reprobis Ioanes scribit, *dilexerunt magis hominis tenebras quam lucē:* ad hoc responde. Quis gratia est superior, & principalior & excellentior causa cognoscendi Deum, ac videndi veritatis lucem; ideo inferior causa propriae voluntatis taceatur: imò aliquando etiam negatur, non quia non adest, sed quia minor & inferior est: ut in his scripturis: *Neque qui plantat, neque qui rigat, est aliquid, sed qui instrumentum dat Deus.* Et tamen paulò post Apostolus dicit: *Dei adiutores sumus: & iterum: Non ego, sed gratia Dei mecum.* Rursum alibi: *Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Et tamen de eisdem in actis dicitur, *loquebantur verbum Dei cum soluciu.* Denique & illud: *Non est volentis, neque currentis, sed misericordie Dei.* Et tamen alibi dicitur: *Quoties volui congregare vos, sicut gallina congregat pullos suos, & noluistis.*

2. *Semen est verbum Dei.*

Locus observandi contra haereticos, qui verbum Dei, nihil nisi scriptum verbum esse volunt, siue scripturam usque testamenti, verbum Dei accomparari hoc loco semini, quia eius propria natura est praedicari, & annunciarī viva voce, ut audiatur, non scribi in codicibus ut legatur. Seminare enim est praedicare & illi super quos seminatur dicitur in hoc Evangelio, illi qui audiunt verbum Dei.

Primum

Lege totū
caput De
praedestin.
Sanct. c. 6.
De ciuita.
Dei, li. 11.
cap. 6.

Matth. 13.
Cur Christi
stus discrimē
ponit ī
dono Dei,
non in uoluntate hu
mana.

Ioan. 3.

1. Cor. 3.

2. Cor. 13.
Marc. 13.

Act. 4.
Rom. 9.

Matt. 23.

Verbū Dei
est p̄ptē
verbū pra
dicatū, nō
scriptum.



Rom. 10. *Primum cecidit secus uiam: hi sunt qui audiunt, &c. Ideo fides est ex auditu: non ex lectione: Quomodo enim crediti quem non audierunt, & quomodo audire sine praedicatione? Disciplina ergo fidei est per auditum uerbi Dei praedicati & annuciati ab ijs qui ad praedicationem legitime missi sunt: Quomodo enim praedicabunt nisi mittantur? ait ibidem Apostolus. Seminis natura est spargi ab agricola in terram, nec recipi a terra nisi spargatur: Vel monstrum, uel miraculum est terram, sine agricultura bonum triticum producere. Sic uel monstrum, sine agricultura bonum triticum producat singularis, cognoscere uerbum Dei sine ministerio Ecclesiae. Vbi illa praerogatiua miraculi est, signa quoque singularia diuinitus exhibentur, ut quos Deus in desertis, in eremis, in speluncis, in exilijs, flagrantem persecutione per seipsum docet inspiratione spirituali: quae omnia extraordinaria sunt. Sed ordinariè loquendo uerbum Dei est semen, & uerbum Euangelizatum. Sic ab Apostolo uocatur, uerbum auditus fidei. Euangelium quod accepistis, &c. a Petro quoque uerbum Domini manet in aeternum hoc est autem uerbum quod euangelizatum est in nobis.*

Rursum Semen est quia crescat usque ad messem in agro Dominico, nec extinguitur unquam: de quo supra in alia Dominica. Praeterea uerbum Dei semen est, quia immutabile est in natura & substantia sua, est propagatione & explicatione uarium. Quare nulla est uera & orthodoxa doctrina, quae noua est. Unde D. Basil. [Non alias fidei doctrinas possit alias maturescere ratione assumpti, sed tradita principia absolui, & ad perfectionem deduxi: sicut semen dum crescit, maius quidem est modico sit, non inmutatum genere, sed perfectum ex incremento.] Sic & Vincentius Lyrenensis: [Christianae religionis dogma has sequitur profectuum leges, ut annis consolidetur, dilaretur tempore, sublimetur gratie, incorruptum tamen illibatumque permaneat.]

Domin. 5. post Epip.

Epist. 79.

Cap. 19.

DOMI.

DOMINICA QVINQUAGESIMAE.

1. Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine ut videam.

Luc. 18.



Ocus obseruandi contra haereticos, qui totum opus bonum aut conuersionis ad Deum a statu peccati, aut progressionis ad uirtutem in statu gratiae folius esse Dei opus uolunt, hominem uero nihil cooperati, ut sic se statores suos egregie secutos & otiosos reddant, totum Deo relinquentes,

De liberi arbitrij cooperatio ne in conuersione ad Deum.

Christum in euangelio neminem sanasse nisi uolentem, nisi desiderantem, nisi sua uoluntate eaque ardenti cooperantem. Ut doceret certe sua beneficia gratiae (quorum externa istae sanationis signa & forma gerebant) non nisi uolentibus & cooperantibus dari. Sic in hoc Euangelio non contentus oratione & clamore caeci, rogat discere. *Quid tibi vis faciam?* Sic apud Ioannem languido illi, qui 38 annos habebat in infirmitate, & nihil adhuc a Christo rogauerat dicit Christus praeueniens eum, & uoluntatem eius excitans (quae luculentissima forma fuit diuinae gratiae uoluntates peccatorum quotidie praeueniens & excitans) *Vis sanus fieri?* Sic rursum apud Matth. duobus caecis clamantibus secus uiam post Christum, dicit eis: *Quid uultis ut faciam uobis?* Vide ut horum omnium uoluntates exploret & excitet, quia neminem Deus nisi uolentem sanat. Huc praueient omnes illae Scripturae, quae peccatores ad uoluntariam conuersionem prouocant: *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos.* Et alibi: *Hodie si uocem eius audieritis, (uidelicet excitatis uos uel per externam doctrinam, uel per internum gratiae suae motum) nolite obdurare corda uestra.* Rursum: *Proiecite a uobis iniquitates uestras, & facite uobis cor nouum.* Et in Euangelio: *Facite arborem bonam, si sit autem homo arborem bonam, (ait Aug.) quando Dei accipit gratiam, eum, l' praeueniens, sicut languidus, roganti Christo an sanus esse uellet, respondit se hoc maxime uellet: non habere qui eum adiuet. Iterum: *Aperi os tuum, & adiuu.**

Ioan. 5.

Math. 20.

Zach. 1

Psal. 94

Ezech. 18

Math. 7.

Psal. 80

& adiuu.



Et adimplebo illud. Et alibi: *Hominis est preparare cor.* Quae psalmi postrema uerba exponens Aug. ait: [Quis nisi adiuuare illos, ne quo nihil possumus facere, os non possumus aperire, tamē os aperimus illius adiuuante & opere nostro.] *Nam quid est preparare cor & os aperire, nisi uoluntatem parare? Et tamen preparare uoluntatem a Domino; et dicitur labia mea aperies. Itaq; ut hoc faciat homo, adiuuat Deus.* Hinc in Scriptura Deus adiutor noster, turcyusq; adiutorium frequentissime imploratur. Quoties sit, toties nos ipsos Deo ad salutem nostram cooperari Script. docet. Vnde Aug. [Si dicis Deo, Adiutor meus esto, ne derelinquas me, tu aliquid agis. Nā si tu nihil agis, quō ille adiuuat.] Rursū alibi: [Adiutor noster Deus docet, nec adiuuari pōt nisi qui sponte aliquid conatur, quō nō sicut in lapidibus insensatis, aut sicut in eis in quorum natura rōnem uoluntatemq; non condidit, salutē nostrā Deus operatur in nobis.] Docendus ergo populus non sicuti praeiudicat, & praedicatio peruertunt, ut liberū hominū arbitriū tollatur, ut uolūntatis cooperatio negetur, ut nihil nos ipsi cū Deo agere existimemur, ideoq; totū Deo relinquentes, ipsimet sola fide cōtenti ab omni bono opere reuocemur. Proferēde igitur hoc loco & aliae Scripturae, quae demētissimum hūc & pestilētissimum errorē penitus profligāt. Christus apud D. Io. in Apoc. ait: *Ego sto ad ostiū & pulso; si quis aperuerit mihi, intrabo & cenabo cū illo.* Pōtēstare est gratiae, aperire est liberū arbitriū gratia adiuti: testis epist. ipsi Ioan. *Omnis qui hēt in spē, sanctificat se, sicut ipse sanctus est.* Super q̄ uerba sic disputat Aug. [Videte quomodo modū non abstulit liberū arbitriū, ut diceret, sanctificat se. Quis nos sanctificat nisi Deus? Sed Deus te nolēt nō sanctificat. Ergo quod adūpis uoluntate tuā Deo, sanctificans teipsum. Sanctificas te nō de te, sed de illo qui uenit ut habitet in te. Tamē quā tibi aliquid agis uoluntate, ideo & tibi aliquid tributū est.] Hae ille. Tota ergo ueritas cōtra haereticos hodie tenēda nō ex una ueritate alia destrūda, qd hodie faciunt circa gratiā nostri haeretici, sicut olim fecerunt circa liberū arbitriū Pelagiani. Dicebant. n. Pelagiani. [Non est liberum arbitriū si Dei indiget auxilio.] Hodie

Contra 2. cpi. Pel. l. 2. c. 8

Psal. 50

Psal. 26

In ena. ibi. De peccata. mer. & remiss. l. 2. c. 5

Liberū arbitriū probatur. Apoc. 3.

1. Ioan. 3. Trac. 4. in epist. Ioan.

hodie Protestantes. Non est Dei gratia si aliquid agit liberum arbitrium. Sic enim Caluinus. [Quum Deus dicitur efficere uoluntatem, iam extra nos quicquid in ea bonum est locatur.] Sed uirumq; dementiam resutās Augustinus, sic sapienter disputat: [Si non est liberum arbitrium, quō iudicat mundum?] [quod est contra nostros haereticos.] [Si non est Dei gratia, quomodo saluat mundum?] quod est contra Pelagianos. Et enim quemadmodū nec praemia bonis, nec penam malis iuste decerneret Deus, nisi & illi libera uoluntate bene agerent, & isti liberè peccatē, sic nullius liberi arbitrii opera saluare hominē possent, si Dei gratia illud non praeniret, excitaret, adiuuaret, ac deniq; coronaret. [Nemo ergo (ait Aug.) Deū causetur in corde suo sed sibi quisq; imputet quum peccat. Necdum aliquid secū dum Deum operatur, alienet hoc à propria uoluntate. Quādo enim uolens facit, sic speranda est boni operis merces.] Hae ille. Hae est ergo clara, perspicua & manifesta s. Scripturae doctrina ab ipso quoque Augustino diuinae gratiae predicatore, & assertore grauissimo luculenter tradita: [sic Deum operari in nobis, & uelle & perficere,] ut in ipsimet tum uolendo, tum perficiēdo Deo cooperemur. Vnde haec Apostoli uerba exponēs Augustinus, sic scribit. [Non quia dixit Apostolus, Deus est qui operatur in nobis uelle & perficere, ideo liberum arbitrium sustulisse putādas est. Quōd si ita esset, non superius dixisset: Cū timore & tremore operamini salutem uestram. Quando. n. iubentur, ut ipsi operentur, liberum eo. ū conuenit arbitriū.] Et alibi paulō plenius, [Deus quidē non solum posse nostrū donauit, & adiuuat, sed et uelle, & operari operatur in nobis, non quia nos non uolumus, aut nos nō agimus, sed quia sine ipsius adiutorio nec uolumus aliquid homi, nec agimus.] Deniq; hoc ipsum qd Deus dicitur operari in nobis uelle, non esse aliud quā adiutorium Dei, ut uelimus, idem Aug. his uerbis aperite docet, [Non est homo bonus si nolit, sed gratia Dei ad hoc adiuuatur, ut uelit, quoniam non inaniter scriptū est, Deus est qui operatur in nobis uelle.] Quare concursum Dei nobiscum & nostrum cum Deo, in hae & bonis quibusq; operibus disertissime docet Aug. [quē Caluinus in hac causa gratiae contra liberum uoluntatis arbitrium totum

Instit. li. 1. ca. 3. uu. 9. Epist. 40.

De gratia & lib. arb. cap. 2.

Philip. 2.

De gratia & lib. arb. cap. 9.

De gratia Christi ca. 25.

Contra 2. cpi. Pel. l. 1. cap. 18.



De præde. sancto. li. 1. cap. 3. & Retract. li. 1. cap. 23.

Exod. 4. 7. 8. 14. 17.

4. Reg. 4.

Ioan. 2. & 12.

suum esse mendacissimè iactat, vt ex locis iam citatis libe- culenter patet his verbis [Vtrumq; tam credere quàm bo- num operari, & nostrum est propter arbitrium uoluntatis, & vtrumq; tamen datum est propter Spiritum fidei, & cha- ritatis.] Et paulo post: [Vtrumq; Dei est, quia præparat uoluntatem, & vtrumq; nostrum est, quia non fit nisi uolentibus nobis.] Postremò hanc cooperationè nostram cū Deo in omnibus gratiæ beneficijs, eleganter docet modus in Scri- pturis reuelatus, quo Deus beneficia sua miracula operatus est. Deus per ministerium Moysis miracula facturus, uisus est uirga eius. *Quid est, quod tenes in manu tua?* Hac ergo uirga Moisaica serpentes fecit, aquã in sanguinem conuer- tit, cyniphes excitauit, mare rubrum diuisit, aquas è petra eduxit, Elizeus rogatus à uida, vt eam à creditoribus uen- tam inuaret, ait illi: *Quid habes in domo tua?* moxq; è mo- dico quod habebat oleo multa uasa impleuit. Christus in miraculo conuersæ aquæ in uinum, iubet ministris, *imple- re hyarras aqua.* Lazarum resuscitaturus, iubet eius amo- cos *tollere lapidem.* Hæc docent Deum uelle, ut in opere gratiæ id quod habemus in manu, & domo nostra, propter uoluntatis arbitrium, ad opus conferamus, ut materiam ip- si disponamus; vt impedimenta gratiæ tollamus: non quæ- dem solis naturæ uiribus, & absque eius adiutorio, sed in- tamen à Deo adiuti, ut liberè quod nostrum est faciamus. Postremò notet hoc loco concionator, hæreticos negantibus liberam nostram cooperationem in bonis operibus tollent illum articulum in Symbolo, quo iudicabit Deus uiuos, & mortuos.

2. *Fides tua te saluum fecit.*

Fides sola saluum non facit.

Locus docendi contra hæreticos, quod etsi sanitas hoc in loco à Christo fidei tribuatur, non tamen soli (w illi suis persuadent) sed tali fidei, qualem hic excus ha- buit. Non enim dixit Christus, fides te saluum fecit, sed di- xit, *Fides tua*: id est, qualem tu iam ostendisti, orando, in- clamando, & perseverando in oratione. *Quam enim increpabant eum, clamabat multo magis.* Fuerunt hic ergo ma- ta bona opera præter ipsam fidem, qua credidit se posse à Chi-

Christo sanari: fuit oratio. *Iesu fili Dauid miserere mei,* fuit perseverantia: *Qui præbant increpabant eum, ut taceret, ip- se uero multo magis clamabat.* fuit professio fidei externa. Proferretur enim Christum esse filium Dauid, Messiam uide- licet repromissum ex semine Dauid. Fuit charitas, & spes, si ne quibus nec filium Dauid confiteretur, nec mise- ricordiam ab eo orando peteret. Qui enim diligit, confite- tur, & qui sperat, orat. Plura ad hanc rem pertinentia uide- nstia in Dominica 18. post Pentecosten ad illa uerba. *Vi- dent Iesus fidero illorum, &c.* Quo in loco cur fidei tri- butat Christus salutem, etsi aliæ uirtutes adesse, copiosè explicatur. Quæ etiam sit illa fides, quam Christus hic in cæco laudat, alijque in Euangelij locis, eodem in loco stu- diosè aperitur.

DOMINICA I. QUADRAGESIMÆ.

1. *Et cum ieiunasset 40. diebus & 40. noctibus, postea esurijt.* Matt. 4.

HOCVS proprius, & necessarius explicandi populo Ieiunij Quadragesimalis obseruan- tiam legitimam, laudabilem ac salutarem esse contra Epicureos, & libertinos atque Anomaxos nostri temporis hæreticos, qui uel omne ieiunium, ut superfluum cultum reiiciunt, uel eius præceptum atq; obseruantiam ab Ecclesia manda- tum, tanquam doctrinam dæmoniorum homines dementif- cæ, & breuiter reſellitur, si causas ipsas grauiſſimas Qua- dragesimalis ieiunij institui ex SS. patribus deproprias causas concionator proponat: posteaque ipsius ieiunij obseruantiam, & fructus amplissimos ex eisdem concione impretet. Quibus explicatis, nec cultum eius super- natum, nec præceptum eius libertari Euangelicæ con- ditum esse facile ostenderit. Causas institui ieiunij Quadragesimalis ab ipſo Apostolorum tempore has apud hæreticos obseruauimus. Prima causa est ad Christi Salua-

De Ieiunio Quadragesimalis.

1. Causa Ieiunij Quadragesimalis, instituta.



1. Pet. 2.

Ioan. 13.

Epist. 119.

Epist. 82.

Serm. 36.

Epist. ad Philip. Li. 5. c. 13. Cōst. Apo.

toris nostri imitationem, & exemplum. Si enim patiens & moriens pro humano genere, *exemplum dedit nobis, ut sequamur vestigia eius*, quidni etiā ieiunans? Rident hæretici hodie hoc argumētum: Christus ieiunauit 40. diebus, ergo, & nos similiter ieiunare oportet. Sed ridiculi homines quare hoc rident? Quia, inquit, ergo & Christum miracula facientem imitati nos oportebit. At uerò ab extremo in aliud dilabuntur stultorum in morem, iuxta illud: *Dum uitans stulti uita, in contraria currunt*. Neque enim vel nihil in Christo est imitandum, (quod cōtradi-
 Petri uerbis citatis, imò & Christi dicētis. *In hoc cognoscite omnes, quod discipuli mei estis, si dilexeritis ad inuicem sicut ego dilexi uos*, ubi suam dilectionem in nobis imitandam proponit) vel omne, quod vires nostras superat. Quis ergo in Christo imitandum sit, quid non. docere nos debet Ecclesia per doctrinam Sanctorum Patrum, non superbia hæresis. Patres ergo audiamus. Sic scribit August. [Quadragesima ieiuniorum habet auctoritatem, & in veteribus libris] (ex ieiunio Moysis, & Hælix) [& ex Euangelio, quia totidem diebus Dominus ieiunauit:] Sic Ambrosius contra sui tēporis Arianos, damnatos hæreticos, & notos hodie Protestantium in hac parte maiores. [Quia ieiunandum negant, qua causa Christus ieiunauerit adstruant, nisi ut nobis exemplo esset eius ieiunium? Rursum alio in loco: [Quadragesimarius ieiunij numerus non ab hominibus constitutus, sed diuinitus conseruatus est, nec terrena cogitatione inuentus, sed cœlesti maiestate præcepit est.] Sed omnium antiquissimus S. Ignatius D. Ioannis Apostoli discipulus hanc causam, ut ab ipsis Apostolis consideratam adferret. [Quadragesimam (inquit) nolite despicere. Imitationem enim habet conuersationis Christi.] Denique S. Clemens in constitutionibus ipsis Apostolicis hanc rationem adferret. [Ieiunium Quadragesimæ conuenit memoriam conuersationis, & legislationis Domini.] Ieiunatur etiam Ecclesia quadraginta diebus ad exemplum, Christi, non quidem simpliciter, quia Christus sic fecit, sed quia eius exemplo sic faciendum esse, & in hac parte eius uerba sequenda esse, Ecclesia Catholica ab Apostolorum tēpore docuit. Neque uerò propterea Christum imi-

Cautilatio hæretica refellitur.

2. Causa.

Rom. 10.

1. Cor. 1.

Philipp. 3.

2. Cor. 4.

mitamur, quia sicut ille totis 40. diebus non ieiunauit, ut stultè caullantur hæretici. Sed sicut Christum imitatur diligendo nos inuicem, etsi non tam perfectè inuicem diligimus, sicut ipse dilexit nos: sic Christum imitatur per 40. dies aliquatenus ieiunando, etsi non sic continue ieiunemus, ut fecit ille. Alia causa à Patribus assignatur, ut Christi Saluatoris passioni hoc tēpore repræsentatè compatiatur, dicente Apostolo: *Si compatiatur & conglorificabimur*. Et iterum: *Spes nostra firma est pro uobis, scientes quod sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis*. Quæ ut de suis passionibus Apostolus dixit, ita ne quis hoc nihil ad Christi passiones pertinere caulleretur (quem tamen à fortiori passionum Christi participatio multo plus valere debeat quam Pauli) seipsum Christi passionum imitatorum paulò superius dicit, & ideo etiam consolationum: *Sicut abundant Christi passiones in nobis (quatenus uidelicet similia patimur) ita et per Christum abundat consolatio nostra*. Unde & alibi desiderat Paulus, *expescere societatem passionis Christi, configurari morti eius*. Et alibi: *mortificationem Iesu Christi in corpore suo circumferre*: Imitatione uidelicet & compassione, quæ non solum in mortificatione uitiorum consistit, sed etiam in corporis castigatione externa, ad quam sequitur uitiorum mortificatio. Hæretici hodie mortificationem uitiorum docent uerbo tenus, sed media huius mortificationis non docent: ieiunia, orationes assiduas, uitæ uictusque asperitatem aspernantur, & irident. At uerò Ecclesia Catholica ut semper quidem Christo nos compati & Christi crucem quotidie tollere nos docet atque hortatur, ita media quardam nobis proponit quibus id alloquamur. Alia aut, tēpore autem Christi passionem proximè præcedente ieiunium quadragesimale, ut aliquotenus Christo patienti confor memur. Unde sanctus Augustinus: [In qua (inquit) anni parte congruentius obseruatio Quadragesimæ constitueretur, nisi consui atque contiguit Dominice passionis?] Hanc et causam Chrys. notauit: [Ecclesia, inquit, ob gratiam ieiunat, Iesu opus agnoscentes, ut ipse cum crucifixo crucifixa, & ut dum patitur cum Domino, cum Domino glorificetur: nō ut Dominū legamus, sed ut



dispensationis conſiteamur beneficium.] Eandem noſtra
Leo Magnus, [Merito à ſanctis Apoſtoliſ per doctrinã Spi-
ritus S. maiora hæc ſunt ordinata ieiunia, vt per conſuetudinem
conſortium crucis Chriſti, etiam nos aliqui in eo quod
propter nos geſſit ageremus, ſicut Apoſtoli� ait. Si conſpici-
timur & congloriſicabimur.] Hoc etiam obſeruaue-
ſtus Hilarius diſputans de ieiunio Catechumenorum, quod
in Paſchate, baptizandi erant *vt verborum ſponſionem* (quod
videlicet paſſionem & reſurrectionem Domini ſe-
dere conſiderantur) [quodam tempore ipſarum veritas con-
ſequatur, toto in ieiunio paſſionis Dominice tempore
morantes, quodam Domino compaſſionis ſocietate inuolu-
tit.] Denique & hæc conſiderationem expreſſit S. Epiphanius,
[Non vt gratiã aut beneficium exhibeamus ei, qui pro
nobis paſſus eſt, ieiunium nobis conſtitutum eſt: ſed vt con-
ſideremus ad noſtrã ſalutem Domini paſſionem, quam pro nobis
ipſe ſuſcepit, & vt pro peccatis noſtris ieiunia nobis apud
Deum ſupplicentur.] Atque illi Patres tam Greci quam Latini,
tam ex Oriente quam Occidente.

3. Cauſa.

Alia adhuc cauſam ieiunij Quadrageſimalis aſſignat
Patres, vt ad Reſurrectionem Dominicã celebrãdam (in qua
generalis eſt omnium fidelium deuotio, vt nemo à ſacra Syn-
taxi tunc abſtineat) dignius ac diligentius præparemur,
quaſiq; per ieiunium vitijs expurgari, & expiari, tãto prop-
rius ad ſacraſſima myſteria illa accedant, qui nõ niſi tunc
accedere ſolent. Hanc cauſam notat S. Hieronymus: [Be-
nefici conſeruatio ad Paſſionem Dñi & Reſurrectionem per
militiam carnis venit, vt ſpirituã ſagina ieiunio corpore
præparetur.] Sic & Leo Magnus. [Quia non deſinit animus,
quos hoſtis tunc maximè contra Chriſti membra ſequitur,
quando ab eis tunc celebranda ſacraſſima in myſteria Chri-
ſtiani, vt ad Paſchale feſtu quadrageſima dieſu conſuetudine
præpararet.] Hæc ille. Eandẽ cauſam diligenter expreſſit
Aug. [Vt ſacramenta inquit] redemptionis noſtræ dignius
celebremus, ſaluberrimè nos 40 dieſu ieiunio præparamus.
Non enim ij, tantu, qui in nouã vitam baptiſmo ſunt rege-
nerante venturi, [vbi & conſuetudine illam de ieiunio Qua-
drageſimali Catechumenorum commemorat, de qua hu-
pra

In cõ. ad
Matt. c. 5.
Ser. 3. de
Quadrag.

Ser. 63. de
tempore.

prã Hilarius meminit) [ſed & omnes populi renatorum
utiliter & neceſſario præſidium ſibi huius ſanctificationis
aſſumunt. Illi vt quæ nõndum habent accipiant, iſti, vt ac-
cepta cuſtodiant.] Hæc ille. Sed & obiter hæc notat Grego-
rius Magnus his verbis. [Carnem noſtram decimamus,
vt ad ſanctum Paſcha ſecuri peruenire poſſumus.]

Porro & hoc in Quadrageſimali ieiunio notant Patres
quod cum hic numerus dieſu decima ſit anni pars, & re-
rum omnium decimas Deo date inbeamur, id præceptum
in hoc ieiunio impleamus. Vnde S. Gregorius. [Dum per
36. dies annus ducitur, nos autem per 36. dies aſſigimur,
quaſi anni noſtri decimas Deo damus, vt qui nobiſmetip-
ſis per reliquum annũ viximus, Authori noſtro nos in eius
decimis per abſtinentiam mortificemus.] Hæc ille. Neque
verò huic ſpeculationi quicquam obſtat, quod decima anni
pars non ſit præciſe numerus 40. ſed numerus 36. vt poſuit
S. Gregorius loco iam citato, quia Scripturæ normam &
conſuetudinem hæc in parte Eccleſia ſequitur. Solet autem
Scriptura omnem numerum qui quamlibet decadem anni
tranſit, vt ternarium excedat, non præcedenti decadi, ſed
ei ad quam tendit deputare, vt pote cui vicinior & propin-
quior eſt. Cuius rei exempla videre licet in Genealogia fi-
liorum Noe. Sic ergo decima anni pars 36. dies ad 40. re-
ſeruantur, & in ea decade complentur. Quamquam & aliam
ob cauſam hæc anni decima in numero quadrageſimo, nõ
autem 36. completa eſt, quia numerus 40. proprium eſt
quoddam penitentia & aſſiſtionis tempus, vt ex Scriptu-
ris deducit Sanctus Hieronymus, exponens illa verba Eze-
chielis Prophete. [Non habitabitur quadrageſima annis. Hic
numerus, inquit, ſemper aſſiſtionis & poenæ eſt. Vnde &
Moyses & Heſias & ipſe Dominus 40. diebus ieiunauerit
& noctibus, & per 40. annos populus erat in ſolitudine: &
40. annis (qui faciunt 40. decadas) populus ſeruit in Ae-
gypto. Pluuiæ quoq; diluuij 40. diebus inferit orbi nauſtra
prou.] Hæc ille. Porro hæc anni decimationem in ieiunio
quadrageſimali obſeruaunt præter Greg. Magnum, Iſidorus
Hiſpalenſis lib. 1. de Eccleſiaſticis officijs, & Caſſia-
nus in collationibus Patrum. Caſſiani verba ſunt: [Qua-
drageſimæ legem illis qui per totum anni ſpatium delictijs
cap. 29.

Ho. 16. ſu
per Euan-
gelia.
4. Cauſa.

Ho. 16. ex
40. I. Eu.

Gen. 11.

In com. in
c. 19. Eze.

Cap. 36.
Collat. 21.
cap. 29.



vel negotijs secularibus implicantur, Ecclesiarum principes statuerunt, ut vel hac legali quodammodo necessitate constricti, his saltem diebus vacare Domino cogerentur, ac dierum vite suae, quos totos quasi fructus quosdam fructus voraturi, vel decimas Domino dedicarent.] Hæc ille. Atq; hæc de ieiunij quadragesimalis causis gravissimis (et si sola Ecclesie Auctoritas hac in parte cuius fideli satisfacere debuit) contra prophanos animales & infensatos horum temporum hæreticos, qui nihil pium gustare, nihil spirituale aut religiosum sapere possunt, profertur apud populum nec incommode poterunt.

Ieiunij
causa &
fructus.

Serm. 1. de
ieiunio.

Ser. 69. de
Tempore.

1. Ieiunij
placatur
Deus.

Ion. cap. 3.

3. Re. 22.

Cap. 1. 1.

1. Reg. 7.

2. Ieiunij
cauentur
peccata.

2. Cor. 4.

1. Cor. 9.

Epist. 82.

Nunc de ipsius ieiunij causis saluberrimis & fructu amplissimo aliquid etiam ex Scripturis & Patribus anno abitur sanctus Chrysostomus Scripturæ doctrinam sequentem in una sententia quatuor causas & fructus complectitur. [Ieiuna, inquit, quia peccasti, ieiuna ne pecces. Ieiuna ut accipies. Ieiuna ut accepta custodias.] Ex his quatuor causis, duas priores, quas maxime negant hæretici, in una est sententia S. Augustinus complectitur [Illi (inquit) sit longum & fastidiosum ieiunij tempus] (de Quadragesimali loquitur) [qui nec orat de culpa, nec sperat de venia.] Sed 4. Ieiunij fructus à Sancto Chrysostomo notatos tunc ex scripturis docent exempla Ninivitatum, qui ad prædicationem Ionæ ieiunauerunt Domino, & vidit Deus opera eorum: Et Achab Regis, qui audita cõminatione Prophete, ieiunauit & dormiuit in sacco: dicitur postea Dominus Quia humilitas est mei causa, non inducam malum in diebus eius. Joel elamat ad populum peccatorem. *Conuertimini ad me in ieiunio & fletu & planctu.* Samuel Deum in Malphat placaturus ieiunium indicit. Ieiunij impeditur peccata, & euerit discedit docet Apostolus. *Letet is qui foris est noster homo cor rumpitur, tamen is qui intus est renouatur de die in diem.* Et alibi: *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne dum alijs predicauero ipse reprobus efficiar:* quæ eius verba de vi & virtute ieiunij. Apostolici contra Verecellenses profert Sanctus Ambrosius. Porro hæc ieiunij virtutem ad edomandas peccatorum libidines multis verbis amplificant Patres, quos inspicere licet, Diuum Ambrosium

serm. 34. Leonem Magnum serm. 8. de ieiunio 10. mensis. Diuum Basilium Homil. 1. de laudibus ieiunij. Sanctum Chrysostomum serm. 1. de ieiunio. Illud singulariter hoc loco obseruandum, quod de Saluatoris nostri ieiunio in hodierno Euangelio scripsit sanctus Ambrosius. [Saluator uolens nos aduersus diaboli tentamenta fortiores reddere, certaturus ieiunauit, ut sciremus quia aliter illecebras mali non possemus vincere.] Hæc ille.

Tertius ieiunij fructus est, ut beneficia impetremus & gratiam. Huius rei exempla ex scripturis commemorat Ambrosius, eaque contra sui temporis hæreticos nostris hominibus similimos urget his verbis. *Moyssas ieiunans legem accepit. Petrus ieiunans edoculus est noui testamenti gratiam, quam uidelicet ieiunans & orans de baptizandis gentibus reuelatum est mysterium. Daniel ieiunij merito ora clausit leonum. Ieiunio eluimus peccata, sicut scriptum est, ieiunium & elemosyna liberant à peccato. Qui sunt ergo hi præceptores noui, qui meritum excludunt ieiunij?* Hæc Ambrosius. Certè Christus in Euangelio, quædam demonia nauis in ieiunio & oratione eijsi posse affirmavit. Sic Samuel, Hester, Judith, Machabei ieiunij obtinuerunt contra hostes suos uictoriam.

Quartus fructus est ut accepta enodiant, id est, in bono perseverent. Sic Leo Magnus. [Ieiunia omnia bonæ uoluntatis affectus ad maturitatē totius uirtutis enutrit.] Quibus ita politis, quomodo cultus eius superstitiosus esse poterit, eius & causæ sunt tam multæ ac tam graues, & fructus tam ampli & varij? Sed supra in alia Dominica ostendimus contra hæreticos nostri temporis ieiunia esse castum Deo gratum & acceptabilem. At displicet magno prope nostris hæreticis, quod sub præcepto ponatur hoc ieiunium: quod prohibeat Ecclesia certa ciborum genera in diebus ieiuniorum comedi, denique fideles ad tabula obliuiscens, sub pena peccati ista enim uel doctrinas esse uerborum, de quibus Paulus ad Tim. scribit dicit: *In nouissimis temporibus futuros qui attendens doctrinam demeritam prohibentium abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum suam gratiarum actionem.* Vel certe libertati euangelicæ repugnare, quæ in operibus pietatis libera

Epist. 82.

3. Fructus.

Epist. 82.

Act. 10.

Daniel. 14

Tob. 4.

Matt. 17.

4. Fructus.

Ser. 4. de

ieiun. 10.

mensis.

Dem. inf.

Octa Nar.

Lomini.

Ieiunium

sub præce-

pto.

1. Tim. 4.



Præceptū
ieiunij nō
esse doctri-
nā damo-
niorum.

1. Tim. 4.

Cōtra Fau-
stū lib. 30.
cap. 5.

A. Cor. 15.

Aug. ibid.

96 *Promptuariū Catholicū*
libera esse debet, & non iterum sub iugo stare. Sed ad hanc
duplicem cauillationem respondeat dextere Concionator,
& hæreticorum partim impietatem, partim ineptiam dilu-
cidè populo exponat hunc in modum. Quod ad doctrinam
demoniorum attinet, ex ipso Apostolo aperte liquet doctri-
nam demoniorum circa prohibitionem ciborum illā esse,
quæ sic cibos prohibet, ut res immundas, & non à Deo crea-
tas. Cū enim Apostolus dixisset, *Abstinentes à cibis quos*
Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fide-
libus, secutus ait, *Et his qui cognouerunt ueritatem, quoniam*
omnis creatura Deo bona est, & nihil abiiciendum quod est
gratiarum actione percipitur. [Hæc autem sunt (infect con-
tra Manichæos August.) quæ negatis; hoc animo, hac vo-
luntate, hæc opinione ab eis huiusmodi temperatis quod
non significacione (ut in ueteri lege) sed natura malæ &
immundæ sunt. Quia in te creatorem eorū sine dubio blasphe-
matis: hoc est, quod pertinet ad doctrinā demoniorum.
Nōne ergo mirari hoc de uobis tanto ante à sancto Spiritu
prophetatum.] Hæc ille, ex quibus patet doctrinam quæ
Manichæosum fuisse doctrinam demoniorum, quia se
prohibebant comedere carnes quasi à malo Deo essent om-
nes create. Doctrinam autem Ecclesiæ non esse doctrinam
demoniorum, quia talem sensum damnat & execratur, &
solum propter corporis castigationem, aliosq; ieiunij fru-
ctus commemoratos, abstinentiam carniū precipit. Non
enim simplex prohibitio, sed prohibitio in sensu Apostoli
est doctrina demoniorum. Alioqui ipsi Apostoli & Paulus
cum alijs, doctrinam demoniorum docuissent, quum
prohiberent comedere *suffocatum & sanguinem.* Quare in
eodem loco, quo sensu Catholica Ecclesia abstinere à cer-
tis cibis docet. S. Augustinus his uerbis. [Christiani nō hæ-
retici sed Catholici, edomandi corporis causa propter ani-
mam ab irrationalibus motibus amplius humiliadā, non
quod illa immunda esse credant, non solum à carnibus, ue-
rū à quibusdam etiam terræ fructibus abstinēt, vel sem-
per sicut pauci, vel certis diebus atque temporibus, sicut per
Quadragesimam ferè omnes, quanto magis quisq; uel mi-
nus seu uoluerit, seu potuerit.] Quæ postrema uerba non
ita dicit Augustinus quasi liberum tunc esset Quadrage-
sima

simæ ieiunium & absque præcepto, ut in illi hæretici ex
illis uerbis colligunt, affirmantes in seculo Augustini Fe-
lesiam Catholicam hoc nunquam admisisse, ut iuberetur
fideles abstinere: sed ideo ita loquitur, quia ipsa abstinentia,
uel magis, uel minus fidelibus assumitur, & ab Ecclesia in-
dicitur, quanto magis uel minus unusquisque abstinere uel
uoluerit, uel potuerit, nempe uel à carnibus & fructibus ter-
ræ, uel à carnibus & non fructibus. Vtrumque enim Augu-
stinus posuit: Deinde quantitatem abstinentiæ dicit poni in
arbitrio & potestate ieiunantis, nō ipsam qualitatem: [Quo-
modo quisque magis uel minus:] Ecclesia uidelicet neq; tem-
pore Augustini, neque hodie uel infirmos, uel ulla rationa-
bili causa impeditos cogit ieiunare, sed maxima hac in re
moderatione utitur, neque quenquam ultra id quod com-
mune potest, abstinere compellit. Sic & alij Patres docue-
runt. [Quadragesima (inquit Gregorius Magnus, ducentis
ferè post Augustinum annis) summa obseruantia seruanda
est ut ieiunium in ea (nisi quem infirmitas impederit) nul-
latenus soluatur.] Sic Leo Magnus Papa: [Nihil à quoquā
arbitrium, nihil asperum queritur, nec aliquid nobis, quod
uires nostras excedit, indicitur. Scitit singuli quid possint,
quid ue non possint. Ipsi modulum suum pendant.] Sic ip-
se alibi August. de Quadragesimali ieiunio disputans. [Si
infirmitas nō prohibet, quotidie ieiunare.] Denique docet
ipse diligenter August. quid ille facere debeat, qui commu-
nem ieiunij Ecclesiasticæ legem seruare nō potest. [Qui iei-
unare nō ualet, secretius sibi soli præparet quod accipiat,
nec alios ad prandium inuitet. Cum gemitu autē & suspi-
rio manducet,] (non eū risu & cachinnis & cōtemp-
tu Ecclesiæ, ut hodie hæretici faciunt) [quod alij abstinentibus
ipse ieiunare non potest. Pro eo quoq; quod non potest iei-
unare, amplius debet pauperibus erogare.] Sic & D. Chry-
sost. [Dilecte (inquit) si ob corporis imbecillitatem non potes
ieiunare diem producere, nullus qui sapit, propter hoc te ar-
guere poterit. Dominum enim habemus manuerit & mi-
sericordem, & nihil supra uires nostras à nobis exigentem.
Igitur qui cibum accipit & ieiunare non ualet, largiorem
det eleemosynam, frequentiore sit in precibus, maiore ha-
beat alacritatem in audiendis diuinis eloquijs.] Hæc fuit
semper

Augustini
uerba ex-
ponuntur
de liberta-
te ieiunij.

1.

2.

Moderatio
Ecclesiæ
in ieiunij.

Hom. 16.
ex 40.

Serm. 3 de
ieiunio 10.
mens.

Ser. 56. de
tempore.

Ser. 61. de
tempore.

Hom. 10.
in Gen.



semper Ecclesie Catholice moderatio in ieiunijs ab ea indictis. Quare & disertè ab illis excipiuntur pueri, senes, praegraves, aegroti, peregrinantes & laborantes ex gravi & iusta causa. Propter hanc moderationem, sic Augustinus, sic alij Patres loquuntur.

Ieiunium sub precepto tempore August. Ser. 60. de tempore.

Epist. 119. cap. 15.

Epist. 86.

Epist. 86. Sermon. 34.

Ser. 1. de ieiun. 7. ment.

Nihilominus tamen ieiunium Quadragesimale Augustini tempore ab Ecclesia preceptum fuisse (quod negat heretici propter verba praedicta) ex ipso Augustino, alijsq; ei contemporaneis patet. Sic enim scribit Augustinus. [Dicte Dño, voge caput tuum & faciem laua, ne videaris hominibus ieiunans: nos ergo contra precepta Christi facimus, qui publicè ieiunium indicimus, & videte toto populo pariter eum ieiunamus? Non, sed in hoc sensu oportet intelligi, ut nemo pro laude humana, sed pro peccatorum indulgentia, vel pro misericordia diuina ieiunet.] Rursum alio in loco. [Quadragesima (inquit) ieiuniorum habet auctoritatem, & in veteribus libris ex ieiunio Moysis & Heliae, & ex Euangelio, quia totidem diebus Dñs ieiunauit. In qua ergo anni parte congruentius obseruatio Quadragesimae constitueretur, nisi confirmata, & congrua diuinae passionis? Quia in ea significatur hec uita laboriosa, cui opus est continentia, &c.] Ecce agnoscit Augustinus ieiunia publicè indicta, & Quadragesimale ieiunium in certa anni parte constitutum: utique ab Ecclesia & solius Ecclesiae auctoritate. Nam in alia Epistola idem Augustinus dicit. [Quibus diebus non oportet ieiunare, & quibus oportet, precepto Dñi uel Apostolorum, (in scripturis uidelicet, de quibus ibi loquitur) non inuenio definitum.] Restat ergo ut hoc publicè indictum atque constitutum ieiunium, quod agnoscit S. Augustinus, non nisi ab Ecclesia indictum & constitutum sine preceptum agnouerit. Testatur porro idem Ecclesiae in hac parte preceptum S. Ambrosius, qui Augustinum baptizauit, ut ipsemet testatur in eadem Epistola. [Reliquo, (inquit) anni tempore ieiunare praemium est. In Quadragesima non ieiunare peccatum est. Illa uoluntaria ieiunia, ista necessaria. Illa de arbitrio ueniunt, ista de lege. At illa inuitamur, ad ista compellimur.] Idem preceptum agnoscit Leo Magnus. [Res est (inquit) praecipui operis, quae ex auctoritate indicta, & ex charitate suademus, ut paululum edendi liberato

tate compressa castigationi corporum, & pauperum suorum alimonia.] Sed ante hos omnes S. Basil. de quadragesimali ieiunio omnibus indicto atque precepto scribit. [Ieiunium quidem utile est per omne tempus illis qui sponte illud suscipiunt: sed multo magis hoc tempore, quo per uniuersum terrarum orbem undique denunciat ieiunij praeronium. Nec ulla est insula, nec ulla terra continens, non ciuitas, non gens ulla non extremus mundi angulus, ubi non sit auditum ieiunij edictum.] Denique his adhuc antiquior Orig. [Habemus (inquit) Quadragesimae dies ieiunij coelectatos.] Postremo in Concilio Gangraensi antiquissimo & diu ante Augustini aetatem, anathemate feriuntur, qui praescripta ieiunia uiolant. [Si quis, inquit, eius Concilij Patres, eorum qui religionis exercitio student absque necessitate corporis intolestet, & ieiunia in commune tradita, & ab ecclesia obseruata dissoluat, improbandus apud semetipsum, & abrogans praecipuam sententiam, Anathema esto.] Ex his testimonijs antiquitatis manifeste patet contra haereticos, preceptum fuisse ab Ecclesia ieiunium quadragesimale, non ut Manichaei, teste Augustino: non ut Marcionite, teste Hieronymo, non ut Eucratice, teste Theodoro, aut Priscillianis, quos hoc nomine Manichaeis simillimos August. uocat, nec ut Saturninus (de quo Irenaeus,) nec ut Ebion eum suis, (de quo Ignatius) ipsos Apostolorum tempore tradiderunt, quasi creaturae immunda: carnes essent, sed propter causas superioris ex Patribus citatas.

Porro delectum aliquem ciborum, nec doctrinam demoniorum, nec superstitioni ulli affinem esse, quando edo mandu corporis causa assumitur, ipsa Sanctorum Apostolorum exempla docere nos possunt, qui a uino & carnibus ut plurimum abstinuisse leguntur. Sanè de Petro Apostolo scribit Gregorius Nazianzenus, ipsum lupinis minuto esse uentrem, famem pellere consueuisse. De Iacobo fratre Domini, nec carnes unquam in cibum, nec uinum in potum adhibere solitum. Hegesippus auctor antiquissimus affirmat. De Mattheo Apostolo etiam haec eadem Clemens Alexandrinus his uerbis affirmat. Matth. Apostoles feminibus haecis, & oleibus absque carnibus utebatur. Paulum Apolto-

Homil. 2. de laudib. ieiunij.

Homil. 10. in Leuit. Can. 19

4 Cõ. Fau. lib. 30. c. 5. b Li. 2. cõ. Iouinian. 2 Diuin. de cre. epito. cap. vlt. 4 Epist. 86. Li. 1. c. 22. Epist. 9. & 13.

In orat. de cura pauperum. Apud Euseb. lib. 2. c. 22. Pedagog. lib. 1. c. 1.



Apostolum planè abstemium fuisse, & a uino (saltem post conversionem) perpetuò abstinuisse, arguere potest, quòd postera die qua Hierosolymam ex Asia venit, Iacobi consilium sequitur, purificationem in templo expleuerit, donec offerretur pro eo & alijs quos assumpserat oblatio. At qui in lege cautum erat, ut ante huiusmodi oblationem purificandi causa a uino abstinere, & caput raderent. Tempus uerò abitinèdi a uino in lege nò expressum, a Iosepho Iudæo memoratur fuisse triginta dies [Mos est, inquit] orare per triginta dies, antequam immolarent hostias, abstinere quoque a uino & capillos radere.] Paulus igitur qui statim post aduentum suum in Hierusalem non studio præmeditato, sed Iacobi hortatu se in templo ritu Mosæ purificationis, si prius abstemius non fuisset, & a uino pro consuetudine non abstinisset, purificationis legem transgessit & verè expleri non potuisset. Sanè Timotheum Discipulum Pauli a uino pro more abstinuisse, manifestum est, quum moneat eum Paulus, ut non amplius (*1 Tim. 5. 23.*) *aquam bibat, sed propter frequentes infirmitates, & propter stomachum, modico uino utatur.* Est ergo delectus ciborum edomandi corporis causa assumptus, non doctrina hæreticorum, sed pietas & religio ipsorum Apostolorum.

Præceptum uerò istud non magis libertati Euangelicæ repugnat, quam alia quæuis aut Dei, aut Ecclesie præcepta. Libertas Spiritus, ad quam uocati sumus, non subiiciamur metu pœnæ. Ideo sumus non sub lege, sed sub gratia, quia liberaliter ex charitate Dei, & nostri ipsius spiritualis boni præcepta seruamus. Sed hæc carnalis libertas, quam hodie nostri uendicant, est, uetus Arianorum hæresis, de quibus sic Epiphanius: [Ieiunium, (uebat Arianus) non erit ordinatum. Hæc enim Iudæica sunt, & sub iugo seruicis. Si uerò uolo omnino ieiunare, quemcumque diem eligam a meipso, & ieiunabo propter libertatē] Hæc ille, quem ideo inter hæreticos ponit Epiphanius, & Damascenus, & Augustinus, & quo quot de hæresibus scripserunt.

Hæc. 75.

¶ Ibidem. 6 lib. de heresibus. c. her. 13. ad Quod uult Deu.

Act. 21.

Nu. 16. ca.

De bello iudaico li. 2. c. 15.

1. Tim. 5.

2. Si filius Dei es, mitte Deorsum.

Locus obseruandi perpetuam Diaboli uocem in hæreticis loquentem, quoties ab Ecclesie Catholice unione ad sua conuenticula fideles suadendo abstrahunt. Suadent enim ut ab altissimo & eminentissimo monte te precipites, in speluncam latronum casurus. Ecclesia est *Ciuitas super montem posita*, ut Christus suis Apostolis dixit. Omnia hæreticorum conuenticula sunt speluncæ latronum: *Qui non intras per ostium in ouile, fur est & latro.* Qui fidelibus populis præesse conuendit, eos docere, pascere, sacramentis imbueri sine legitima uocatione & impositione manuum a Christo instruta (quod omnes hæretici faciunt) sunt fures & latrones: latentes quoque sunt obscuri & pauci sicut in speluncis. Quum igitur fideles Catholicos a totius orbis communiōne ad suas sectas abducat, dicat illis: *Mitte te deorsum.* Hoc est (ait Vincentius Lyrensis) *ex illius te sublimis Ecclesia, qua etiam templum Dei putatur, doctrina et traditione te dimitte.* Sic & Augustinus locum tractans ait; [Diabolus caput nostrum sursum ascensurum deorsum uolebat deijcere. Vos autem] hæreticos Donatistas alloquitur [corpus eiusdem capitis, quod per totam terram diffusum est, ad exiguam partem uultis redigere.]

3. Scriptum est enim, quia Angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Locus necessarius & accommodatissimus diligenter mouendi populum fidelem, ut ab hæreticis caueant scripturas perpetuò in ore habentibus, & non nisi ex scripturis perperam tractatis (ut hic contra Christum ipsam facit Diabolus) fideles seducentibus. Docendus ergo & diligentissimè moneendus est hoc loco populus fidelis. Primum in causa & doctrina fidei aduertere eos debere, non quòd illis dicatur, sed quis ille sit qui loquatur: Deinde perpetuum esse hæreticorum motem, sacris Scripturis ad suam & aliorum perniciem abuti: Postremò non ex

Hæreticorum uoces diabolicæ,

Math. 6.

Ioan. 10.

Cap. 37. Côt. Peul. lib. 2. c. 51.

Hæretici per script. decipiunt.

1.

2.

3.

sola



sola litera & textu Scripturarum, sed ex eius sensu recto & orthodoxo fidem aut fidei doctrinam & consolationem esse petendam. Quod ad primum attinet, in omni quibus humanarum reru sciencia spectandum potius quid dicatur, quam quis loquatur, quia sola ratio est totius veritatis humanae regula & principium: ratio autem necessario est semper vera, siue illa Diogene, siue Socrates, siue patres siue magnus, siue indoctus, siue doctus pronuntient. At vero in doctrina fidei, quia eius regula est Authoritas, non ratio.

Quod enim aliquid scimus rationi, quod credimus auctoritati debemus, ait Sanctus Augustinus propterea necessario dispiciendum quis & qua auctoritate praedictum uel ut minimum qua fide ac religione imbutus sit, qui de fide disputat, aut Scripturas eo pertinentes profert. Sed & praeterea Ordo in Ecclesia Christo institutus hoc nos docet.

Non enim omnes Propheta, non omnes Doctores. Et rursum: Quomodo praedicabunt nisi mittantur. Et iterum: Ipsi curbebant, & ego non mittebam eos. Sicuti ergo non omnes sunt Doctores, ita neque omnium est docere in causa fidei. Quod si non docere, nec ex Scripturis disputare. Nihil enim magis quasi doctorale est. Hanc ob causam iuber Christus diligenter attendere a falsis Prophetis, & de futuris pseudoprophetais monet. Et de huiusmodi ait: *Quae mea alienum non sequuntur, nec uocem eius audiunt sui sequuntur ab eo.* Paulus quoque monet cauere a lupis rapacibus, qui abducunt discipulos, post esse, id est, post suum sensum, & a pseudoapostolis operariis subditis: Petrus quoque magisteris mendacibus praemonet: & Ioannes non omni scripturam credere. Monendus ergo populus scripturam perperit eos monere de personis quas audiunt. Hanc etiam ob causam Diabolus etiam uera dicentem Christus uator in Evangelio non tolerat. Dicente enim Satana: *Scio te quia sis Sanctus Dei, incerpauit eum Christus dicens: obmutesce & paulo post, clamantibus & ascendentibus demonijs, Quia tu es filius Dei, incerpauit ea non sciebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum.* Quod sane documentum & Paulus sequitur est, clamante post illum ualde la spiritum sythouem habente, *is sunt serui Dei altissimi. Quomodo hoc scire fieri multis diebus, dolens Paulus praecipue spiritus*

De uil. cr. cap. 11.

1. Cor. 12.

Rom. 10.

Jerem. 23.

Matth. 23.

& 24.

Ioan. 10

Act. 20.

2. Cor. 11.

2. epist. c. 2

Luc. 4.

Act. 16.

Spiritus exire ab ea. Cur aut Christus hoc faceret, nec Diaboli etiam uera dicentis testimonium admitteret, egregie uocet & exponit Chrysol. Diabolus ipse ueritate aliquando dicit: primum ut rerum ordinem confundat, deinde ut auferat Apostolorum dignitatem: postremo ut multitudine persuadent sibi attendere. Quae ne fierent, et uera dicentium Demonum ora obtulit Christus. Quod aut in Diabolo Christus & Paulus fecerunt, hoc in omnibus haereticis facientium esse (qui profecto eisdem de causis & scripturis loquuntur, ob quas Diabolo loqui notauit Chrysolomus, ut ordinem confundant, ut ecclesiae dignitatem imminuant, ut multitudinem post se trahant) docent diligenter S. Patres. Sic Athanasius contra Arianos [Haereticus inquit] tamen uoces suas & factis literis mutuetur, nihilominus suspectus animoq; corruptus audiet a Spiritu S. Quare tu enarras in literas meas, &c. C. 8. B. Paulus est ex alienis literis loquitur, ut illud, Cretenles semper mendaces, tñ Sanctus qui sit, magister gentium est in fide, & ueritate, & quae loquitur, est pietate loquitur. Hec ille. Sic ante illum Orig. [Si quando testimonia de scripturis audieris, uide ne stam loquenti acquiescas, sed considera illum, qui loquitur, eius sententiae, eius uoluntatis sit. Si u. sententia haereticus est, & sub omni pelle lupus latitat, Diabolus in eo loquitur. Nihil ad eum Scripturae pertinent.] Hec illa, Cui plane conformia eo adhuc antiquior scripsit Tert. *Dispicit debet* inquit *cui operatur professio scripturarum, ne is admittatur ad eandem, cui uulnere modo coepit. Et paulo post. Ordo reru hoc desiderabat, illud prius proponi, quibus coepit fides ipsa: cuius sint scripturae, a quo est per quos, et quando, & quibus sit tradita disciplina, qua sunt Christiani. Vbi enim apparuerit esse ueritatem de scripturae, illic erit ueritas scripturarum, & expositionum, & omnium traditionum. Et paulo post: Si haeretici sunt, Christiani non sunt. Ita non Christiani nullum iam capiunt Christianarum literarum. Haec ille. Hoc aut totum tum ex scripturis praeter allegatis, tum maxime ex his Pauli uerbis doctissimi illi Patres didicerunt, quibus superbos quosdam pseudoprophetas, qui sibi uidebantur Prophetae, & spirituales, reiecit ac terandis, dicens: *An a uobis uerbum Dei praecessit, aut ad nos solos peruenit? Docet eos nec magistros esse Ecclesiarum, a**

Ho. 20. in sti. ad Cor.

In epi. de Synodis Arim. & Seleucia.

Hom. 31. in Lucam.

In praefati ptrombus adu. haer.

1. Cor. 14.



quibus predicatio verbi processit, nec etiam ad ipsum populum fidelē eos solos pertinere, ad quos solos illa predicatio pervenerit, ut liceat illis solis aliquid sapere, ideoque omni modo prophetandi seu verbum Dei, & scripturas interpretandi potestate esse eos remouendos. Eodem sane more, & titulo nostri hodie Protestantes hereticique omnes ab omni scripturarum tractatione remouendi sunt, necesse si scripturas proferant vilo modo audiendi, non magis quam rebelles sequendi sunt, qui vexilla, & arma regni in manus suscipiunt, & usurpant. Sic enim Diabolus in his usurpant, ut veritati fucum, fidelibus iniuriam faciant. Hoc medio vti concionator potest, ut populum monere, hereticis utunque scripturas proferentibus magna querebere, quam Diabolo similia facienti.

Hereses omnes ex scripturis male intellectis.
De Gen. li. 7. cap. 9.
In comen. ad Tit. 3.

Matt. 12.

Antiq. lib. 13. ca. 28.

Matth. 7.

Aliud medium quo ipsum persuadent, istud esse potest, quod omnis heresis non nisi ex scripturis male intellectis ortum accepit, ideoque rem esse periculi plenam non ad cuius magistro solas scripturas proferenti auscultare. [Non ob aliud sunt heretici (ait S. August.) nisi quia scripturas non recte intelligentes suas falsas opiniones contra carum veritatem pertinaciter asserunt.] Ambrosius vero ex eo hereticum quasi definit. [Heretici (inquit) illi sunt, qui per verba legis legem impugnant, & proprium sensum uerborum astruunt legis, ut perueritatem mentis suae legis auctoritate commendent.] Porro si recte aduertimus, haec idem saluator docuit, dicens Sadduceis sectae hereticae Iudaeorum. *Erratis nescientes scripturas, neque virtutem Dei.* Non enim Sadducei textum scripturarum non legerant (imo illas solas legebant, & legendas esse asseruerant, omnibus reiectis traditionibus, ut de illis commemorat Iosephus) sed ideo eos errare dicit, quia *nesciebant*, id est, non intelligebant, *scripturas*; ideoque adiunxit. *Neque virtutem Dei*, id est, sensum & consilium Dei, quod latet in scripturis. Sed haec scripturarum uerbalis prolatio, est illa omnia peccata sub qua iacent lupi rapaces, id est, falsi prophetae: a quibus attendere iubet saluator. Quod his uerbis nouerimus uere quam eleganter expressit Vincentius Lirinensis.

Quid

*Quid est (inquit) vestitus ouium nisi Prophetarum, & Apostolorum prologia? Qui sunt lupi rapaces, nisi sensus hereticorum feri & rabidi, qui oculos Ecclesiae semper insciant, & regem Christi, quaequa possunt, dilacerant? Sed ut fallacias tantis quibus obrepant, manente inopis fortitudo deponit lupinam speciem, & sese diuina legit sententia, uelut quibusdam uelleribus obuolunt: Sed & Petrus Apostolus hac hereticorum lupinam rabiem, & propriam illis astutiam atque nequitiam qua circumueniunt in errore (ut Paulus de eisdem loquitur) tatis perspicue annotauit. Quam enim dixisset, *indoles, & instabiles* (quales proprie sunt heretici) *deprasse quaedam in Epistolis Pauli, addidit generalem clausulam, Sicut & ceteras scripturas ad suam perditionem.* Vbi generalitatem hunc omnium impostorum morem notat, ut fallere uolentes, non nisi ex scripturis fallant, quorum ut maximam esse sentit auctoritatem, ita facile ex eis decipere se posse norunt, si pro suo libito (remota Ecclesiae auctoritate ac fide) eas interpretari ipsis permittatur. Alios Patres in hanc sententiam aduocare qui uolet, & legat & proferat pro concione, Irenaeum lib. 1. c. 1. Cyrillum Alexandrinum Epist. 28. Lactantium lib. 4 c. 30. de vera religione. Ambrosius 4. in Lucam: Hieronymus in com. ad c. 23. Esa. ad ca. 13. Ezech. & ad c. 7. Michae, & in epist. ad Dominionem: Hieronymus in lib. ad Constantinum: Origenem Hom. 31. in Exodum: Tertullianum & Athanasium locis citatis; & Augustinus saepe semel ita loquentem. [Non aliunde uere sunt heretici & quaedam dogmata perueritatis illaqueantia, & in profundi precipitantia, nisi dum scripturae bonae intelliguntur non bene: & quod in eis non bene intelligitur, & temere & audacter asserunt.] Haec ille. Tertium medium a nobis propositum quo ab hereticis scripturas proferentibus diligenter cauere populum fidelem docere concionator poterit, illud est, ut doceatur populus non ex sola litera, & textus seripurarum, sed ex eius sensu recto, & orthodoxo fidei, & si non litera dei doctrinam peti debere. [De intelligentia. n. heresis est, non de scriptura: sensus non sermo sic crimen,] ut scripsit S. Hieronymus. [Non putemus (ait S. Hieron.) in uerbis scripturae esse euangelium sed in sensu. Non in superficie, sed in interioribus: non in sermonum folijs, sed in radice rationis.] Et alibi*

Cap. 16.

Ephes. 4.

2. Pet. 3.

Cur ex scripturis fallunt heretici.

Tract. 16. in Ioan.

Sci s scripturarum spectatus, Lib. 1. de Trinit. ad Gal. ca. 21.



In dial. eō
era Lūcife
ria nos.

Ioan. 7.

Ioan. 19.

2. Cor. 4.

Princip.
fid. li. 11.

Instit. li. 4.
c. 17. nu.
25.

Heretico-
rum cōfite-
rudo de-
prouādi fa-
ctas scri-
pturas.

[Scripturæ non in legendo, sed in intelligendo consistunt. Alioqui Diabolus in hoc Euangelio Scripturam attulit, sed à vero sensu longissimè abijt. Iudæi, quoq; ex Scripturis conantur ostendere Christum non esse Messiam. Dicebant enim: *Numquid à Galilæa uenit Christus? Nonne Scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & de Bethleem uenit? & Pharisæi quoq; ipsi Nicodemo dicunt. Scrutave Scripturas, & uide quia à Galilæa Propheta nō surgit. Quid, quod & tu te Christum dignum esse ex Scripturis probare Iudæi uolebant. Nos, inquit, legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se facit. Sed cum his, omnia Scripturis turpillimè errabant. Nōne & hodie totum uerum instrumentum Iudæi tenent, legunt, credunt, & in ore perpetuo habent; Tamen in illis Christum non uident. Nonne per litteram tenent, ut oēs hæretici, sensum non assequuntur. Hæretico igitur ex Scripturis loquente, ad Scripturas prouocante, per solas scripturas controuersias tractante, nihil periculosius, nihil pestilentius. *Litæra enim occidit, spiritus uero uiuificat.* Ille uero audiendus qui cum scripturis intelligentiam adfert, iuxta regulam fidei, iuxta expositiones SS. Patrum, iuxta Conciliorum decreta, & alia interpretandi media à nobis alio in loco studiosè explicata. Alio qui uide quid Lutherani scripturam uergetibus Calceant, ipse respondeat. [Excipiunt inquit de Lutherania loquens se uerbum Dei habere quo palam facta est Dei uoluntas. Nempe si illis conceditur, donum interpretationis ex Ecclesia profligare quod uerbo lucem adferat. Fateor illis habere uerbum, sed quale olim Anthropomorphitæ, quum Deum corporeum fecerunt: quale Marcion & Manichæi quum fingerent Christi corpus, uel celeste, uel phantasticum. Citabant enim testimonia.] Hæc ille contra Lutheranos, & tantumdem Lutherani contra illum, donum interpretationis sibi soli usurpantem.*

4. *Angelis suis mandauit de te, & in manibus colent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.*

Locus obseruandi diabolium in hæreticis mutilandi, & truncandi scripturas motem, sicut Diabolus hoc loco

loco contra Christum fecit. Totus enim & integer Plasmus locus est. *Angelus suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uijs tuis: Quæ intermedia uerba Diabolus prætexiuit pergens ad sequentia: In manibus colent te, &c. At illa intermedia uerba maxime ad rem pertinebant. Docent enim fore ut siue Christus, siue membra eius ceteri fideles Angelorum, seu ministerio, seu patrocinio defendantur; sed cum hac moderatione, ut uias suas uisquisque ambulet, non per precipitia: ut per media à Deo suppeditata pia opera faciat, non absque medijs Deum tentet. Vide elegantè S. Bern. hunc locum tractans, [Ut custodiant te in omnibus uijs tuis. Non dixit in precipitijs. Qualis uia: hæc de pinnaculo templi mittere se deorsum? hæc est uia Luciferi cadentis à celo? Rursum torquet hæc Scripturam ad solum Dei Filium, & Messiam, quæ de quo libet Sancto intelligenda est, ut ibidem annotauit Bernardus; & ante eum S. Chrysostomus & Origenes. Tertio illud quod immediate sequitur detrahit, quod eam manifestè confutabat, ut eodem in loco notauit Origenes. *Uisum scilicet, Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.* Quibus ultimis uerbis Diabolus à Christo superandus prædicatur. Hæc omnia in citandis Scripturis faciunt Hæreticis, à Diabolo hoc loco etochei. Vnum pro multis exemplum ponam, Præferunt illi quam scripturam uerimputantem in Christo iustitiam stantem, bonorum operum ad salutem necessitatem tollant, illud Pauli. *Nihil damnationis ijs qui sunt in Christo lesit, si taceat semper atque præcidiunt quod sequitur, quum sit totius sententiæ membrum necessarium, si qui non secundum carnem ambulant: Quod eos distulissimè refutat. Illi enim in Christo baptizati & renati non damnantur, qui opera carnis non faciunt, sed fidei in Christum bona opera adiungunt,**

1

2

3

Hom. 5.
ope. imper
fec. i Mar.
Hom. 31.
in Lucam.

Rom. 7.



108 *Promptuarium Catholicum*
DOMINICA SECVND
Quadragesima.

Matth. 17.

Hic est filius meus dilectus, &c. Ipsam audite.

Quomodo solus
 Christ' au
 diendus.

Inst. lib. 4.
 c. 8. nu. 7.

17. m. 11
 17. m. 12
 17. m. 13
 17. m. 14

Calvinus
 refutatur.

HOCVS necessarius admonendi fidele populum ut ab insigni haereticorum fraude & impostura circa haec Evangelij verba liberetur. Haeretici enim hodie ex hoc potissimum loco suadere volunt, nec Ecclesiam, nec Patres, nec concilia, nec ullam in textis auctoritatem in causa religionis audiendam esse, sed ea sola qua Christus sua voce docuit posteaque Evangelistae & Apostoli scripturae. [Non temere (ait Calvinus) Filium singulari prerogativa nobis doctorem Patrem ordinant: ipsum non hominum praesentium iudicium, sed Patris quidem verbis eius nobis magisterium commendavit, quum dicit: Ipsam audite, sed quibus inest plus quiddam ponderis ac energiae, quam vulgo estimetur. Perinde enim est ac si ab omnibus omnium doctrinis abductis huic vni nos susteret: ab vno omne salutis doctrinam petere iuberetur ab vno pendere, in vno haerere, in vno (quod verba sonant) vnius voci auscultare. Et sine ipsa iam ab homine aut expectari aut expecti debeat ubi verbum ipsum vix familiariter se nobis ac coram explicavit? Quod omnium hominum ora clausa esse conuenit, postquam scriptura locutus est ille in cunctis caelestis Patris omnes scientiae & sapientiae thesaurus voluit esse absconditus. Et sic quidem locutus est vtriusque & Dei sapientia (qua nulla in parte huius est) & Messiam (a quo omnium reuelatio sperabatur) huiusmodi hoc est ut post se nihil alijs dicendum reliquerit. Esto igitur hoc firmum axioma, Non aliud habendum esse Dei verbum, cui detur in Ecclesia locus, quam quod lege praemittitur & Prophetis; deinde scriptis Apostolicis continetur: nec aliud esse rite docendi in Ecclesia modum nisi ex eius verbis praeter pro & norma.] Haec omnia Calvinus. Sed nefarius impostor simplicem lectorem turpissime fallit, dum ex antecedente propositione multis verbis amplificata, conclusionem facit nullo

Dominic. II. Quadragesima. 109

nullo modo coherentem. Sic enim collegit. Christus audiendus: ergo praeter Christum nemo audiendus. Quae collectio si bona est, erit etiam & ista Ecclesia audienda. Si enim Ecclesiam non audierit, sit tibi si ut ethnicus & publicanus, dixit Christus ipse. Ergo auctore Christo, nec ipse nec pater eius, nec Spiritus Sanctus audiendus erit, sed sola Ecclesia. Quod si vero sic colligeret Calvinus: Christus audiendus, ergo contra Christum nemo audiendus, optima esset collectio. Rursum si sic: Christus audiendus, ergo nemo alius nisi qui cum Christo conveniat, aut ab eodem missus est, & loquendi auctoritatem accepit, optima rursum esset collectio. Hoc enim modo nec Spiritus Sanctus excluditur, qui haud dubie distincta persona a Filio Dei est, & tamen ipso Christo essente, multum deus erat Apostolos, quae Christus ipse non docuit: quia non poterant portare modo: nec Ecclesia excluderetur quam misit Christus ad loquendum, praedicandum, docendum omnes gentes. Monetur ergo hoc loco diligenter populum fidelis contra imposturas Calvini & aliorum, ipsam Filium Dei audiri, quoties vel Spiritus S. aliquid Ecclesiam docet, quod Christus non docuit (vt Christus forte praedixit, ille docebit nos omnia, vt Apostoli ipsi discreti latenter in primo suo decreto, Visum est Spiritui S. & nobis) vel Ecclesiae pastores & magistri a Christo missi aliquid docent. Quod adeo verum est, vt Christus ipse dilectissimum dixerit (hanc nefariam & pestilentem haereticorum imposturam praevidens, & praevocare volens) Qui vos audit, me audit. Ecce ipso Filio Dei attestante, Qui Apostolos audit, qui eorum legitimos successores audit (nunquid enim * solos Apostolos in mundum Christus misit?) ille Filium Dei audit. Nempe in Filio Dei erant omnes thesauri sapientiae & scientiae: sed totidem thesaurus Filius Dei Ecclesiae aperuit & communicavit. Vos, inquit, amici mei estis, quia omnia quae vobis audivi a Patre meo, annunciaui vobis. Et Ioannes vnum ex illis idem affirmat. Unigenitus de sinu Patris ipse narravit nobis. Hac de causa Paulus vocat Ecclesiam coentem & firmamentum veritatis: quia videlicet omnis veritas reuelata eius auctoritate nititur, quam a filio Dei

Matth. 18.

Ioan. 16.

Matth. 28.

Ioan. 14.
 Actor. 15.

Luca 10.
 * Cyprianus
 li. 4. epi. 9.
 & S. Basiliius
 C. 11.
 Monast. c.
 28. haec
 Christiverba
 ad nos
 Ecclesiae
 praepositos
 pertinere
 docent.

Ioan. 17.



Dei ipsa accepit in verbis modò citatis; & rursum quantum
zeter. *Euntes docete omnes gentes seruire omnia quæcumque
mandavi vobis.* Quæ Christi verba nullam esse. i. e. i. e. i. e.
nem ad ea sola quæ Christus via voce docuerat (ut voluit
hæretici) in alia Dominica ostendimus . Sed ad illa verba
Lucæ. *Qui vos audit me audit,* cauillatur hæretici, hoc ni
hil aliud esse, quàm qui vestrum verbû audit, meum audi, quia
nihil nisi meû verbum loquimini . At verò Christus
eo in loco non præscribit Apostolis quid loquatur, nec
restringit eos ad sui solius verba, sed Apostolorum in dis
cendo auctoritatem demonstrat: quod & ex adiunctis ver
bis manifestum fit: *Qui vos spernit, me spernit.* Vult nempe
docere quanta fides Apostolorû & Ecclesiæ in perpetuum
prædicationi adhibenda sit, sanè tanta quanta ipsius est. Illa
enim alibi, dixit. *Si sermonem meum seruaerunt, & ve
rum seruaerunt.* Rursum sic illis astantibus patrem alloque
tur. *Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est.* Simi
tu me misisti in mundum, ita ego misi eos in mundum.
Nempe Deus Pater dixit, *Audite Filium.* Deus filius dix
it, *Audite Ecclesiam meam.* Deus Pater misit filium in
mundum. Deus filius misit Apostolos suos, misit alios in
perpetuum verbi prædicatores in mundum. Eadem & pot
est Ecclesiæ & Christi auctoritas, quia eandem Christus ei
communicauit, & quia profectò eadè semper per oēs nec
tes necessaria fuit, *no circumferantur vni vno deo.*
Propter hoc enim dedit Christus, *Apostolos, Prophetas, Do
ctores, doctores, ad consummationem sanctorum, in opus mi
sterij, nec ad tempus tantum, sed donec occurratur omnino in
agnitionem Filij Dei, id est, usque ad finem seculi abique vlla
intermissione, sicuti ipse met alibi discretissimè promissit. Ec
ce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consumma
tionem seculi.* Est ergo Caluini collectio sceleratissima &
impietatis plena, qua propter Christum audientium, eorum
excludit Ecclesiam, adeoque ipsam Spiritum Sanctum
si quid fortè doceat quod Christus via voce non docue
rat, posteaque in scriptum Apostoli retulerunt . Sed nec
Christus aliquid vnquam scribi ab Apostolis iussit, nec
ad ista ea quæ scriberent vnquam suos obligauit, nec ipsi
Apostoli se omnia scripsisse fateantur, sed contra Paulus,
qui

qui vnus plurima scripsit, iubet tamen teneri *traditiones
quas acceperant, siue per epistolam scriptas, siue per sermo
nem, viua voce traditas, & non scriptas.* In Christo igitur
audiendo non excluduntur omnes homines, ut vult Calui
nus, sed illi tantum homines, quos ille non misit: quales
sunt omnes hæretici, qui à nemine missi, à nemine ordi
nati, à nemine vocati, se ipsos intrudunt . Videat qui volet
plura ad hanc rem pertinentia in alio quodam opusculo
nostro . Certè cauillatio illa prædicta contra manifestissi
ma est Christi verba, *Qui vos audit, me audit,* quàm sit va
na, & impia ex altera ei non appareret . Pone regem ali
quem, qui prætorum constituens ei dicat: *Qui tuam senten
tiam audit, meam audit:* & qui tuam spernit, meam sper
nit . Si hoc rebellis aliquis, aut pertinax litigator audiat
contra se prætoris sententiam ferri, quæ tamen non sit ip
sa lex scripta regalis, sed legis ipsius expositio prætoris, aut
etiam fortè lex aliqua regalis non scripta, sed iuxta pote
statem ei datam ex æquo, & bono prolata, quæ in li
gatoris, aut rebellis hic esset bona exceptio dicentis . Ita
aut prætoris, vel sententia me obligare non potest, sed re
gis tantum imperium, & viua vox, quia ipsum tantum au
dare teneor . Quod enim tibi rex dixit: *Qui tuam senten
tiam audit, meam audit,* idè dixit, quia tu non debes ni
si verba regis, & leges regias loqui . Quæ uis rex ipse
suis proprijs verbis me condemnet, adhuc mea causa bo
na est . Certè ut nemo est hodie opinor hæreticus ali
cuius cerebrum, & modestia, qui non apertè uideat ingenue
que agnoscat hanc cauillationem triuolam esse, & me
tam improbi hominis euasione, ut prætoris authorita
tem declinet, ut impudè delinquat, ut causam quantum
vis pessimam ueri ualeat: eodem planè modo hæreti
ci non aliam ob causam solum Christum audientium ve
gent, & sola Christi uerba per Ecclesiam pronuntiata
obligare uolunt, quàm, ut omnem Ecclesiæ authorita
tatem, siue in exponenda Scriptura, siue in Apostolica
traditione asserenda, siue denique in legibus ferendis, &
conseruanda disciplina conseruanda, penitus abrogent: arque
ita doceant illi quicquid libeat, Scripturas sanctas pel
lentes exponant, siue ullis legibus ac disciplina inuant:

1. Thes. 2.

Princip. fi.
dei. lib. 8.
cap. 18. &
li. 11. c. 9.

Hoc



Hoc illi totum ex huius Euangelij uerbis, *Ipsam autem impie detortis, colligunt hodie: cuius perfidentis fraudis ac impostura, non importunè hoc loco moneri fidelis populus potest.*

DOMINICA TERTIA
Quadragesimæ.

Lucæ 11.

**I. In Beelzebub principe demoniorum
eicit demonia.**

De miraculis Sanctorum in Ecclesia Catholica.

Cent. 1. li. 2. cap. 4. pag. 436.



DOCVS ostendi hæreticorum hodie similem perfidiam, qui tot ætatum miracula ad reliquias, & per iuocationem Sanctorum in Catholica Ecclesia facta, demonum illusioni tribuunt. Aunt enim discedit Magdeburgenses, quod in Ecclesia Romana fuerunt multis his seculis edita miracula virtute diaboli etiam nomine Christi, ut Nationes morborum quæ accidunt in colentibus imaginibus & uouentibus sanctis. Hæc illi. Addunt alij ut Romanum Pontificem Antichristum esse probent, ista miracula ad Sanctorum monumenta, fuisse signa & prodigia mendacia, quæ operaturum Antichristum Apostolus prædixit. Ad hanc blasphemiam & horrendam calumniam recurrendam, primum illud notari potest, nihil aliud hic facere hæreticos quam quod Christus Ecclesie suæ hostes facturos prædixit. *Si Patrem familias Beelzebub uocauerint, quanto magis demones eius?* Quod enim in Christo uultu fuerunt iudæi, hoc in Ecclesia audent hæretici. Deinde ex luminantibus illis more Iudæorum respondendum, ut Christus his respondit. *Omne regnum in se diuisum desolabitur, & si Sathana Sathanam eicit, quomodo habet regnum eius?* Romana enim Ecclesia omnes hæreses etiam in hætu Antichristianissimi, quem ponunt hæretici, damnauit, eiecit, & prostrigauit: nec solum illas quas hæretici hodie pro ueritate Euangelica habent, ut Berengarij, Vvaldeus

sum,

sum. Albigenium, Almarici, Abailhardi, & aliorum, sed etiam alias quas ipsimet pro hæretica doctrina condempnant: ut Græcorum hæresim contra processionem Spiritus S. varia quoque Hussitarum, VVicleffi & ipsorum Albigenisium atque VValdensium dogmata, quæ illi ipsi reprobant, ac denique omnes veteres hæreses. Nam VValdenses magni Protestantium magistri, erant proflus eorum genus monachorum, sed quales sedes Apostolica approbare noluit, ut Abbas VVspergensis commemorat. Docuerunt etiam omnem carnalem commixtionem esse licitam, ut scribit Guido Carmelita in summa de hæresibus, & Ioan. de Turro cremata. Albigenes ubiquitatem Brentij tenuerunt quam & Caluiniani & ceteri Lutherani execrantur, teste Paulo Amylio in historia Gallica. Hussitæ & VVicleffistæ docuerunt heminem in mortali peccato existentem, vel regem, vel Episcopum, vel alicuius nominis magistratum esse posse, aliaq; multa ipsorum Protestantium iudicio nefanda. Si omnes has hæreses, quæ sunt opera diaboli, virtute diabolica Romana Ecclesia damnauit, Sathanas Sathanam eiecit. Quomodo ergo tot seculis stultissime ponit regnum Romani Antichristi, ut hæretici blasphemant? Tertio responde hæreticos hodie *Sanctorum miracula ideo non credere, quia Sanctorum fidem non tenent*: ut de Arianis scripsit Ambrosius. At alio Spiritu præditi Sancti Patres miracula ad Sanctorum monumenta & inuocationem facta, attestari fidei nostra docuerunt, *idcirco fieri ut fides nostra in unum Deum proficiat*: ut scribit sanctus Augustinus. Postremo si apud Sanctos Christi & uimine Christi, virtute tamen diaboli, miracula fierent, ut blasphemant hæretici, quid aliud sequeretur, quam ut uel diabolus sua virtute Christum & Sanctos honoraret, uel ad Christi nomen inuocatum diabolus uirtutem suam exerceret? Quorum altero nihil absurdius, altero nihil magis impudicè aut cogitari potuit. Nam iuxta prius diabolus seipsum destrueret, eorum cultum promouens, quibus nullum exuberi uellet, & iuxta posterius operauoni diabolice Christi nomen subseruiret.

In Chro
ad an. 1212
lib. 4. p. 2.
cap. 35. de
Eccle. li. 6.
In cõc. Cõ
stant. sess.
12. & seq.
Thom.
VVald. do
ctri. fid. ii.
1. cap. 34.
38. 42
3.
Epist. li. 10
Epist. 85.
De ciuita;
Dei, li. 22.
c. 9. & 10.
4.

a. Si



Matt. 12. 2. *Si Sathanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum ipsius?*

Exorcismi catholici defenduntur. **L**ocus exorcismos Catholicos, quibus demones & eorum poribus credentium etiam hodie eijciuntur, à Caluina, & blasphemia Caluiniana vindicandi. Quum enim hæc prima Christi responsio ad illam Pharisæorum blasphemiam, quod in principè demoniorum dæmonia eijciebat, locum habeat in illa demoniorum eiectione, quæ vera, & efficax est, & qua inuitus dæmon ab homine pellitur, non autem de ficticia illa eiectione, qua per collusionem quidam eijci se demones etiam aliorum dæmonum opera interdum patiuntur, aut fingunt potius, de qua disputat Sanctus Augustinus in lib. 83. qq. 9. 79. Caluinia ficticiam hanc, & illusoriam dæmonis eiectionem Catholice ecclesie tribuit, quando per exorcismos demones eijciunt, vel inter reliquos minores ordines, exorcistas constituit. [Exorcismi (inquit) in Papatu nihil aliud sunt, quam umbræ, & fictici] Satanæ contra seipsum confictus.] Et paulò post, explicans illa verba.] Filij vestri in quo eijciunt, ait.] Non dubito quin veteres exorcistas noverit, quorum tunc vulgans erat usus apud Iudæos, qui in uocato Dei nomine demones fugabant. Postea Papiæ sua conditio inferior esset, illos imitati sunt in creando exorcistatq; hoc modo simiarum simia fuerunt.] Hæc ille, ipsum ordinem exorcistarum in ecclesia irritans, & in exorcismi ceremonia, quæ baptizandis adhibetur, non veram dæmonis eiectionem, sed ficticiam fieri, & Satanæ contra seipsum confictum docens. Atq; planè sicut Christum Pharisæi, sic ille ecclesiam accusat, qd opera Satanæ Satanæ eijciat. Sed hæc in re veteres hæreticos sequitur, imò superat Caluinus. Pelagianos enim, qui in paruulis peccatorum originale negabant, & consequenter in potestate dæmonis illos esse agnosceri volebant, ex ipsa exorcismi ceremonia refutat Augustinus. Ceremoniam penitus improbare non audebant Pelagiani, audeat Caluinus. In illa tamen ceremonia ficticiam esse dæmonis eiectionem aiebant. Pelagiani, sicut hic Caluinus. Sic enim de illis scribit Augustinus

Caluin. v. terrib. hæreticis detestior.

[Ipsa Ecclesia sacramenta, quæ tã priscæ traditionis authoritate celebrantur, ut eijci quis in paruulis existimèt simul atone potius quàm veraciter fieri, nõ tamè audeat aperta improbatione reseruere, ipsa inquit Ecclesie sacramenta suis indicant paruulos à partu et recentissimos per gratiã Christi de diaboli seruitio liberari. Excepto. u. quod in peccatorum remissionem nõ fallaci, sed fideli mysterio baptizantur, et prius exorcizatur in eis & exuffatur potestas cõstaria, cui et uerbis eorum à quibus portantur sese renunciate respondent.] Hæc ille. Eadem ceremoniam contra illos & alibi vrget: [Circumstipatur, inquit, & diminutã auctoritate lectionum; & antiquus tradito & retento firmo Ecclesie ritu in baptizate paruulorum, ubi apertillimè demonstrantur infantes, & cum exorcizatur, & cõ eis per eos à quibus gestatur renunciate respondent à diaboli dominatione liberari.] Hæc ibi. Idem frequenter cõtra eosdẽ alibi vrget: [In Ecclesia toto orbe diffusa exorcizari infantes baptizandos ut ab eis princeps mundi eijciatur foras à quo necesse est, ut uas ite possideatur.] Eandem ceremoniam testatur Nazianzenus orat. in sanctum Laucarũ. Cyprian. lib. 4. epist. 7. Ambrosius, lib. 1. cap. 5. de Sacramentis. Optatus lib. quarto contra Parmenianum. Calestinus epist. 1. cap. 12. & Leo epist. 4. cap. 7. ubi dicit [secundum Apostolicam regulam hanc ceremoniam exerceri, non ad imitationem exorcismorum in Iudæis, ut nugatur Caluinus. Porro accepisse Ecclesiam potestatem à Deo coercendi & eijcendi demones per exorcismos testatur tota contra impium Caluinum antiquitas. Iustinus in dialogo cum Tryphone. Tertullianus in Apologetico ca. 32. in lib. de corona militis, & alibi sæpe. Cyprianus in libro ad Demetrianum. Lactantius lib. 2. cap. 16. & lib. 4. cap. 27. & lib. 5. capite 22. Denique Augustinus de Ciuitate Dei, libro 10. cap. vigesimo secundo; Sed & ordinariam quoddam officium exorcizandi demones in Ecclesia Catholica olim quidem fuisse multa Concilia testantur, Concilium Antiocheum can. 10. Carthag. 4. cano. 7. & Laodicenam can. 29. hodie autem usque superesse frequentia etiam nostri temporis exempla, eaque recentissima docuerunt. Sed suam singularem impietatem uel in hoc

De pec. orig. lib. 2. c. 40.

Epist. 105

De nup. & cõcup. li. 2. c. 18. & li. 1. c. 20.

Ecclesia potestatem accepit eijcendi demones.



Caluit: ma-
gis Iudæis
fauer, quã
omnib. ha-
cien^o Chri-
stianis.

116 *Promptuarium Catholicum*

hoc maxime patefecit Calvinus, quod Iudeorum erro-
res, tamen ex legis præscripto eos non haberent. ag-
scit tamen eo quod Deus ut in fœderis sui fide putos
tu illum populum retineret, suam inter eos presentiam
suis miraculis subinde testaretur, in Christiana autem
Catholica Ecclesia, ut in noui fœderis fide puroque Do-
cultu nouus populus retineretur, nullos exorcistas, nulla
miracula nisi ficticia vult agnoscere. Ita Iudæis magis fa-
uet Calvinus quam omnibus hæcenus aut Lutherum
tum populis Christianis.

3. *Extollens vocem quædam mulier de turba dixit: Beatus uenter qui te portauit, & ubi quæ suxisti.*

Hæc huius Euangelij verba a corruptela Caluiniana & Bezana diligenter asserta & explicata, uide in parte Quadragesimali, in ser. 3. post Dominicam Passionis.

4. *Beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud.*

Locus contra hæreticos de necessaria obseruatione uerbi Dei & mandatorum eius ad ueram beatitudinem consequendam; quem uide tractatum in Prompt. Motus in hac Dominica, textu 7.

DOMINICA QVARTA
Quadragesimæ.

Ioan. 6. *Accipit Iesus panes, & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus.*

Incredulitas hæret.



Locus arguendi & acriter taxandi hæreticorum hodie incredulitatem impiam, & impietatem incredulam. Hic. n. multiplicationi panis instanti factæ per Christum credunt. Et autem accipiunt, hoc est corpus meum, non credunt. Obseruet ergo hoc loca

Dominic. IV. Quadragesimæ. 117

Ioan. fidelis & prudens uerbi dispensator, tum causam, tum modum huius miraculi, ut ex ijs Catholicorum fidem adiuuet, hæreticorum perfidiam conuincat. Causa huius miraculi erat, ut Iudæi doctrinam de carne Christi manducanda crederent. Ideo enim post hanc panum multiplicationem sequenti die de carne sua manducanda & sanguine bibendo coram turbis Iudeorum disseruit, ut notauit in hunc locum S. Chrysost. Ideo D. Ioan. Apostolus hoc miraculum de multiplicatione panum a Mattheo & Luca antea commemoratum præter morem suo Euangelio inseruit. Sole enim ab aliis commemorata (aliorum enim Euangelia ipse uiderat) studio prætereire, & ab illis prætermittenda, paucissimis excepit, ut hoc uno miraculo, & historia passionis Dominicæ. Sed hoc miraculum ideo recitat, quia Ilagoge & introductio erat ad illam doctrinam Christi postmodum datam: *Panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi uita.* Nempe ut crederent Iudæi quod panem in carnem suam conuertente, atque in ea specie manducandam dare possit, pridie huius doctrinæ ex paucis panibus 5000. hominum pascit. Neque enim minus hoc miraculum est, non minus humani sensus iudicium excedit & naturæ uires superat ex uno pane mille in instanti producere, siue vlla alterationum successione, quod Christus hæc fecit, siue per simplicem multiplicationem nulla addita quantitate, siue per conuersionem alicuius materię extrinsecæ aliunde assumptæ, quam panem in corpus suum conuertente. Rursum hanc ob causam Euangelista temporis circumstantiam in hoc miraculo singulariter notauit: *erat, inquit, proximum Pascha dies festus Iudeorum.* In quo fidelicet proximo & postremo Iudæico paschate, antiqua obseruantia non tolleretur Sacramento, hostia in hostium transfret, sanguinem sanguis excluderet, & legalis festiuitas dum mutatur impletur, ut eleganter ait Leo Magnus. Causa igitur & operatio huius miraculi erat fides doctrinæ Eucharistiæ. Modus quoque hos panes multiplicandi & ceremoniæ adhibite planè eadem sunt cum illis, qui postea in ultima Cæna usus est. Nam non solum accipit in manus & gratias egit (ut hic breuitatis studio cõtractus scripsit S. Ioannes) sed aspiciens in cœlum benedixit

Confirmatio doctrinæ de Eucharistia.

Hom. 45. in Ioan. Causa miraculi.

Ioan. 6.

Ioan. 6.

Serm. 7. de Passione Domini. Modus miraculi. Matth. 14.

(ait)



[ait Matth.] illis (addit Lucas) videlicet panibus ac
[ait Aug.] *Et dedit discipulis suis, discipuli autem*
Nempe eadem ceremonijs utrobique vitur, ut docerent
utrobique se miraculam facere, & aliquid supra naturam
res operari. Benedictionem adhibet sicut in Coena, utique
operatoriam: Dei enim benedicere ad creaturas relictas
semper est aliquid operatorium circa illas: [Deus sua boni-
tate semina benedixit, vel benedicendo constituit, ait Aug.]
Maior vis benedictionis quam naturae (ait Ambr.) quia be-
nedictione ipsa natura mutatur.] Accipit in manus, qui-
tias agit, frangit, dat discipulis. Totus agendi modus reli-
giosus. Cur igitur haeretici de hac multiplicatione panum nulla
questionem mouent, de corpore Christi in coena tu accu-
be litigant? Cur vnium credentes alterum non credunt? In
dei quidem miraculum hoc crediderunt, quia uiderunt
& comederunt de panibus: haeretici uero mysterium coena
credere nolunt, quia non uident aliud quam panem? Saui-
impus Caluinus hoc ipsum satis aperte insinauit. Respon-
deus n. argumento de conuersione uirgæ Moysis in serpen-
tem, ait: [Sed quid simile aut uicinum reperitur in ter-
stre miraculum, & fictitiam illorum illusionem.] (Tran-
substantiationem dicit) [cuius nullus in terra oculis uo-
stis est?] Hac ille. Ergo oculos Caluine, non fidem aduersus
ad sacramenta religionis? At Christus nos docuit. *Beati patris*
non uiderunt & crediderunt. Haereticorum igitur impia
incredulitas & incredula impietas amplificari hoc loco, &
aceriter taxari mereatur, ut ad eos id dicamus quod ad Ma-
checos dixit S. August. [Qui in Euangelio quod uultis cre-
ditis, quod non uultis hoc non creditis, non Euangelio,
sed uobis ipsis creditis.] Sic enim illi faciunt. Vide plura
in Dom. 6. post Pentec. Vide etiam in Promptuario Marti-
li, ad hanc ipsam Domin. tex. 3. de benedictione & conse-
cratione mensæ ex hoc Christi facti deducta, idque cum
signo crucis impressio, a qua formula abhorrent haeretici
non secus quam Satanas ipse.

De pec. o-
rig. ca. 40.
De ijs, qui
init. myst.
ea. 9.

Inst. li. 4. c.
17. li. 15.

Ioan. 20.

Cont. Fau.
lib. 16. c. 3.

1. *Quia ex Deo est, uerba Dei audit. Propterea
nos non auditis, quia ex Deo non estis.*

Ioan. 8.

LOCUS obseruandi idem haereticos Eccle-
siam non audire, quia ex Deo non sunt. I-
dem enim est de doctrina Ecclesiae hac in
parte iudicium, quod de doctrina Christi,
ut patet ex uerbis S. Ioannis alio in loco:
*Qui nouit Deum audit nos: qui non est ex Deo, non audit
nos. In hoc cognoscimus Spiritum ueritatis, & spiritum er-
roris.* Insignis locus est, duo docet. Primum doctrinam
Apostolorum, & successorum esse doctrinam Dei, uocem
et orthodorum, & orthodoxum ab haeretico discerni, quod ille Ecclesiae
praepositos audit, iste non audit.

Haeretici
cur Eccle-
siam non
audiunt.

1. Ioan. 4.

2. *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es
tu, & demonium habes?*

LOCUS notandi eandem haeeticorum maleuolen-
tiam contra Ecclesiam, quae fuit Iudaeorum contra Chri-
stum. Non solum maledicunt, sed & recte se facere maledi-
cendo iactitant. Aiunt enim. Nonne bene dicimus nos
quia Papa uester Antichristus est, & uos membra eius?
Et tamen certissime sciunt, unum certum hominem An-
tichristum esse, non longam personarum successionem:
Item Papam credere in Iesum Christum, totum symbolo-
num, totas Scripturas, omnia sacramenta tenere, quae om-
nia negabit, & profligabit Antichristus. Iudaei certo scie-
bant Christum Samaritanum non esse, sed Galilaeum. Et
tamen aiunt. *Nonne bene dicimus, &c.*

Maledic-
tia haereti-
corum.

3. *Si quis sermonem meum seruauerit, mortem
non uidebit in aeternum.*

LOCUS appositus obseruandi contra haereticos, vi-
tam aeternam obseruationi mandatorum repro-
mitti, & tribui non secus quam alijs in locis fidei
tribuitur. Unde notabit prudens concionator, sicuti in
Domin. Cathol. L hoc

Bonorum
operum mer-
ces.



hoc loco non excluditur fides, quasi observatio mandatorum sine illa saluare posset, ut quidam olim pagani exi-
mauerunt, de quibus uide Augustinum, sic in illis locis
fidei salus iustificatio, uita aeterna tribuitur, non ex
bona opera. Vide de hac re plura in Dominica 12.
Pentecosten.

In gratias.
Psal. 31.

Hæretico-
rum sico-
phantia.

Ioan. 4.

Contra.
Fauft, lib.
30. cap. 5,
& 6.

4. *Dixerunt ergo: Nunc cognouimus quia dominum habes.*

Locus explicandi hæreticorum hodie maleuolentiam
in sensu doctrinae Ecclesiasticae peruersè tradendam
qualem hic Iudæi in sensu uerborum Christi exercuerunt.
Quum enim eadem fere uerba Samaritanæ mulieri, de
cili, & simplici dixisset Iesus. *Qui biberit ex aqua, quam
ego habeo, non sitiet in æternum*, nec calumniatur, nec in-
uidet, etiam si non intelligeret quid diceretur, sed simplici-
ter respondet. *Domine da mihi hanc aquam, ut non
sitiet, neque uentrem hunc haurire*. Tanto plus ualeret
simplicitas, quam proterua calliditas. Similiter heretici
die quia Ecclesia præcipit, & præscribit ieiunia, & ad sacra
ordines non admittit nisi cælibes, clamant impij. Non
scimus, quòd demoniacas doctrinas traditis prohibemus
nubere, & abstinere à cibis, quos Deus creauit, &c. Atque
ante annos 1200, huic raseidæ calumniæ respondente Au-
gustino: [Ecclesiam edomandi corporis causa hoc facere
non quia immunda illa esse credunt à quibus abstinent;
Item, illum prohibere nuptias, qui hoc malum esse dicunt,
non illum qui hoc bono aliud melius anteponit,] his ipse
Iudæorum cauillationibus contra Christum. Vide plura
in Prompt. Moral. in hac Domin. text. 6.

5. *Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est.*

Hæretici
hodie scrip-
tos glorifi-
cant.

Locus accommodatus acriter perstruendi hæretico-
rum hodie improbam audaciam, & impietatem pres-
umptuosam, qua sine legitima, & ordinaria uocatione ad
ministerium uerbi, & Sacramentorum sese intruderunt. Et
ita-

simodi enim seiplos glorificauerunt homines superbissi-
mi, quod Christus ipse facere noluit. Christus ut homo à
seipso auctoritatem non accepit, sed à Deo missus est cum
testimonijs maximè illustribus: Ioanne Baptistâ, uoce de
caelo in baptismo, operib. admirandis quæ fecit in nomi-
ne Patris sui. Vnde Apostolus: *Christus non semetipsum cla-
rificauit, ut Pontifex fieret, sed qui laetus est ad eum Filius
meus et tu*. Et in hoc Euangelio paulo superius: *Ego si testi-
monium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est uer-
um*. Nempe si ego solus. Alioqui (quod hæreticorum su-
perbiam magis aggravat) Christus poterat uerè, & legiti-
mè se ipsum glorificare si uoluisset. Vnde paulo auto di-
xerat: *Ego si testimonium perhibeo de me ipso, testimonium
meum uerum est*. Et causam subiungit, quia scio unde ueni,
& quo uado. Nempe quia à Patre procedit, Patri per om-
nia æqualis. Tamen hoc non facit propter tria. 1. Propter
exemplum quod futuræ Ecclesiæ relicurus erat. 2. Propter
scandala quod Iudæi inde accipere poterant. 3. Quia opus
non erat, ut predictum est. Sic Paulus, etsi de caelo à Christo
uocatus, & ut ipsemet scribit, neq; ab homine, neq; per homi-
nem, sed per Christum, tamen ne seipsum uideretur glorifi-
care, ab Ecclesia ordinationem accepit per impositionem
manuum presbyterij. Vide hac de re plura infra in alia
Dominica: & in opusculo nostro de principijs fidei do-
ctrinalibus: Item in festo S. Andree, & S. Marci: & in Es-
tia 3. Pentecostes.

6. *Dixerunt Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, et Abraham uidisti?*

Locus alius, & oportunus cauillationes hæreticorum,
contra Ecclesiam plane consimiles Iudæicis, contra
Christum obseruandi & explicandi. Non dixerat Christus
quod ipse Abraham uiderat, sed quod Abraham illum. Hoc
ille fide potuit, quatenus uenturum uidebat, etsi Christus
illum ne quidem ut Deus uideret. Deinde non dicit Chri-
stus quod Abraham illum uidit, sed quod diem eius uidit:
id est, facta eius gloriosa in spiritu uidit. Bis ergo cauilla-
tur, ut locum calumniæ facerent. Sic hodie hæretici con-
tra no-

Heb. 9.

Ioan. 2.

Ioan. 8.

1.

1.

3.

Actor. 25

Galat. 1.

Actor. 13.

Do. 7. post

Peur. ;

Lib. 5. ca.

16.

Camillatio-
nes Iudæi-
cæ, & hæ-
reticorum
hodie con-
fines.



1. tra notissimam Ecclesie doctrinam. Dicunt Catholici. Non erat præceptum de Dei verbo scribendo. Peruertunt illi. Contra voluntatem Dei esse dicitur, quod Apostoli aliquid scripserint. Dicunt Catholici traditiones apostolicas extra, & præter scripturas, etiam pari cum fide, ac autoritate recipiendas esse: Peruertunt illi. Dicitis traditiones humanas, & pontificias contra, & supra scripturas esse admittendas: Dicunt Catholici hominem iustificari fide, & operibus, siue per fidem, quæ per dilectionem operatur, ut Apostolus loquitur. Peruertunt & cauillantur illi. Dicitis hominem iustificari per propria qualitates, tanquam per causam efficientem iustitiæ, non per Christum, qui est iustificatio nostra, idest, causa efficiens illius. Sed quod de causa formali dictum est, ad efficientem trahimus. Sanato aliquo ægro partim potione accepta, partim aliquo corporis proprii exercitio, qui diceret ægrum iam sanum ex bona corporis habitudine sanum esse, in qua iam est, non negat ex illis precedentibus causis effectiue sanatum fuisse. Aliud enim sanitas, aliud sanatio. Aliud iustitia, aliud iustificatio. Vide multo plura harum cauillationum exempla, quibus doctrinam Catholicam maleuolè peruertunt, ut hic Christi verba; in oratione quadam nostrâ. Quodlibetica, cui titulus est, *Vtrum hæreticorum iudicio maior sit nequitia, quàm astutia*. Et apud Gal. Lindanum in concordia discordi pag. 197.
2. *In postiori edit. Princip. fidei doctr. pag. 595.*

7. *Ego non quero gloriam meam: est qui querit, & iudicet.*

LOCVS contra hæreticos de honorandis Sacerdotibus, & de pœna eorum, qui eos inhonorant, quem vide tractatum in Promptuario Moralium in hac Dominica text. 4.

DOMI-

DOMINICA PALMARVM
ante benedictionem earum.

1. *Et posuerunt uestimenta sua in uia, & præcidunt ramos de arboribus, & strauerunt in uia, & cæc.*

Math. 21.



LOCVS ostendendi contra hæreticos, externas ceremonias Ecclesie, ornamenta altarium, & templorum, propter præsentiam uenerabilis Eucharistie, & propter Dei cultum ac sacrificium, rem esse Deo gratam, & laudabilem sicut Christo grata fuit & acceptabilis hæc Apostolorum, & totius populi

Externe ceremonie Deo gratæ.

erga eum deuotio externa, & reuerentia exhibita. Placens Christo obsequia externa. Magdalene deuotione laudanti & hospite suum Simonem Phariseum de non exhibito honore admonuit. *Aquam pedibus meis non dedisti. Osculum non dedisti mihi. Caput meum oleo non unxisti. Hac autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos*. Rursus in domo Simonis leprosi defendit mulierem, quæ unguentum preciosum effuderat super caput eius, dicens. *Quid molesti estis huic mulieris bonum opus operata est in me. Vbiunque predicatum, &c.* Laudat Apostolus, quod debitum ei honoris præbeant. *Vos uocatis me magistrum & Domine, & bene dicitis, sum etenim*. Grata fuit Deo Davidis uoluntas quod eum pudebat in domo cedrina habitare, & arcam Domini sub pellibus esse. Nec eum pudebat salutare ante arcam Domini disceopertum, etsi propter hoc Michol eum in corde suo despexit, ut typus hæreticorum, qui piorum deuotiones irridunt, ideoque steriles sunt tam bonorum operum, quam etiam propagationis diuturnæ. Iuliani Apostatae questor ad uasa templi Antiocheni diripienda missus, [ecce, inquit, quam sumptuosus uasis filio Mariæ ministratus] Si uisum hodie spiritum hæretici habent. Vide plura in festo Sancti Matthei Apostoli.

Luc. 7.

Luc. 7.

Math. 16.

Ioan. 13.

2. Reg. 7.

2. Reg. 6.

Michol ty-

pus hereticorum,

Theod. 11.

3. cap. 11.

hist. eccles.



124 *Promptuarium Catholicum*

2. *Turba clamabant, O sanna filio David, O sanna in altissimis. Et paulo post. Pueri clamant in templo, O sanna.*

Preces nō intellectæ placent Deo.

De hap. cō
sta Donat.
li. 6. c. 25.

Ho. 20. in
Iosue.

LOCVS ostendendi contra hæreticos, quod preces Dei, & preces etiam non intellectæ placent Deo. Nec turba hæc popularis, nec pueri intelligebant quæ dicebantur, Christus tamen puerorum factum laudat, & turbæ voces non redarguit. Tanto pretio dignus est libellus precibus in manu eius qui pretium ignorat, quâto in manu operarii meretoris. [Plerumque inquit Augustinus] preces vitæ superat dicentis affectus. Multi irruunt in preces non solum ab imperitiis loquacibus, sed etiam ab hæreticis compositas, & per ignorantiam simplicitatem, non eas valent discernere, unum eis, arbitrâtes quod bonæ sunt. Nec quod in eis peruersum est euacuat illa quæ tibi recta sunt.] Hæc ille. Quâto magis preces piæ produnt non intelligentibus. Sic Origenes. [Si vides aliquando legi scripturas in arabis, quas non intelligis, interim hanc primam scias te accepisse utilitatem, quod solo auditu velut præcantatione quædam noxiarum virtutum quæ te obsident, & quæ tibi imbandantur, uirtus depellitur.] Lutgardis uirgo quum nec Paulus ruminaret uerbum illud, *Deus in adiutorium meum intende*, uidebat demones multo cum horrore diffugere, & à suis suggerendis cessare. Surius Tom. 3. pag. 665.

DOMINICA RESURRECTIONIS
seu Pascha.

Emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum.

Matæi 16.
De culcitra
& ueneratione externa Sanctorum, aut Reliquiarum.

LOCVS non incommodus admonendi populum fidelem, contra prophanas hæreticorum irrisiones, & subsannationes, quibus deo-tionem populi Catholici maximè mulserit, circa cultum & deuotionem, & pia alia obsequia

125 *Dominic Pascha.*

semper in honorem Sanctorum Christi Martyrum & Confessorum exhiberi solita excipiunt. Si quis enim Catholicus sancti alicuius martyris, aut personæ religiosæ, quæ cum magna sanctitatis opinione decesserit è uita, vel reuerter defuncti corpus, vel ab Ecclesia in numerum sanctorum relati, reliquias aliquas, aut floribus ornant, aut luminibus accensis, aut suffitu fumigant, aut pretioso aliquo ornamento uestierit, totum hoc irident, & subsannant hæretici, & ad Paganorum, vel Iudeorum superstitiones pertinetere clamitant. At in hoc Euangelio tres istæ mulieres Christi defuncti corpus (quem ut Prophetam & sanctum uirum colebant, nec adhuc uerum esse Messiam, atque resurrecturum credebant) emperitis aromaticis ungerere parant. Huius rei mandatum à Deo non habebant. In factu quoque ipso errabant, & errorem ipsum Angeli illis exponere uidentur, dicentes, *Quid queritis uiuentem cum mortuis?* Et tamen adeo hoc deuotionis & uoluntarij cultus factum Deo placuit, ut Angelorum uisione ac consolatione dignæ fuerint, ut Christus ipse eis redeuntibus domum, in uia apparuerit, ac denique ut (quod Magdalene soli negatum fuerat) tres pariter cum essent, eum tangere, & osculari pedes permilla fuerint. Sic enim Matheus scribit. *Et exierunt citò de monumento cum timore, & gaudio magno currentes nunciare discipulis eius. Et ecce Iesus occurrit illis dicens, Aurore. Ille autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Sed & Christus hoc illas honore dignatus est, ut primas resurrectionis suæ nuncias, & testes, quasi quæ Apostolorum ipsorum hæc in te magistra constituerit; *Ita*, inquit, *annunciate fratribus meis.* Docet nos hoc exemplum, deuota fidelium obsequia circa corpora mortua sanctorum, aut aliquas corporum reliquias, aliæ uel monumenta, pia intentione facta, Deo plane placere, & pergrata esse. Sic rem Ecclesia Catholica semper intellexit, & similes suorum pietatum, Deo etiam signis opprobrio collaudauit. Laudatur, & celebratur in historia Ecclesiastica Eusebij Africanus ut nobilis, quod Sancti Martini martyris defuncti corpus *fastuosius splendida ac pretiosa obtexit, uiride, hamis impostum in loco supplicij deportauit, ac demum magnifico ac sumptuoso**

ab uno dī
non p. 2.
c. 108
i. 101
i. 101
i. 101

Lucæ 20.
1
2
3

Matth. 28.

4

Li. 7. c. 14.

L 4 so lin.



In ora. de
S. Theo-
doro.

De civit.
Dei, li. 22.
ca. 8.

126 *Promptuarium Catholicum*

so linteo involutum decenti sepulchro condidit. Narrat prolixè Gregorius Nyss. quanto & quàm magnifico honore S. Theodori martyris corpus fideles eius temporis (hoc est ante annos 1200.) prolecuti fuerint. D. Aug. memora- tum fuisse, ipsosq; flores ex altari sublatis medelam misisse his verbis commemorat: *Vir primarius nomine Mar- tialis aus iam graui, à religione Christiana abhorrens, feli- ciam fidem, & generum baptizatum habuit. Qui cum agrotantem multis, & magnis precibus, & lachrymis roga- rent, ut Christianus fieret, prorsus obmut. Visum est genero alius ire ad memoriã S. Stephani, & illic pro eo quantum possit orare, &c. fecit hoc ingenti fetu & gemitu, & sinceritate ar- dente pietatis affectu. Deinde abscedens aliquid de altari flo- rum quod occurrit, tulit: cuius quã iam nox esset, ad caput pos- suit. Tunc dormitum est; & ecce ante diluculum clamat, ut ad Episcopũ curreretur. Veniunt eo absente presbyteri. Credit se se proficetur, baptizatur. Non multo post in illis S. Step- hani verbis, Christo accipe spiritum meum, cum hac ultima S. Stephani verba esse nescires, defunctus est. Hec D. Aug. Hec tã repentina conversio, ut suorum pietati, ac precibus (quo- bus Deus sceleratur) tribuenda potius est, quàm floribus ex altari S. Stephani sublatis, capitiq; agrotantis appo- sitis: sic manifestè ostendit hoc genus pietatis, quo illi cum Christiani reliquias S. Stephani prosequabantur, floresq; & altari imponere solerent, & inde sublatis capiti agro- tantis supponerent, non fuisse Deo ingrati, & vanam ali- quam atque odiosam superstitionem (sicuti heretici de toto hoc genere deuotionis iudicant) sed Deo egregie plu- cuisse, ut uere religionis actionem piam atque laudabilem. Alioqui actum superstitiosum, tam insigni miraculo Deus nunquam cohonestasset. Narrat eodem in loco D. August. aliam quandam feminam eadem, quum ad Episcopum reli- quias S. Stephani portantem, ut aueretur rogasset, flores- que quos secum tulerat dedisset, recepisset, oculis que adter- misset protinus uidisse. Si martyrum reliquias floribus ornare superstitiosum esset, nec illud factum tanta sanitas fla- tum consequuta fuisset, nec huius sanitatis miraculum tantus doctor tam diligenter commemorasset. Vide plura huius*

Dominic. Pascha.

127

huius generis in alia Dominica. Hæc enim & alia innume- ra antiquitatis testimonia, hodiernam Catholicorum pieta- tem circa Sanctorum corpora, & reliquias uario cultu, ac ueneratione prosequendas, contra omnes hereticorum ca- chinnos, & conuitia solide defendunt, firmeq; corroborat. Nihil enim planè aliud Catholici in toto illo cultus gene- re, circa Dei amicos faciunt, quàm quod tres istæ mulieres circa Christi corpus mortuum, quem pro magno prophe- ta, & viro sancto habuerunt, facere conabantur, & conan- tes magnum pietatis testimonium, ac præmium locuple- tissimum reportarunt. Huiusmodi sanè, ut etiam in sacra Euangelij historia, ad perpetuam rei memoriam omnes quatuor Euangelistæ illud commemorare uoluerint.

DOMINICA IN ALBIS.

1. Cùm serò esset, & fores essent clausæ, uenit Iesus.



OCVS ostendendi Christi corpus, diuinita- ti coniunctum non teneri naturæ legibus, sed aque posse pluribus in locis simul esse, atque alterum corpus penetrare. Locus etiam Calu- ni impudentiam retundendi, qui non clausis, sed patefa- ctis per se iannis (contra apertam scripturam) Christi cor- pus ingressum ait, miraculum miraculo substituens. Et re- bus potius insensatis, quam Christi carni uim diuinam ac supernaturalem tribuens. Sed Caluino oppono Patres. Chryostomus ait. [Admirandum est, quòd phantasma esse non sunt suspicati; clausis enim foribus, & repente est ingressus.] Augustinus dicit. [Moli corporis ubi di- uinitas erat, ostia clausa non obstiterunt. Ille quippe eis non apertis intrare potuit, quo nascente uirginitas ma- tris inuiolata permansit.] Sic & Cyrillus. [Clausis fori- bus repente Dominus omnipotentia sua natura rerum superata ad discipulos ingressus est.] Idem habet Greg. Homil. 20. in Euangelia. Caluinus eadem impudentiam ait Christum super aquas solidatas per modum pavimenti ambulasse, & in Christo resurrect. lapidem sepulchri loco cassisse, & mox ad eundem sponte redijisse. At uero tũ hic,

Dom. 23.
post Pent.

Ioan. 21.

Caluinus
resutat.
Instit. li. 4.
ca. 17. nu.
29.

Hom. 89.
in Ioan.
Tract. 121.
in Ioan.

Lib. 12. c.
53. in Ioã.

Vbi supra.



Lucæ 4. tum alibi, ubi *Iesus transiens per medium Iudaorum ibat*, et ei circumstantijs bene perpenſis, apparuit Chriſti corpus ſua pro naturalium corporum vires vel inuiſibiliter tranſiſſe, vel ipſam multitudinem penetrallè, quæ cum præcipitante ra denſo agmine circundabat.

2. Sicut miſit me Pater, & ego mitto uos. Accipite Spiritum Sanctum.

Eccleſiæ potestas i remittendis peccatis.
Hebr. 9.

LOCVS ostendendi contra hæreticos potestatem Eccleſiæ in remittendis peccatis. Duo præmittit fundamenta Chriſtus. 1. Miſſionem qua datur potestas, vt ex officio & legitime, & abſq; vſurpatione hoc faciãt. Nam & Chriſtus ipſe non ſemetiſum clarificauit vt Pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum. *Filius meus eſt tu.* 2. facultatem & virtutem, qua efficaciter faciãt, quod legitime faciũt. Neque Spiritum S. Nam heut in naturalibus non ſolum eſt inchoatio nature, per commune auxillium, ſed et cuiusque in propria forma, quæ eſt actionis principium. Et ſicut in naturalibus non ſolũ eſt potentia ad volendum, ſed et habet potentiam ineluctam, ſic in Eccleſiæ præpoſitis non ſolũ eſt authoritas vt legitime, ſed etiam Spiritus ſancti gratia vt rectè, & debite, & efficaciter peccata remittant.

3. Quorum remiſeritis peccata, &c.

Iudicialis potestas re mittendi peccata.

Lib. 3. de Sacerdot.

In Ioan. li. 2. c. 56.
Lib. 1. c. 2.
de penit.

LOCVS explicandi contra hæreticos, uerã & realem eſſentiam iudicalem potestatem remittendi peccata Eccleſiæ datã, & non ſolũ nudum miniſterium annuncian-di, vt dicandi facta antea per Chriſtũ, aut per ſolã fidẽ remiſſionẽ ne peccatorũ. Verba Chriſti aperta ſunt, & illa vtgeri debent. Deinde Pater pro eſſenti poterunt. Chryſ. [Corporis lepra non purgare, ſed purgatum ostendete, & probare Iudeis in sacerdotibus datum eſt. At noſtris ſacerdotibus non corporis leprã, uerũ animæ ſordes, nõ dico purgatas oſt. dere, ſed purgare proſus eſſentium eſt.] Hæc illè, diſcerte cõtra hæreticos noſtros. Sic Cyrill. [Quomodo quod ſolus Dei eſt homines faciũt? Reſpõdet. Quia abſurdũ nõ eſt peccata ab illis remitti poſſe qui Spiritũ ſanctũ habent in ſemetipſis.] Sic Ambr. de penit. lib. 1. c. 2. [Ipſum munus Spũs S. nunc

Annẽ officium ſacerdotis. Ius autem Spiritus S. in ſoluẽdis ligandisq; peccatis eſt.] Sic & Aug. [Dedit Eccleſiæ ſux Spiritum S. ut quicunq; in eo peccato dimitteret, dimitteretur ei.] De iudiciali potestate. Hilarius, qui uocat illam, [immobile ſeuernitas Apoſtolicæ iudicium.] Et iterum de Petro. [Cuius terreſtre iudicium eſt præiudicata authoritas in celis.] Sic Aug. exponens illud Apoc. 20. [Vidi ſedes & ſedentes ſuper eas, & iudicium datũ eſt, ait iudicium datum nullũ melius accipiendum uidetur, quã qd dictũ eſt, quã ſi gaueris in terra, & c.] Sic & Greg. Magnus. [Superni iudicis principatũ ſortitur, ut uice Dei, quibusdã peccata retineant, quibusdam relaxent.] Præclare quoq; Chryſoſt. [A terra principalem iudicãdi authoritatem ſumit celum.] Index. n. ſedet in terra. Dominus ſequitur ſeruum, & quicquid hic in inferioribus iudicauit, hoc ille in ſuperis cõprobat.] Rurſum alibi [Pater oẽ iudicium dedit Filio: ſed hoc totũ uideo à Dei Filio ſacerdotibus traditum.] De conſeſſionis ſacramentalis neceſſitate, quæ ex hæc iudiciaria potestate conſequitur, uide multa contra hæreticos noſtri temporis diſputata in Prompt. Morali in hæc Domin. text. 4.

D O M I N I C A I I.
post Paſcha.

Erit unus paſtor, & unum ouile.



Oculus diſſerendi cõtra hæreticos de unitate Eccleſiæ, qui eã in varias ſectas diſtrahũt. Eſt autẽ Eccleſia una multis modis. Eſt unum uile ratione principij uitalis, quale cor eſt in homine, quã ab uno Spiritu animatur, ideòq; cõtraria doctere nõ pot. *Vñ corpus, & unum ſpiritus. Omnes in uno ſpiritu potati ſumus.* Eſt unum ratione ordinis omnium membrorum ad unũ caput Chriſtum. *Ipfam dedit caput ſuper omnem Eccleſiam.* Eſt enim Chriſtus caput omnium, & ratione ordinis, quia primogenitus eſt ex multis fratribus, quatenus omnes illi aſimilari debent, & ratione perfectionis, quia eſt plenus omni gratia, ſicut in capite naturali uigẽt omnes ſenſus, & denique

Serm. 11. de uerbis Dõ. Cã. 18. & 19. Marth. De ciuit. Dei, li. 20. cap. 9. Hom. 26. in Euang. Hom. 5. in Eſai.

Lib. 3. de Sacerdotio.

Ioan. 10.

De unitate Eccleſiæ.

Ephes. 4. 1. Cor. 12. Ephes. 1.

Rom. 8.

Ioan. 1.



Ioan. 19.

niq; ratione virtutis, seu efficacia, quia de plenitudine sua omnes accepimus. Et ille vitis est, nos palmites. Est vnū ouile, per

Rom. 12.

operationes mutuas, licet diuersas. *Multi vnum corpus sumus, aliter autem alterius membra.* Hæc unitas, pacem animi morū facit, & schisma tollit. Est vnū ouile, & vnus pastor, quia vnā personam mysticā utrumq; constituit, cuius personæ caput est Christus, & corpus est Ecclesia. Hoc sensu

Ephef. 1. & 5.

Apostol. de Ecclesia dixit. *Qua est corpus, & plenitudo eius. Hoc est sacramentum magnum.* Et arca coniunctio. Videbunt qui ab Ecclesia se separant. Est vnū ouile, ut totum quoddā continuum, etī per totum orbem diffusum. Vnde

In lib. de unitate.

Cypr. [Ecclesia Domini luce perfusa per orbem terrarum radios suos porrigit, vnū tñ lumen est quod ubiq; diffusum dicitur: sicut arbor magna longè lateq; ramos extendit, vna tamen radice fulcitur, uno robore fidei sustentatur.] Hoc sensu vocatur in Scripturis, *Vna Ciuitas, et Domus magna.*

1. Tim. 3.

Est vnū ouile, ut totum quoddam fluens, & succellens propter perpetuitatem quam habet Cypr. [Sicut de fonte vnū riuū plurimū desiliunt, numerositas licet diffusa videtur exundantis copix largitate, unitas tñ seruat in origi- ne: sic Ecclesia profluens largiter riuos latius expādit, vna tamen mater, fecunditatis successibus copiosa. Hæc ille. Scundum hos duos postremos unitatis modos, sola Ecclesia Catholica est vna, quæ & omnium gentium Christianarū communionem tenet, & à tempore Apostolico perpetua successione propagata est. Nulla hæresis, sic vna est. Quæ autem tot modis Ecclesia sic vna, docendus oportet populum, quanto studio hæc Ecclesie unitas seruanda sit, quanto & quā certo eū salutis æternæ detrimento hæc Ecclesie unitas deseratur. Tripliciter autem ex capite docere id officio nator poterit. Primum quia arctissima est Christi, & Ecclesie unitas, quam Apostolus vocat, *Magnum Sacramentum*, quia sicut vitis, & coniunx sunt duo, in carne vna, sic Christus & Ecclesia sunt duo in vno Spiritu, & idcirco Ecclesia non solum corpus, sed & plenitudo Christi ab Apostolo vocatur, quia videlicet nec sine sua Ecclesia Christus plenus est, plenus inquit, & perfectus mediator, caputq; perfectus, ita nec ecclesia plena est sine Christo, quia inquam ar-

1. Cause seruanda unitatis ecclesiasticæ.

1. Causa.

Ephef. 5.

Ephef. 1.

quæ

Clarissima & perfectissima hæc unitas est, propterea Christianus esse non potest, qui ab Ecclesia unitate diuellitur. Expressit hoc totum his verbis August. [Totus Christus caput & corpus est. Caput unigenitus Dei filius, & corpus eius Ecclesia, sponsus, & sponsa, duo in carne vna. Quicunq; que de ipso capite ab Scripturis sanctis dissentiunt, etiam si in omnibus locis inueniatur, in quibus Ecclesia designata est, non sunt in Ecclesia. Et rursus quicunq; de ipso capite Scripturis sanctis consentiunt, & unitati Ecclesie non communiatur, non sunt in Ecclesia, quia de Christi corpore, quod est Ecclesia ab ipsius Christi testificatione dissentiunt.] Hæc ille. Quotū prius vel ad paganos Christianis cōmixtos (ut tpe Aug. adhuc fiebat) vel ad quosdā hæreticos circa Christi personā errantes, quales innumeri fuerūt Marcionites, Manichæi, Ariani, Nestoriani, Monothelitæ & alij, pertinet. Posteriori proprie ad schismaticos oēs, vel alios et quosuis hæreticos, qui ut hæresim suā teneant, Ecclesie unitatem deserunt, quales sunt oēs hodie nostri tēporis hæretici. Quæ posteriorem particulā paulo clarius & plenius idē Aug. paulo post expressit his verbis: [Quicunq; credunt quidem quod Christus Iesus in carne uenerit de Virgine Maria ex semine Dauid, & in eadem carne in qua natus est passus est resurrexit, & ipse sit filius Dei, Deus apud Deū, & cū Patre vnū, & incommutabile uerbū Patris, per quod facta sunt omnia (in quibus, quasi fundamentum fidei nostræ cōsistit, stotaque illa ueritas quam ueteres hæretici ante Aug. impugnaverāt) sed tamē ab eius corpore quod est Ecclesia ita dissentiunt, ut eorū cōmune nō sit cum toto quocunq; diffunditur, sed in aliqua parte separata inueniatur, manifestū est eos nō esse in Catholica Ecclesia.] Hæc rursus ille, que et contra illos ualēt, & multū hodie notanda sunt, qui dieſt patū referre eū se Christianorū societati aut sectæ adiungant, modò fundamentum teneant. Totā Cathol. ueritas firmiter retēta, & credita, nihil tamē ad salutē ualēt, si ab Ecclesie unitate quis segegetur. Quod alio in loco his uerbis idē clarissim. Doctor docuit. [Extra Ecclesiam Catholicam totū habere potest hæreticus pter salutē. Possit habere honorē secūdū Ecclesiasticum ordinē, pōt habere

De vni. Ec cle. c. 4.

Ibidem.

In serm. su per gelis Emeriti Donat.



habere sacramentum potest cantare Alleluia, potest recitare Amen, potest Euangelium tenere, potest in nomine Patris & Filij, & Spiritus S. fidē & habere & predicare. Sed ut quā nisi in Ecclesia Catholica salutem poterit inuenire. Hæc ille. Horum autē omnium causa est, quia Christi & suæ Ecclesiæ nexu est indiuidus, & vinculum indissolubile. Hinc celebre illud Sanctorum Patrum dictū. [Nō potest Deum habere patrem, qui nō hēt Ecclesiam matrem.] Quod his uerbis docuit Cypria. [Vna est mater sanctissimis successib. copiosa. Illius scetu nascimur illius lacte nutrimur. Spiritu eius animamur. Hæc nos Deo seruat. Non filios regno quos generauit assignat. Quisquis ab Ecclesia segregatus, adulteræ iungitur, a promissis Ecclesiæ separatur. Habere iā non potest Deū Patrem, qui Ecclesiam nō habet matrem.] Hæc ille. Sic & post eum Aug. [Proprietas inquit, Symboli excludit per S. Ecclesiam terminatur, quoniam si quis absq; ea inuentus fuerit, alienus erit a matre filiorum. Nec n. Deum habebit patrem qui Ecclesiam nonauerit habere matrem.] Hæc ille. Eligitur filius Dei non potest, qui Ecclesiæ filius esse recusat. Pater enim pro filio non habebit, qui matrem non agnoscat. Christus sibi Ecclesiam desponsauit per omnes gentes diffusam, quam suo sanguine acquisiuit. Qui ab hac sponsa segregatus, a sponsam pertinet non potest. Altera ratio unitatis Ecclesiæ necessario retinendæ est, quod extra corpus Christi Spiritus Christi esse nō potest. Christus est *Caput super omnem Ecclesiam*. Omnis Ecclesia est corpus Christi. Sic caput naturale non mouet, non dirigit, non influit nisi in totum corpus eiusque membra: Sic Christus caput uitale Spiritus sui gratiam non infundit, non influit nisi in corpus sui membra, nisi in Ecclesiæ filios & Ecclesiæ suæ unitate fidei, animorum & sacramentorum coniunctos: eorum uidelicet, qui Ecclesiæ fidem tenent, qui Ecclesiam diligunt, qui Ecclesiæ sacramētis communicant. Agnouit hoc uerissimus & doctissimus Irenæus: *Vbi, inquit, Ecclesia, ibi & Spiritus: Vbi Spiritus Dei, illic Ecclesia.* Quod ita se habere hoc quasi argumēto probat S. Aug. *Charitas Dei diffusa est in cordib. nostris per Spiritum Sanctū qui datus est nobis. Nō est autē pars eius diuina charitatis, qui est*

In li. de uita. Eccle.

De Symb. cathec. lib. 3. ca. 10. & lib. 4. c. 10.

2. Causa. Eph. 1.

Li. 3. c. 40.

Epist. 50.

fit unitatis. Non habent ergo Spiritum Dei quē sunt extra Ecclesiam. Et rursum alibi: *Non habet Dei charitatem qui Ecclesia non diligit unitatem: ac per hoc uelle in intelligitur, di ei non accipi nisi in Catholica Ecclesia Spiritus Sanctus.* Et adhuc alio in loco apertius: *Accipimus & nos Spiritū Sanctū, si amamus Ecclesiam, si unitate compaginamur si catholico nomine et fide gaudemus. Credamus fratres: quātū quisq; amat Ecclesiam Christi tātum hēt Spiritū Sanctū.* Hæc ille. Sanè propter hanc causam de hæreticis pronunciat Apostolus Iudas eos Spiritu Dei penitus destitui. *Qui seipfos segregant, animales sunt, Spiritum Dei non habent.* Quod & Paulus etiam obscurius his uerbis expressit. *Habentes formam quidem pietatis, uirtutem autē eius abnegantes.* i. habentes professionem Christianitatis & sacramenta Christi, sed spiritum atque uirtutem Dei non habentes, ut Aug. h. uerbis exponit. [Potest esse uisibilis forma palmis etiam præter uitam, sed inuisibilis uita radicis haberi non potest nisi in uite. Proinde corporalia sacramēta quæ portat & celebrat etiam segregati ab unitate corporis Christi, formam possunt exhibere pietatis. Uirtus n. pietatis inuisibilis & spiritualis ita in eis non potest esse, quemadmodū sensus, nō sequitur hominis mēbrum quādo amputatur a corpore.] Hæc ille. Multū ergo docēdus & monēdus populus fidelis, Christi esse caput, nos mēbra, sed in uno corpore quod est Ecclesia unita, Christi esse uitam, nos palmites, sed ab una arbore pendentes, ab una radice enatos, uni tronco incisos. Quare grauissima illa Aug. admonitio illis proponenda & inculcanda est, qua dicit: *Nihil sic formidare debet Christianus quā se separari a corpore Christi, quod est Ecclesia utiq; una Catholica.* Si n. separatur a corpore Christi, nō est mēbrū eius, si non est mēbrum eius, non uegetatur Spiritu eius. Quisquis autem Spiritum Christi non habet (ait Apostolus) hic non est eius. Hæc causa diligenter amplificata ad unitatem Ecclesiæ mordicus retinendam, plurimum mouebit. Ex hoc enim capite promanant, quod nulla sacramenta, nulla bona opera eum fructu & merito uitæ æternæ suscipiuntur, extra Ecclesiæ unitatem. Nam quod ipse baptisimus ab hæreticis administratus infantibus ad salutem ualet, nec sic

De bapt. con. Don. lib. 3. c. 16. Tract. 32. in Ioan.

Cap. vii. c. 9

2. Tim. 3.

Ser. 11. de uerbis Doi

Tract. 27. Ioan.

ualetet



Tract. 12.
in Io. Euā.

ualeret nisi cum intēione Ecclesie hereticus baptizatus, ideoque et si ex utero Agar, tamen uoluntate Saræ filius Abrahæ nascatur (ut sapienter docet Augustinus) nec in prorsus ualet, quid ad adultam ætatem perueniēs, paruulus Ecclesie Catholice per impositionem manuum reconciliari debeat. Nam adultus ab heretico si extra necessitatem baptizetur, sacramentum quidem accipit quod recipi non debeat, cæterum fructu Sacramenti caret, nisi Ecclesie iungatur, ut diligenter alicubi docet Augustinus.

De bapt. con. Don. lib. 6. c. 5.

Cæterum omnia alia Sacramenta extra unitatem Ecclesie accepta, non nisi ad dānationem valent. Nullum in perfidia & apostasie argumentum clarius, quam ab hostibus Ecclesie sacramenta petere Ecclesie atque percipere: quippe quā propria religionis vincula sint sacramentorū confortia, & ad hoc instituta, ut certo signaculorū uinculo homines in una religione colligatētur, ut docet Aug.

Cont. Fau. lib. 9. c. 11.

Alia adhuc causa unitatis Ecclesie firmissime retinēda, nec quantolibet proposito discrimine deserendē ea est, quod in ea sola ueritas orthodoxa & sana fides, sine qua salus non est, inuenitur. Hęc. n. est (ut Apostolus loquitur)

1. Tim. 3.

columna & firmamentum ueritatis. Huic ergo immo, ab hac confirmari & sustentari fidelem quemque oportet, ut saluus fiat. Vnde præclare August. *In uentre Ecclesia ueritas manet. Quisquis ab hoc uentre Ecclesia separatus fuerit, necesse est ut falsa loquatur. Necesse est inquam ut falsa loquatur, qui aut concipi noluit, aut quem conceptū mater excessit.* Hęc ille. Rursum alibi paulo plenius. *Si errat in aliquo uero non reddit ad lac matris? Quia si nō extollimini, si non exaltatis cor uestrum si non ingredimini in murambilibus super uos, sed humiliter sentitis, sicut qui ablactatus est super matre sua, reuelabit uobis Deus quod aliter sapitis. Si autē hoc ipsum quod aliter sapitis, defendere uultis ut pertinaciter asserere, cōtra pacē Ecclesie, sit uobis maledicta quæ dixit propheta. Ita fiat retributio in anima mea. Quia adhuc sub matre eū estis, foris a lacte superabimini, foris a uisceribus matris fasno moriamini.* Hęc Aug. docens omnem de doctrina fidei dubitationem ac difficultatem, ex iudicio & determinatione matris Ecclesie resoluendam esse, quia adhuc paruuli Ecclesie filij, & oues ouilis Domini

Enarrat. in Psal. 57.

Enarrat. in Psal. 130.

Enarrat. in Psal. 130.

minici sumus ab illis pascendi, Quos posuit Spiritus S. rego in Ecclesiam Dei. Nemp hæc illa sponsa & amica est, cui sponsus Christus, *qua ungue audiuit a Patre suo, nota fecit. id est* (ut scribit Irenæus) *ampulum quoddam & diuis depositorium in quod Apostoli omnia quæ sunt ueritatis plenissime contulerint, ut omnis quicumque uelit, ex capite uita sumat.* Huic ergo Ecclesie adhaerendum, qui a ueritatis tramite deflectere non cupit. Data illa est ad consummationem sanctorum, id est, fidelium ad adificationem corporis Christi, *ne circumferamur omni uento doctrinae.* De hære in alio Euangelio plura.

Has igitur tres causas diligenter tractare Ecclesiastes debet, aliasq; quæ occurrunt adiungere, ut Ecclesie unitas, quæ planè sit ab omnibus necessariò retinenda, & sub uentis salutis discrimine seruanda, populus intelligat.

Act. 10.

Io. 15. li. 3. cap. 4.

Ephe. 4.

In Do. 4.

post Pascha, & in festo Beati Matthiae,

DOMINICA III. POST PASCHA.

Quia uado ad Patrem.

Ioan. 16.



Iocus obiter docendi populum Christianum, Christi Domini in celos ascensionem, de qua hic loquitur, nihil planè repugnare ueræ & reali eiusdē præsentie in venerabili Eucharistia sicuti hodie heretici fabulatur. Christus. n. secundum propriam formā & naturalis existentie modum in celo est, ad dexteram Patris sessurus, usq; ad diē iudicij. At uerò sicut Christi caro propter diuinitatē adinsectam non semper ad naturalem existentie modum restricta fuit, sed præter, & supra naturæ leges multa fecit, super aquas ambulauit, clauis sepulchro reuertit, clausis ianuis ad discipulos ingressa est: Sic planè supra naturæ ordinē, idem Christi corpus, quod in celo est per modum existentie naturalis, est in altari per modum existentie sacramentalis. Christus per modum existentie naturalis discubuit ad mensam eum dixeret, *Hoc est corpus meum* sed eodē temporis pñcto, idē corpus suū per modum existentie modū in manib. suis tenebat, quum dicit

A scenfio Christi nō repugnat præsentie in Euchar.

Domin. Cathol.

M rei,



Conc. r. in Plal. 33.

Epist. 57.

Joan. 12.

Traet. 59. in Ioan.

ter, & verum diceret de eo, quod in manibus tenebat. *Hoc est corpus meum.* Sic nempe [ferebatur in manibus suis,] ut exponit Aug. Non magis repugnat diuinæ potentie, ut gloriosum filij sui corpus pluribus in locis simul existeret, quam ut solida corpora penetraret, sicuti fecit clauso sepulchro resurgens, & clausis ianuis ad discipulos ingrediens. Penetratio corporum non minus est nature impossibilis, quam locorū multiplicitas. August. docet sanè diligenter Christum [secundum formam carnis, quam hic visibiliter egit, non esse ubiq; diffusum:] Hoc. n. veritatem corporis auferret, si iuxta formam naturalem nullo certo loco consisteret, sed omnia loca occuparet. Hoc est illud, quod in Epistola ad Dardanum impugnat. Rursum de visibili, & naturali, & familiari presentia sua, & de talis honoris capacitate, qualem Magdal. illi exhibuit, quum vnguento pretioso caput eius perfunderet, dixit Christus, *Me nō semper habebitis;* non autem hanc sacramentalem existentiam in vltima ætate institutam negauit. Et de hac naturali presentia carnis Christi, hunc locum exponit August. quum scriberet. [Secundū id quod de Virgine natus est, non semper nobiscum est. Habuit (inquit) Christum Ecclesia, sed dum presentia carnis paucis diebus, modō fide tenet, oculis non videt.] Ocularem & sensibilem carnis Christi presentiam negat non sacramentalem. At his Augustiani obstantur hodie hæretici,

DOMINICA III. POST PASCHA.

Joan. 16.

1. *Adhuc multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modō.*

Doctrina non scripta.

Cōtra Celsum lib. 2.

LOCUS proprius, & insignis ostendendi contra hæreticos nostri temporis Christum vniuocē non docuisse omnia, sed multa per Spiritum sanctum postea Apostolos docuisse, quæ tunc portare, i. capere & æquanimiter tolerare non poterant. Sic Orig. [Habebat quidem illis dicendum, quæ sit vera lex, quatuor rerum celestium vmbriæ, & signis occultis cultus

Sultus Iudaicus, quatuor honorum futurorū vmbra cōtinet lex de cibis, & potibus, de festis, Nouilijis, Sabbathis. Huiusmodi multa erant, quæ habebat eis dicere, sed vidēs perdidistis esse ex animo repellere penne cōnata, & vsq; ad grandæ ætatem coalita dogmata & c. distulit hæc doctrinā in tēpus oportunitis post passionē & resurrectionem iōā.] Hæc ille. Eorum aut quæ Christus post passionē ac resurrectionē docuit, nihil habemus scriptū. Vel igitur docuit, nihil habemus scriptū. Vel igitur docuit non per se, sed Spiritum S. vel non omnia quæ docuit scripta sunt. Verumq; hodie negat hæreticus. Disertē aut docet Cyrillus Christi hæc sublimiora, nō per se docuisse, sed per Spiritū S. hunc ipsū locum exponens. [Quando, inquit, per Spiritū sanctū in alios viros euadetis, quādo legales figuras istius pænitentiæ aspicietis, quando supernaturalis cultus perscrutabitur: nō illius ope vmbriæ anteponetis, tunc mysterij de hoc omnem vim cognoscetis.] Hæc ille Deniq; Chrysost. [Ideo Spiritum S. Apostolos docuisse, quām Christum ait, [Ideo Spiritum S. maior doctrinæ portio seruata est, ne putarent illum aliqui minorem Filio.] Certē Greg. Nazianzenus inter hæc quæ Christus Apostolos nō docuit, putat fuisse ipsam Spiritus S. diuinitatē, quem ideo Eunomiani vocabant [non scriptum Deum,] *πῶ δὲ ἄγαθον* & c.

Lib. 10. c. 43. in Ioan.

Hom. 1. in Acta.

De Theolog. lib. 5.

2. *Cum autem venerit ille Spiritus veritatis.*

LOCUS obseruandi contra hæreticos, Spiritum S. tunc in scripturis vocari spiritum veritatis, quādo ecclesie, vel eius præpositis ac magistris promittitur, ut hoc loco, & supra, Ioan. 14. verl. 17. *Alium paraclitum dabit vobis, et maneat vobiscum in eternū Spiritum veritatis,* Et iterū Ioan. 15. verl. 26. *Cum venerit paraclitus, quē ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit: illo testimonium perhibebit de me.* Veritas n. infallibilis nō alius cuius priuata persone, sed totius Ecclesie, & præpositorū propria est. Vnde Aug. [Veritas tua Domine nec mea est, nec illius, sed omnium quos ad eius communionē publicē vocas, terribiliter admonens nos, ut nolimus eā habere priuatā, ne priuemur eā.] At verō Spiritus S. vt cuius in

Veritas totius Ecclesie fixa communis, non priuata.

Conf. lib. 12. ca. 25.



particulari datur, vel absolute, sic in scripturis vocatur, propter aliquod eius donum indefinite acceptum: vel ex alio qua particulari virtute denominatur, vt: *In charitate & spiritu mansuetudinis, dat vobis Spiritum sapientia, &c.*

3. *Docebit vos omnem veritatem.*

Veritas in Ecclesia.

Locus insignis docendi populum, quod apud Ecclesiam id est, Apostolorum successores omnis veritas habetur: quod Spiritus S. docet Ecclesiam semper (ait enim Christus, Ioan. 14. *Vt maneat vobiscum in aeternum*) per omnes aetates, non vniam aut alteram, sed omnem prorsus veritatem. [Qui omnem veritatem dicit (ait Ambr.) nihil praeterit, non diem, neq; horam, no praeterita non futura.] Vnde ex hac perpetua Spiritus S. doctrina, infert Irenaeus de cens: In Ecclesiam tanquam in amplum, & diues depositarium, omnia quae sunt veritatis, Apostoli contulerunt. De deranda vero, & expendenda sunt Christi verba, quibus alio in loco hanc eandem promissionem facit. *Rogabo Patrem & alium Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscum in aeternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia apud vos manebit, et in vobis erit.* Et paulo post addebat: *Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quaecumq; dixero vobis.* Tria dicit Saluator: Primo, quod dabitur Apostolis. i. Ecclesiae, Spiritus S. qui maneat cu illis. i. cu Ecclesia (neq; enim Apostoli, sed Ecclesia perpetuo manet) in aeternum. Haec verba omne tempus complectuntur, & fanaticam illam quorundam hodie haereticorum opinionem ne excludunt, qui docet per interualla Deum Ecclesiae non adesse, ut aliquando vera doctrina in Ecclesia obliuiscatur, aliquando demum restauretur, &c. Secundo dicit quod hunc Spiritum Sanctum mundus non capiet. i. impij, iudei, haereses, & haeretici: sed vos cognoscetis eum. i. veri Apostolorum successores. Vera Ecclesia cognoscat uocem Spiritus Sancti, quia apud ueram Ecclesiam manebit, & in illa erit iuxta illud Esai. *Spiritus meus non recedet de ore tuo, neq; de ore seminis tui, nec semini seminis tui, amodo, & usque in sempiternum.* Tertio dicit quod omnia partim docebit, i. de nouo inspirabit, quum aliqua difficultas orie-

Lib. 2. ca. 12. de Spiritu S.

Lib. 3. ca. 4.

Ioan. 14.

Triplex promissio ueritatis.

1.

Cap. 59.

3.

tur, vt fecit Acto. 15. circa legalium obseruationem suggeret id est, oblita in memoriam reuocabit, vt quod de veterum, & maiorum traditione atque iudicio dubitatur. Atque ex his verbis patet, nullum fore in ecclesia erroris locum. Sed & illud quoque ex his verbis patet, Spiritus sancti officium in ecclesia non ad ea tantum restringi (quod impie Caluinus asserit, *haecque restrictionem attentè notandam monet*) quae Christus uiua uoce docuit, vt illa suggerat, sed etiam ut doceat alia multa, quae Christus ideo non docuit, quia Apostoli illa tunc portare non poterunt. Christus Petrum non docuerat de cessatione legalium uiua uoce: sed hoc eum Spiritu suo docuit in uisione animalium omnis generis, iubens eum nihil immundum iudicare quod Deus creauit. Quae Paulus de praedestinatione aeterna, de lege carnis, & membrorum, de liberante gratia, de peccato originali, de iustitia fidei, de cessatione legalium, tam multa disputat, non ex Christi uiua uoce (quem nunquam dicentem audierat) sed ex Spiritus sancti didicerat. Quae denique Ecclesia Christi contra Marcionem, Montanum, Valentinum, Sabellium, Arium, Macedonium, Eutichetem, Iouinianum, Pelagium, Berengarium, aliosque innumeros haereticos, vel scripturas interpretando, uel uoua fidei uocabula, ut *Filij Dei hominum Spiritus sancti processionem hypostasem tres* in una substantia, *Patrem ingentum, transubstantiationem*, & alia tradendo docuit, ea omnia ex Spiritu sancti accepit, qui docet omnem ueritatem. Si contra unum aliquem (vt patet Berengarium) decernendo errauit, vt uoluit hodie haeretici, profecto, & contra omnes errare potuit. Vnde sequitur, vt (quod contra sui temporis haereticos scripsit Tertullianus.) *Dei uillicus (id est Spiritus sancti) officium suum non fecerit, sed Ecclesiam suam aliquam ueritatem, eamque necessariam celauerit.*

Inst. lib. 4. c. 8. nu. 8. Caluinus refellit.

Act. 10. Ad Ro. & Gal.

Nonna fidei uocabula.

In Praefat.



DOMINICA QUINTA POST Pascha.

Ioan. 16.

1. Si quid petieritis Patrem in nomine meo dabo vobis.

Inuocatio Sanctorum delectat.



OCVS obseruandi contra haereticos orationes Ecclesiae quibus Sancti inuocantur nihil repugnare ad derogare huic inuocationis formulae, quam Christus Saluator hoc loco proposuit, sicuti ipsi inuidiosissimi calumniantur. Primum quia nihil peritur a Sanctis ab Ecclesia tanquam

per eos implendum, sed solummodo tanquam per eos in petendum. Cum autem Christus hoc loco dicit, Si quid petieritis Patrem in nomine meo, docet nos posse amplissima beneficia a Deo petere, implenda per Christum: hoc enim est, in nomine eius, id est, in potentia, & virtute eius, concedi quod petimus. Sicut enim olim orabant veteres, Deus in membris tuis saluum me fac, sic nunc in noua Ecclesia oramus, Deus in nomine filij tui saluum nos fac. Secundo, quia omnia Ecclesiae oratio, etiam qua inuocantur Sancti, terminantur hoc modo, Per Iesum Christum Dominum nostrum. Quare exactissime haec formula a nobis seruetur. Infallibile autem hic Caluini replica, qua dicit non minus prophetae

Inst. lib. 3. ca. 20. nu. 21.

Christus vnus Mediator non excludit Sanctos.

ri Christi intercessionem, dum mortuorum, (sic Sanctos vocat) precibus & meritis miscetur, quam si en penitus omnia sola soli mortui in ore essent. Si enim profanatur Ecclesiae oratio mixta Sanctorum intercessioni, prophetae etiam admixta precibus, & intercessioni viuorum. Quam tamen idem Caluinus iuxta clarissimam Apostoli doctrinam admittit eoactus. Tertio si per eundem Patrem in nomine Christi, Christo tanquam intercessore, & aduocato, & mediatore utimur: non tamen adhibendo Sanctos intercessores, & aduocatos, & quodammodo mediatores contra haec Christi verba peccamus. Primum quia Christus est mediator redemptionis nostrae vnicus & solus, vt Paulus docet,

docet, non autem solus intercessionis. Etsi enim sacerdotio redemptionis in Christo coniunctum est officium intercessionis, non tamen de contra cuiuslibet officio intercessionis coniunctum est sacerdotium redemptionis, quod in viuentibus manifestum est, quum alter pro altero intercedimus. Deinde Christus est vnus mediator & vnus aduocatus per modum intercessionis excellentior, quia propria virtute intercedit, eiusque oratio iustitiae nititur. Sancti non nisi per Christum intercedunt, & non nisi per Christum inuocantur, eorumque oratio gratiae & misericordiae impletur. Denique Christus est mediator immediatus, per seipsum interpellans pro nobis. Sancti mediante Christo uocatum habent ad Patrem. Sic vnus Magister Christus, & multi doctores dati Ecclesiae a Christo. Vna lux mundi Christus, qui dedit Apostolis vt ipsi essent lux mundi Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi: & tamen idem posuit uerbum reconciliationis in Apostolos. Postremo quod de Angelis faceret Caluinus, Deum per eos sua nobis beneficia dispensare non ex necessitate, sed ad solatium nostrae imbecillitatis: idem de Sanctis iudicandum: per quos Deus nobis beneficia confert, non quia per Christum non potuit, sed quia ad consolationem & exhortationem nostram Sanctos sic honorare uoluit.

2. Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amatis.

LOCVS egregius, & manifestus ad euertendam imputatam iustitiam, quam fingunt hodie haeretici, dicentes nos esse iustos coram Deo, non propter aliquam iustitiam aut uirtutem nobis inherentem, sed propter Christi iustitiam nobis membris eius imputatam. Hic enim Christus discrete affirmat, Christianos qui Christum amant, id est, qui eius mandata seruant, Si quis enim diligit me, sermonem meum seruabit, ait alibi Christus: & iterum. Vos amici mei estis (si feceritis, quae ego praecipio uobis) ideo diligi a Patre, hoc est, ideo coram Deo iustos, & gratos, & amicos esse, quia ipsi Christum diligunt, id est, propter dilectionis Dei uirtutem, quae in

2
3
Heb. 7. &
9.
Matth. 22
Ephes. 4.
Ioan. 8.
Matth. 5.
1. Cor. 5.
Inst. lib. 1.
ca. 14. nu. 18

1. mo. 11

Imputatiua iustitia refellitur.

Ioan. 14. & 15.

1. mo. 11



ipfis est, & non solum quia Christus diligit illos, ut heretici impie nugantur, & cum maximo pietatis praedicatione docent. Docendus ergo populus non satis illis fore quod Christus diligit illos siue per electionem ab aeterno, siue per uocationem & iustificationem primam in tempore, nisi ipsi uicissim Christum diligant, & diligendo mandata obseruent, ut sic à Patre caelesti ad uitam aeternam consequendam diligantur. Gratuita enim certè est electio, gratuita est uocatio, gratuita est prima iustificatio, per quam uidelicet, peccatorum remissione gratis accepta, impijs & filijs itæ, iusti & filij Dei efficiuntur. Qui sensus est totius disputationis Paulinæ in Epist. ad Romanos. & ad Galatas, ubi fide nos iustificari, non ex operibus docet. At dilectio Patris caelestis ad augmenta gratiarum & ad consecutionem ipsam uitæ aeternæ non est merè gratuita, sed per modum mercedis iam iustificationis & filij Dei retribuitur: ipso Patre amante nos, quia nos amamus eius, ut Christus hic dicit: Quod & docuit Apostolus de iustis de iam iustificatis: *unusquisque accipiet propter meritum suum secundum laborem suum*: id est, secundum laboriosa uirtutum opera, quæ amor Dei & Christi producit.

Rom. 3

Vnum ex præcipuis hereticorum argumentis, quibus hanc imputatiam iustitiam imperiis persuadent ex illis Pauli uerbis desumitur. *Qui proprio Filio suo non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo nõ autem cum illo omnia nobis donauit?* Hinc enim colligunt sic omnia quæ in Christo erant nobis donari, ut illa nobis impetentur perinde ac si nostra essent, ideoque Christi iustitia, obedientia, sanctitas nostra sit, nec alia ad salutem operum sit. Sed docendus fidelis populus est, omnia nobis eum Christo donari, quia quequid ad salutem nostram pertinet ac necessarium est, illud Christi beneficio & merito à Deo Patre accepimus, eaque in nobis ipsis possidemus, ut per illa nostræ ipsorum saluti cooperemur, Dei uoluntatem facientes, Christi que beneficijs rectè uentis. Omnia itaque accepimus ad caelestem sapientiam requisita. *Quæ cumque audisti à Patre meo, nota feci uobis.* Omnia ad fidei doctrinam necessaria. *Missa nobis Paracletum ille uos docuit.*

Ioan. 5

edidit omnia, &c. Omnia ad actionem uirtutis subsidia, iuxta illud Apostoli. *Omnia possum in eo qui me confortat.* Omnia ad incrementum pietatis accommodata. *Ut cre-scamus in eo per omnia.* Omnia necessitatibus humanis sufficientia, ut sic primum queramus regnum Dei, & in istum eum. *Hæc enim inquit omnia adiciuntur uobis.* Unde Paul. *Quis præstat nobis omnia abundè ad fruendum.* Omnia quæ ad peccati fugam, & uictoriam ualent. *Dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate: & exundans nos ab omni peccato.* Denique omnia ad salutem præsidia quæ optari possunt, iuxta illud Petri. *Quomodo nobis omnia diuina uirtutis sua quæ ad uitam, & pietatem faciunt, donata sunt.* Sic per Christum omnia nobis donata sunt, media scilicet & subsidia ad salutem, quibus uitamur, non sic omnia ut nihil nobis salutis nostræ cooperantibus, tota Christi uirtutis impitetur.

Rursum docet hic locus quod multa beneficia gratiæ accepimus à Deo, non propter solam fidem, non solum quia filij Dei sumus & membra Christi, sed etiam propter dilectionem, & (quæ inde semper sequitur) obseruationem mandatorum: & inter cætera hoc magnum beneficium, ut à Deo preces nostræ exaudiantur. Dicit enim in hoc Euangelio Christus. *Petite & accipietis, ut gaudium uestrum plenum sit,* id est, ut abundetis magis in gratia. *Non dico uobis, quia ego rogabo Patrem de uobis,* id est, non propter meam solam intercessionem exaudiet uos pater: uel non sic debetis à mea sola semper pro uobis intercessione pendere, ut interea uestras orationes, uel in superuacuas, uel ut inanes futuras prætermittatis. *Ipsè enim Pater amat uos, & exaudiet uos rogantes in nomine meo, quia uos ipsi grati illi estis, & ideo grati, quia amatis me, & sermones meos seruatis: & non solum quia credidistis in me quod à Patre exiui, & ad Patrem uedeo.* Quare multum hoc loco notandum quod Christus consolari uolens Apostolos suos, simulq; declarare eos Deo gratos & acceptos esse, id est, uerè iustos, ac sanctos (Deus. n. diligit diligentes se, & odio habet impij et impietate eius) non ex hoc solo capite id declarat, quod in Filij Dei crederetur, eiusq; promissionibus fidè haberet (in quo solo omnem

Philipp. 4
Ephes. 4Matth. 6
1. Tim. 6.
Tit. 2.
1. Ioan. 1

a. Pet. 1

Contra so-
lam fidè.

Ioan. 16

Prou. 9.
Sap. 14



omnem acceptationem nostram coram Deo ponunt hodie heretici) sed etiam ex eo quoque capite, quod Christus dilexerat, & diligendo mandata eius omnia seruire paratissimi essent. Idem nobis statucendum, non ex sola fide aut fiducia, vt impiè gartiant heretici, sed præterea ex dilectione Dei, & mandatorum obseruatione, nos à Deo ad vitam æternam diligi, & multa beneficia gratiæ consequi, vt Catholica habet fides.

DOMINICA SEXTA
post Pascha.

Ioan. 15. *1. Ille testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis de me, quia ab initio mecum estis.*

Ecclesiæ testimonium generat fidē.

1. Ioan. 5.
Rom. 8.
Ioan. 3.



HOC VS appositus ostendendi contra hereticos nostri temporis, externum Ecclesiæ testimonium & auctoritatem cum interno Spiritus S. testimonio ordinariè concurrere ad fidem Christi animis hominum impnerandam. Vtrumque enim hoc loco dicit Christus. Primum quod Spiritus sancti testimonium perhibebit de eis id est, docebit in æternæ corda credentium. Vnde Ioannes. *Qui credit in filium Dei, habet testimonium Dei in se.* Et Paulus. *Spiritus S. reddit testimonium spiritui nostro quod sumus filij Dei.* Ioannes quoque Baptista. *Qui accipit testimonium filij Dei, signauit quia Deus verax est,* id est, suo consensu obfirmavit & confirmavit, loquens in se Dei verbum verax esse. Tota enim ratio veræ fidei, quæ Dei donum est loquentis & cor tangentis ac mouentis & illuminantis interius, hæc est, quia Deo reuelanti, loquenti in corde & mouenti creditur, tanquam testi in fallibili, & qui mentiri non potest. Hoc totum nobiscum fatentur heretici, qui ex illis intelligunt. At verò alterum, quod dicit hic Christus agnoscere nolunt. Nempè quod Apostoli & eorum successores testimonium quoque perhibebunt Christo, id est, omni doctrinæ de Christo: per

exte-

externam videlicet prædicationem fidei, cuius profectio res sunt à Deo constituti, ideoq; huiusmodi, vt eorum testimonio credere debeamus. Vnde Paulus vnus ex his testibus. *Ministerium, inquit, quod accepi à Domino Iesu Christi in Euangelium gratia Dei.* Sed & Christus à Apostolis suis discretè ita loquitur. *Eritis mihi testes in Hierusalē, & Iudæa, & Samaria, & usq; ad vltimum terræ.* Videlicet prædicando euangeliū, & docendo ea omnia quæ de Christo credere oportet. Est ergo diligenter hoc loco obseruandum, tam pro instructione Catholicorū, quàm contra hereticos, firmitatem fidei nostræ ex vtroq; consistere, ex interno Spiritus S. & externo Ecclesiæ testimonio, sicut vtrūque hoc loco ponit, & connectit Christus, quasi nexu semper inuiduo copulatum; ideoq; conscientiæ cuiusq; non id satis esse, quod se dicat hoc credere ex Spiritus Sancti instinctu, vel testimonio (vt solent heretici dicere, reiicientes, & negligentes Ecclesiæ vocem, & testimonium, per cuius ministerium Spiritus S. loqui semper solet) sed ad fidei securitatem, & firmitatem, utq; certo constet ex Spiritus S. instinctu quempiam credere, & rectam de Christo fidem habere Catholicæ quoq; Ecclesiæ testimonium, & auctoritatem concurrere oportere. Ad quod magis intelligendum plurimum valebit ex Christi uerbis docere, uerbum Dei, & uerbum Ecclesiæ pro uno, & eodem accipi. Nā hanc ob causam Christus in postremo sermone ad discipulos habito, orat Patrem pro Apostolis, & pro fidelibus illis, qui per uerbum Ecclesiæ credere didicerunt. Atq; enim. *Non pro eis rogo tantum, sed & pro illis qui per uerbum illorum credituri sunt in me.* Ex quibus uerbis prolixè docet August. [uerbum fidei, & uerbum Apostolorum, credere Deo & credere Ecclesiæ protus idem esse.] Vide plura in sermo Ascensionis, & in sermo S. Thomæ Apostoli. Quod autem Christus addit, *Quia ab initio mecum estis,* non intelligit firmitatem testimonij Apostolici ex eo pendere quod ab initio prædicationis eius lateri illius adhererint (sic enim nec Marcus, nec Lucas, nec Paulus ipse, nec infiniti alij legitimi testes fuissent) sed hanc subiungit quasi propriam, & inseparabilem ueræ Ecclesiæ suæ notam, uidelicet, *Successionis perpetuitatem.* Docet ergo illorum testimonio

Act. 20.

Act. 1.

Firmitas fidei ex duob. consistit.

Ioan. 17.
Trac. 109.
in Ioan.



nio credendum esse qui ab initio Christi fidem tenuerunt, & de manu in manum tradiderunt. Bonum enim semen crescit usque ad messem. In ueteri lege hostia pacifica, quae offerebatur Deo, uel pro gratiarum actione, uel pro salute & prosperitate offerentium, diuidebatur in tres partes: una pars incendebatur ad honorem Dei; alia pars cedebat in usum sacerdotum; 3 pars in usum offerentium. Leuit. 4. huius partitionis significatio haec erat, quod salus hominis procedit à Deo, dirigentibus ministris Dei, & cooperantibus ipsi hominibus, qui saluantur: Haec D. Thoma. 1. 2. q. 102. art. 3. ad 8. Vide de hac re plura Dom. 5. post Epiphaniam, & feria 3. Pasche.

2. *Sed venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequium prestare Deo.*

Locus de haereticorum persecutionibus, & varia crudelitate tractandi; quarum haec tempora in Gallia, in Anglia, & in hoc Belgio horrida, & innumera exempla suppeditarunt. Hunc locum tractatum uide in Promptuario. Morali in hac ipsa Dom. text. 2. Porro in uniuersum persecutores fidei quanta impietatis rei sunt, quae & quanta poena eos consequatur, & haecenus semper conclusa fuerit, uide explicatum in eodem Promptuario Morali Dominica 19. post Pentecosten text. sexto & septimo. In qua etiam Dominica Locus idoneus erit contra haereticorum modernam rabiam, & nominis

Catholici odium lae
disserendi, ad textus praedictos.

DOMINICA PENTECOSTES.

1. *Si quis diligit me, sermones meos seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum uenimus, & mansionem apud eum faciemus.*



Cocus utilis explicandi populo, quòtoper dilectione Dei, Christus suis discipulis commendauerit, contra hereticos nostri temporis, uel hoc solo nomine pessilentiuios, quod solam suam specialem fidem & fiducia in promissiones Christi de gratuita remissione peccatorum, ita semper inculcauit, docent, uirget, ita solam ad salutem necessariam esse impie & mendaciter affirmant, ut Charitate Dei necessariam ad salutem negent, eiusque admirabiles uirtutes, quas in hoc Euangelio Christus luculenter expressit, uel dissimulent & taceant, uel solius fidei commedatione obscuretur, & contempibile reddant. At Christus in hoc euangelio & in uerbis iam positus quatuor insignes Charitatis uirtutes ponit, & quae contra praesentes haereticos singulae ualent. Primum dicit: *Si quis diligit me, sermones meos seruabit* Hoc docet ex charitatis uirtute consequi obseruationem mandatorum Christi, quae partim impossibilem affirmant haereticis, partim per fidem, non per charitatem illa impleri docent. Vtrumque docuit Lutherus in lib. de Libertate Christiana, & solum hodie quam plurimum. At disertè Christus dicit: *Si quis diligit me, sermones meos seruabit.* Haec est dilectionis mex uis & facultas, hic fructus, hae efficacia, ut qui me diligit, mandata mea euodiat. Quae Christi uerba dilectus eius discipulus Ioannes sic explicasse uidetur: *Haec est charitas Dei ut mandata eius custodiamus: et mandata eius graua non sunt.* Duo dicit. Primum charitatem Dei hoc habere, ut mandata Dei custodiat: contra eos qui dicturi erant sola fide omnia impleri, quae uel sola fides sub precepto caderet, uel per sola fide om-

Ioan. 14.

Charitatis
commedatio.

Charitas
facit im-
pleri man-
data.

1. Ioan. 5.



In lib. de perfectione iusticie. 1. Ioan. 5. Cant. 8. Enarrat. in Pla. 47.

Epi. 29. ad Hieron.

Luc. 12. Cant. 8.

Enarra. in Plal. 47.

nia quæ non fierent facta deputarentur, ut hodie hæretici ei dogmatizant. Alterum est mandata Dei non esse gratia: contra eos qui hodie dicunt ea esse impossibilia. Sic eleganter Augustinus: *Et mandata Dei sunt gratia, qui illud num charitatis nondum accepit, unde sunt tenuis.* Idcirco Ioannes negat esse gratia, *mandata*, inquit, eius non sunt gratia, videl. quia charitati nihil est graue. Unde & alia Scriptura. *Valida est ut mori dilectio.* In quæ verba sic Augustinus. *Quemadmodum mori resisti non potest quibuslibet articulis quibuslibet medicamentis occurras, sic contra violentiam charitatis nihil potest. Et contrario similitudo data est de morte. Sicut enim mors ad auferendum violentissima est, sic charitas ad uiolentissima est ad saluandum.* Quod quomodo fiat, in loco in loco explicat. *Merito dicta est mors sicut mors, siue quis nemo eam vincit, siue quia in hac vita usque ad mortem mensura charitatis, siue quia sicut mors animam auferit, sic charitas a concupiscentiis carnalibus.* Hæc ille: Hoc autem in turpi & impuro amore facile committitur, ad quanta facinora amor impellat, quantum se laboribus subdere, quam ingentia aggredi, quam nihil formidare aut reculare soleat. Quis verò dubitet maiorem esse diuine charitatis vim ad opera virtutum peragenda, quam sit amor carnalis ad opera carni consentanea? Est enim natura corrupta propensius ad praua feratur & deorsum tendat, tamen fortior est gratia quam natura, charitas Deum quam amor terrenus, Deus quam Diabolus. Idcirco ignis comparatur charitas, cui nihil resistit. *Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut ardeat?* De hoc igne charitatis alia scriptura. *Aque multa non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.* Quæ verba quasi explicans Aug. ait: *Charitatis ignis nulli fluctus sæculi, nulla temptationum flumina extinguunt.* Nemo ergo hæreticos hodie sequutus, frigidam hæc executionem adferat, mandata Dei esse gratia, præcepta Ecclesiæ esse difficilia, salutem ex bonis operibus esse rem arduam & forte impossibilem. Omnia ista contradicunt Christo dicenti: *Qui diligit me, sermones meos seruabit.* Et ne putas perinde esse ad salutem siue diligas, siue non diligas, sed latius esse, ut fortiter credas tibi remissa esse peccata per Christum.

Eccet

Ecce Christus ipse te talia dicentem pro suo non agnoscit. *In hoc*, inquit, *cognoscant omnes qui uos discipuli mei estis si dilectionem habueritis adinuicem.* Et Ioannes qui hoc retulit in alia epistola scribit: *Qui non diligit, manet in morte.* Et iterum: *Qui non diligit, non nouit Deum, quia Deus Charitas est.* Frustra ergo de sola sua fide sibi placent hæretici. Impie solam suam fidem alijs commendant hæretici. Ecce ipsa fides absq; charitate nihil illis prodest, dicente Apostolo: *Si omnem fidem habueris, ita ut montes transferas, charitatem autem non habueris, nihil sum.* Quæ verba non per hyperbole, nec per impossibile, sed iuxta litteram perspicue intelligi debent ante has hæreses natas docuit S. Aug. exponens illa Christi uerba citata: [In hoc cognoscunt omnes, &c. Tanquam, (inquit,) diceret Dominus, Alia munera mea habent uobiscum et non mei; non solum nauitatem uitam, sensus, rationem, & eam salutem quæ hominibus peccatoribus que communis est, sed et linguas sacramenta prophetiam, scientiam, fidem, distributionem rerum suarum pauperibus, &c. sed quoniam charitatem non habent, nihil illis prodest, nihil sunt. Non ergo in illis quouis bonis muneribus, meis, quæ habere possunt et non discipuli mei, sed in uos cognoscunt, quod dilectionem habetis, &c. O sponsa Christi, pulchra inter mulieres, quam bene catur tibi in illo Cantico canticorum tanquam in epithalamio tuo, quia charitas in delicijs tuis.] Hæc ille, Est ergo charitas Dei propria filiorum Dei uera, ideoque uirtus necessaria. Hanc qui hæt, seruat mandata Christi. Est igitur & ipsa mactatorum obseruatio ad salutem necessaria. Hæc ex primis Christi uerbis docere potest concionator Catholicus. Secundum quod de charitate in hoc Euangelio Christus dicit, istud est. *Et Pater meus diligit eum.* Ex his uerbis euidenter & necessario colligitur, ex charitate quoq; ac mactatorum obseruatione nos iustificari, & non ex sola fide, ut uolunt hæretici. Quos n. Deus propter aliquid diligit, hos propter illud pro iustus & sibi charis hæt. Deus Pater eos diligit, qui Christum diligit, seruantque sermonem eius, i. qui Christi fidem ac nomen profiterentes eum colunt, eiusque præcepta exequuntur. Diligere ergo Christum, eius sermonem seruire, est res Deo Patri grata (non opus immundum, nec ita imperfectum, ut legis sit transgressio,

Ioan. 13.

1. Io. 3. & 4.

1. Cor. 15

Ioan. 13. Tract. 65. in Ioã. Euang.

Cant. 7

Charitas nos Deo gratos facit & iustificat.



no, quippe quæ plenam & perfectam obseruationem requirit, quæ omnia dicunt hodie hæretici) est opus dilectionis Dei dignum, est pars iustitiæ Christianæ. Neque enim vel propter opera indifferentia, uel propter opera immunda & imperfecta, multo minus propter peccata, sed propter opera iustitiæ Deus homines diligit, gratos & acceptos habet. Non minor ergo charitatis uirtus ad homines eorum Deo iustificandum quàm fidei est. Non minus Deum diligentes & sermonem eius seruantes, quàm credentes in eum aut Filium eius, diligit, iustificat, saluat. Quod adhuc in sequentibus huius Euangelij uerbis dilucidius apparet.

Charitas affert augmentum gratiæ.

Tertium ergo quod in laudem charitatis & obseruationis mandatorum Dei in hoc Euangelio addit Christus istud est: *Et ad eum ueniamus*. Quid hoc Dei uenire est nisi per gratiam accedere? Nisi per augmentum gratiam credentes & diligentes Deum, eique mandata seruantes magis ac magis iustificare, omnibusque gratiæ meritis, exornare, nouis donis ac beneficijs, nouis collationibus illustriores reddere? Quos Deus deserit, castigat, odit, ab illis se auertere dicitur atque recedere. Quibus ipsium, aperit, reuelat, familiaritatem facit, ad illos ueniamus. Quotidie ut *Adueniat regnum Dei*. Quod nihil aliud est quàm ut Deus ad nos ueniat, & in nobis regnet.

De Sacra. lib. 5. ca. 4.
Luc. 17.
Hom. 42.
ex Ho. 50.

Vnde Ambrosius. [Tunc uenit in nos regnum Dei, quando sumus gratiam eius consecuti.] *Ipsè enim ait, Regnum Dei intra uos est.* Nec aliter Aug. [Optare & orare ut ueniat regnum Dei, nihil est aliud quàm optare ab illo ut dignos nos faciat regno suo: ne forte quod absit ueniat, & nõ nobis reniat.] Hinc ergo obseruare licebit, quanta sit charitatis uirtus. Imperat hoc uidelicet quod quotidie petimus. Facit ut ueniat Regnum Dei. Facit ut Pater æternus cum Filio suo unigenito ad nos ueniat: Nunquid autem uacui uenirent aut propter hanc dilectionem Dei ad iudicium uenirent? Neutrum profecto. Nam pro consolatione suorum Charitas hoc dixit, ut ad eum diligendum animos suorum excitaret. Venient ergo ad diligentem Deum Pater, cum Filio, nec utique absque Spiritu Sancto, quia opera B. Trinitatis respectu creaturarum unita semper sunt & separari nequeunt:

queunt: ueniet tota Trinitas ad animam illam, quæ Christus diligit, & sermones eius seruat. Veniet inquam cum omnibus suis gratijs, donis & muneribus. Hoc diligenter amplificandum est in laudem charitatis, quàm Christus Dominus hoc loco ex industria commendare uoluit: quàm hodie hæretici nefarie deprimentur & obseruant; dum & omnia eius opera immunda allerunt, & ad salutem eam necessariam negant, & soli fidei totam salutem tribuunt.

Quartum quod in charitatis laudem Christus hoc loco dicit, est. *Et mansionem apud eum faciemus*. Hoc est, in eo qui me diligit, & seruat mandata mea, requiescet Spiritus Dei, ille erit habitaculum & templum Domini. Obseruandum igitur contra hæreticos, non solum per fidem habitare Christum in cordibus nostris, sed multo magis per charitatem, & mandatorum obseruationem: De hac enim dicit Paulus. *Vos estis templum Dei, sicut dicit Deus. Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.* Hæc autem promissio ueteri populo facta fuit, hæc conditione præmissa: *Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea.* Deus ergo promittit, & Christus in hoc Euangelio repetit, fore ut in illis maneat, inhabitet, inambulet, id est, eorum actiones semper dirigat, eum illis conuertetur, illorum animos possideat, eos ad felicitatem æternam perseueranter perducatur, qui diligunt Christum, & sermones eius seruant: non locus sanè quàm ueteri populo logo allegato omnem felicitatem repromissit, si in præceptis eius ambularet & faceret ea. Manet ergo in statu Euangelij obligatio seruandi mandata, sicut manet promissio retributionis obseruantibus ea. Quod ex hoc Euangelio oportet, & fructuose contra hæreticos demonstrari poterit: Planè sicut Iudeis temporalia bona Deus abstulit transgressentibus mandata eius, ut tota uetus historia commemorat, sic Christianis æternam bona (quorum figura & typus erant illa temporalia) Deus auferet non seruantibus dabit uerò & conferet seruantibus mandata eius. Nam ut apud illos, promissio illa, *Ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus*, conditionem habebat obseruandi mandata, sicad

Charitas facit filium Dei, & templum Spiritus Sancti. Ephos. 3.

Leuit. 16.



nos eandem eodem modo pertinere Apostolus loco citato docuit, & Christus in hoc Evangelio confirmat. Apollolus enim hac veteri promissione prolata, & alijs quibuscumque adiunctis ex Isaia & Hieremia subiungit. *Hae ergo habuerunt promissiones charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & Spiritus perficiamus sanctificationem in timore Dei.* Docet apertissime ex promissionibus eisdem ex parte Dei (quia & ad nos quoque illae pertinent, & extenduntur eandem obligationem ex parte nostra, ut omni deposita iniquitate, omnem perficiamus sanctificationem, ubi in timore Dei, non in fiducia haeretica solas promissiones apprehendendo, & mandatorum observationem, à negotio salutis & iustificationis coram Deo, excludendo ac praetermittendo. Idem facit Christus in hoc Evangelio. Antequam promittat, *ad eum uenimus & mansionem apud eum faciemus*, quod perinde ualet atque illud verus, *ero illorum Deus & ipsi erunt mihi populus*, praemisit. *Qui diligit me, sermones meos seruabit, &c.* Impie ergo haeretici solam fidem praedicant, frustra fiduciam, & specialem illam suam iactant, inaniter apprehensionem promissionum suarum, nefarie charitatem, & obseruationem mandatorum à causa salutis necessaria excludunt. Pater diligit eos, Pater & filius ueniunt ad eos, & manent, siue ad gratiam, siue ad gloriam apud eos, qui diligunt Christum, & seruamus mandata eius.

2: *Paracletus Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia quaecumque dixerit uobis.*

Spiritus S. duplex officium.

Instit. lib. 4. ca. 8. nu. 3.

Locus obseruandi duplex, & plenum officium Spiritus S. quoad ueritatis doctrinam, contra singularitatem Caluini suorumque blasphemiam, qui ex his duobus alterum prorsus Spiritui S. demit, & ad alterum astringit. Sic uultu bic impius ille. *Ille restrictio attendenda est, ubi patet Christus hoc loco non solum dixit. Suggester uobis omnia quaecumque dixerit uobis, ex quibus uerbis, etiam falso id quod*

hanc suam restrictionem blasphemus haereticus colligit, sed etiam dixit: *Ille uos docebit omnia.* Docet enim Spiritus S. malum, quae Christus ore, & uia uoce non docuit, ipso Christo hoc affirmate, ac dicente: *Adhuc habeo multa uobis dicere, quae non potestis portare modo.* De quare in alia Dominica satis multa diximus. Suggester praeterea uere in memoriam redocendo, siue ad intelligentiam mentes illuminando, quae cum; Christus dixerit: id est, uel olim dixerat uia uoce à Apostolos docens, uel postea dicturus erat, per Spiritum S. Ecclesiam perpetuis seculis docens. Christus enim in Spiritu S. uos uiuere hodie docet. Vnde alio in loco Christus: *Cum uenerit ille Spiritus ueritatis, docebit uos omne ueritatem. Non enim loquitur à semetipso, sed quaecumque audierit loquitur. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit uobis.* Quae omnia non eum sensum habent, quae impii ponit Caluinus, Spiritum S. nihil aliud docere, quam quod prius Christus ore suus docuerat, quasi ministrum & legatum Christi, sed ideo hoc dicit Christus, quia Spiritus S. Spiritus eius est, & ab ipso quoque procedit, & sicut ab ipso est, ita & ex ipso loquitur. Haeretici hodie ut impium suum sensum astruerent abusi sunt turpiter uerbis Theophylacti in hunc locum. Quum enim in Christi uerba sic commentetur. *Τὸ ὅτι αὐτὸς ἀκούσας τοῦτο. ἡ λέξις τὸ μὲν ἐν αἰτοῖς τῶν τοῦ Χριστοῦ δὲ ἀέρας.* ea uerba sic Oecolampadius vertit: *Quum dicit, quaecumque audierit, hoc significat, quod nihil docturus sit extra ea quae Christus docuit.* Moxque ponit in margine, ne forte olectanti lectori sententia excideret. *Spiritus nihil aliud docet, quam quod Christus docuit.* Atqui corruptio est manifesta. Graeca enim Theophylacti hanc sententiam habent. *Quod dicit, quaecumque audierit, hoc significat, quod nihil docturus sit extra ea quae Christus sunt.* Et istam subiungit. *Sicut igitur & Dominus ipse dicens de se, Quaecumque audierit à Patre loquor, non ut discipulum se, aut paruum introducat, sed quod nihil sciat, uel docent, quae quae Pater, ita & de Spiritu dicendum.* Nō uult ergo Theophylactus dicere Spiritum sanctum nihil aliud docere, quam quae Christus una uoce docuit, ut eum contorquent haeretici, sed Spiritum sanctum nihil aliud docere, quam quae ipsius Christi sunt, quod à Cyrillo didicerat, qui hunc lo-

Caluini blasphemiam. Ioan. 16. Dom. 4. post Pascha.

Ioan. 16.

Oecolampadius falsarius, & corruptus interpret.



In Ioan. li. i. cap. 4. i. cum sic exponit [Non aliam & diuersam quam Domini docuit disciplinam sequetur. Nec alias leges feret, sed quæ quæ mens Christi sit, ea quæ Christi sunt reuelabit.] Hætam Caluini uerba & Oecolampadi corrupto, quæ in cæteri hæretici sedulo sequuntur, populo exponi non in eodem modo poterit. Quomodo autem Spiritus S. Ecclesiam peccaturo doceat, etiam multa quæ Christus non docuit, in eodem Euangelio dictum est.

Do. 4. post Pascha.

DOMINICA SS. TRINITATIS.

Matth. 28

1. Docete omnes gentes.

Ecclesie magisterium circa fidem.

LOCUS ostendendi magisterium Ecclesie circa doctrinam fidei, Christus accepta cælesti potestate in celo, & in terra dixit. *Euangelium ego docete omnes gentes, id est, Quia nihil aliud ut homini potestas data est, & ego ex terra habeo, uobis omnem potestatem committo. Ego hæreticus docui Iudeos, nos nunc docete omnes gentes. Meam doctrinam qui ex Iudeis crediderunt, tanquam discipuli audierunt. Vestram doctrinam uolo, ut omnes gentes audiant. Ecclesia igitur doctorum loco constituitur, id est Ecclesie magisterium Apostolorum successorum. Necesse est igitur, ut cæteri se discipulos agnoscant. Proprie hanc docendi potestatem Apostoli obedientiam exegunt. *Gratias ago Deo quod obedistis ex corde, in eadem sententiam doctrinam, in qua traditi estis. Rursum. Si quis non obediuit uerbo nostro, hunc notate per epistolam, & ne communiemini eum. Et iterum. Obedite præpositis uestris, & subiacete illis.* Præclare ad hanc rem Augustinus. [Aures Catholicæ eruditæ sunt in gremio matris Ecclesie.] Notanda & explicanda populo hæc sunt propter superbos hæreticos [qui dum uolunt esse discipuli ueritatis, sunt magisterii erroris,] ut eleganter scripsit Leo Magnus. Dum contenti Ecclesiam docentem, [uolentes ipsi esse legis doctores, non intelligunt, neque quæ] loquuntur, neque de quibus agunt. Sed sunt de numero eorum, de quibus Apostoli de-*

Epist. 10. cap. 1.

Ante. *Quid a ex nobis exeuntes turbauerunt uos uerbo, uerentes animas uestras, quibus non mandauimus.* Act. 5.

2. Docentes eos seruare omnia quæcumque mandauimus uobis.

LOCUS ostendendi magisterium Ecclesie circa præcepta morum. Ecclesia enim hic accipit potestatem docendi nos quæ sunt mandata Dei, ut ea seruamus. Locus etiam ostendendi obseruationem mandatorum esse baptizato cuiuslibet necessarium. Ideo Christus postquam dixit, *baptizantes eos, &c.* hoc adiunxit, *docentes seruare quæcumque mandauimus.* Obserua ergo ex hoc loco contra hæreticorum solam fidem saluantem, quod quemadmodum *circumcisus debitor est uniuersæ legi Moysæ faciendæ*, ut Paulus ait, ita baptizatus debitor est omnium mandatorum Christi obseruandorum. Hanc ob causam Petrus quibus baptismum prædicauit, eosdem solum penitentiam docuit de præteritis dicens. *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque uestrum, uerum etiam adiunxit de fugiendo peccato in posterum, & seruandis mandatis Dei dicens, Eripite uos ab hoc seculo nequam.* In his enim uerbis [ait Augustinus] erat mortuorum operum condemnatio, qui nequiter agunt huius seculi dilectores, & uoce uitæ commendatio, quam teneant ac sectentur, qui se ab hoc seculo prauo eripiunt. Hæc enim omnia quæ breuitatis causa Lucas tacuit, Petrus tunc docuit, ipso etiam Luca attestante. *Alijs etiam uerbis plurimis testificatus est, & exhortabatur eos dicens, Eripite uos ab hoc seculo nequam.* Vide plura in festo SS. Simonis & Iudæ.

3. Quæcumque mandauimus uobis.

LOCUS mouendi audientes, hæc uerba non esse aliam quam restrictionem Apostolicam, uel Ecclesiasticam repellitur. potestatis circa præcepta morum, quæ nihil aliud seruandum docere possint Apostoli, & eorum successores, quam quæ Christus uita uoce Apostolis mandauit, hinc ex hoc loco colligit Caluinus: eandem hæc superba uox est. [Nempe si Apostoli sunt, ne garrant quicquid uox est.]

Ecclesie magisterium circa leges morum.

Gala. 5.

Act. 2.

De fide & operibus. ca. 9.

Act. 2.

Calumnia hæretica repellitur.

Institut. lib. 4. c. 3. num. 4.



156 *Promtuarium Catholicum*

collibitum fuerit, sed mandata eius à quo missi sunt bona fide perferant. Hæc ille. Aliter illa intellexerunt Apostoli, nempe generale quidem esse mandatum, ut omnia Christi præcepta ab eius ore accepta seruanda docerent, non autem restrictiuum esse mandatum, & ut illa sola seruanda docerent, quæ Christus uina uoce docuerat. Memorant. n. ipsum Christum illis dixisse, quod Spiritus sanctus multa illos adhuc progressu temporis doceret, quæ illo adhuc cum illis conuersante portare non poterant.

Quamobrem multa de facto mandauit Apostoli, quæ non ex ore Christi, sed dicente Spiritu sancto didicerunt.

Ioan. 14

Act. 13

1. Cor. 7.

Ut illud: *Visum est Spiritui sancto & nobis, non aliud uobis imponere, id est, mandare quam hæc necessaria.* Sed & Paulus solus: *Cæteris, inquit, ego dico, non Dominus. Si quis foris uxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam.* Et paulo post uiduis dicit: *Remane eris si sic permanserit secundum meum consilium. Puto autem quod & ego Spiritum Dei habeam.* Deniq; suas ordinationes quasdam, non iam per modum consilij, sed etiam uel

1. Cor. 14

Domini mandata prescribit, dicens. *Si quis uidetur propheta esse aut spiritalis, cognoscat quæ scribo uobis, quia Domini mandata sunt.* Postremò D. August. hanc à postolorum, & Ecclesiæ potestatem plura præcipientem, quæ Christus uina uoce mandauit, exponit esse illam supererogationem Euangelicam, quam in parabola stabularij docuit Saluator, dicens. *Si quid supererogaueris, dum rediero reddam tibi.* [Si quid (inquit August.) super Euangelium meum, tanquam misericordiam consecutus, ut esses fidelis, ad eius utilitatem sapueris, dum rediero iudicaueris mundum, reddam tibi.] Idem ex eadem parabola docet eleganter Oportus contra Patmenianum.

Luce. 10
Hypog.
lib. 3.

Lib. 6

4. *Ecce uobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi.*

LOcus insignis obseruandi contra hæreticos, perpetuam Christi assistentiam cum Apostolis, & eorum successoribus, [non enim, (ait Agust.) hoc solis Apostolis loquebatur, qui usq; ad consummationem seculi non erat

Enarrat. in
Psal. 47

sed illis loquebatur, & nos significabat.) docentibus omnes gentes, baptizantibus eos, & docentibus seruare mandata eius, id est, Christus est semper omnibus diebus (non per interualla & interruptiones) usque ad finem seculi (non usque ad aliquot centenarios annorum) cum Ecclesia sua Sacramenta administrante, uerbum Dei docente, & mandata Dei explicante. Unde sequitur nec in doctrina uerbi, nec in præceptis morum, nec in administratione Sacramentorum, errare, ullo unquam tempore, uel die Ecclesiæ posse. Illud enim, *uobiscum*, ad superiora refertur, & pro superiorum confirmatione adicitur, ne fortassis Apostoli tam ampla potestate, & commisione accepta, de uiribus suis distiderent, aut desperarent. Ideò ad attentionem eos mouens, & animos eorum noua quadam alacritate perfundere uolens, præmittit huic dulcissimæ promissioni illud, *Ecce, dicens. Ecce ego uobiscum sum, &c.* Uobiscum inquam baptizantibus, uobiscum docentibus, uobiscum in uera mandata seruare iubentibus. Et quia ego uobiscum sumi perpetuo, nolite quicquam dubitare. Ego enim mea spiritali præsentia, mea gratia, mea inspiratione, sic uobis adero, ut nec in Sacramentis, nec in doctrina fidei, nec in præceptis morum præscribendis, ullo unquam tempore, ulla ætate, ullo die errare possitis. Hæc est uis uerborum

Christi ab omnibus Christianis diligentissimè retinenda, ut in Ecclesiæ Catholice gratia sic a Christo Salvatore solidatæ & communitæ, secure se & indubitanter continent.

Perpetua
Christi as-
sistentia
cum sua
Ecclesiâ



DOMINICA III.

post Pentecosten.

Luc. 15.

I. Gaudium erit coram Angelis Dei, super uno peccatore penitentiam agente.

Angeli, & Sancti cognoscunt nostra.

Lucæ. 10.



OCVS ostendendi contra hereticos, actiones nostras omnes seu bonas, seu malas, seu peccata, seu penitentiam peccatis; Angelis Dei, & sanctis omnibus, quoru[m] eadem est conditio[n]ib[us]. sicut in Christo de sanctis; *Erunt sicut Angeli Dei* esse cognita, & explorata.

Nisi n. cognoscere[n]t conversionem, & penitentiam peccatoris, de illa non gaudere[n]t. Cognoscunt autem Angeli & Sancti actiones nostras, ideoq[ue] & preces ac desideria nostra sciunt, (quod negant heretici) vel quia in Deo omnia uident, iuxta illud. *Sequuntur agnum quocumque ierit, ut ea illo loco colligunt* S. Hieronymus, & S. Gregorius Romanus, cuius hæc sunt uerba. *Quid de his qua scienda sunt nesciunt, qui scientem omnia uident?* Vel singulari quodam Dei munere & reuelatione, ut cenfer Gregorius Nazianzenus in oratione funebri sororis Gorgoniae: & Augustinus in lib. de cura pro mortuis gerenda. De cura autem & affectione Angelorum erga nos, quomodo diligunt diligentes Deum, deserunt deserentes Deum, &c. uide August. Docet autem satis clarè & aperte S. Scriptura tum unicuique peccati, tum citra unicuique personæ certos ac peculiarios Angelos à diuina bonitate ad custodiam esse deputatos. Apud Danielem, & *princeps Persarum qui 21. diebus restitit Michaeli, & princeps Grecorum, & ipse Michael* (quem *princeps Indica gentis* appellat Dionysius Arcopagita) commemoratur. In Euangelio tum de paruulis dicit Christus. *Angeli eorum uident faciem Patris mei, qui est in caelis*, tum in Actis Apostolicis legitur, Petro ex carcere elapso, quum ad domum Mariæ matris Ioannis uenisset; eos qui in domo erant non credentes Petrum pulsasse, dixisse: *Non est ille, sed Angelus eius*. Ex qua forma loquendi patet fidenter creden-

Daniel. 10
Cal. hier.
rarc. c. 9.
Matt. 18.
Actor. 12

credentium tunc fuisse, certum fuisse unicuique Angelu[m]. Alioqui nunquam dixissent, *Angelus eius est*, sed Angelus aliquis est. Neque Christus dixisset, *Angeli eorum uident*, &c. nisi cuilibet paruulo, aliisque similiter (non enim magis paruulis quam grandibus assignatur Angelus, quum in periculis peccati magis hi quam illi uerterentur) certus, & proprius angelus esset. Hæc breuiter hoc loco contra hereticos, qui hanc Angelorum peculiarem custodiam plerique negant, obiter afferri poterunt. Plura uide in festo S. Michaelis.

2. Quam super non aint ganouem iustis, qui non indigent penitentia.

QUum Christus hoc loco iustos dicat non indigere penitentia Calvinistarum error manifestè refellitur, qui sustinet solos iustos posse agere penitentiam: nec ad agendam penitentiam idoneos esse posse, nisi qui iam per fidem specialem, qua sola hominem iustificari uoluit, coram Deo iustus sit: ut docet accuratè Calvinus Instit. lib. 3. Quam impiam sententiam refutatam, uide in parte Quadragesimali, in Sabbato hebdom. 2.

DOMINICA QUARTA
post Pentecosten.

I. Ascendens in unam nauim, qua erat Simonis.

Lucæ. 5.



OCVS obseruandi contra hereticos, unum inter alia illustre Christi factu[m], quo unius Petri futuram prerogatiuam demonstrat. Primum, quum multe alie essent naues, non nisi in Simonis Petri nauem conscendit, docturus populum, significans fore ut ex una Petri nauicula Christus semper doceret, & in ea tanquam una principali Cathedra ueritatem perpetuam collocaret. Sic Patres agnouisse uidentur. Inter quos S. Cyprianus. [Christus,

Petri prerogatiua.

In lib de
unita. Ec-
cle.Lib. 1. Epi.
1. lib. 1.Epist. ad
Damas.
tom. 2. in
Psal. 106Vide Prin-
ci. fid. doc.
l. 4. cap. 21Lib. 4. ca.
ult. in Lu-
cam.In Ancho-
raci.

Aut (inquit) ut unitatem manifestaret, unam cathedram constituit, & unitatis eiusdem originem ab uno Petro in-
cipientem sua auctoritate disposuit. Primatus Petro datur, et
una Christi Ecclesia, & una Cathedra monstratur. Idem
alibi vocat Petri Cathedram, [principalem Cathedram, in-
de titulus Sacerdotis extra est.] Sic Operatus. [Ceteri Ap-
ostoli singulas quisq; Cathedras habuerunt. Petrus habuit
singularem, & unicam Cathedram, & principalem, ut in illa
una Cathedra unitas ab omnibus seruetur.] S. Hiero-
nymus hanc principalem Cathedram agnoscens sic scri-
bit. [Ego Cathedra Petri comunione confortior. Quicum-
que extra hanc domum agnum comederit, prophanus est.]
Sic scribit Ambrosius. [Petri Cathedra est exitus aquarum in
suum, ut quicumque foras ab illa exierit sic pereat.]

Quomodo autem ex una Petri nauicula Christus sem-
per docetur, id est, ex Petri Ecclesia, que Romana est, con-
que aspiciis fidem per orbem terrarum propagauerit, du-
cumento sunt uniuersa ista Occidentalis, uel potius Se-
pentrionalis orbis prouincie Romani Pont. opera, & am-
spicijs ad Christum conuersae. Item hodie tota ueritatis
India amplissima regna Christi fidem complexa.

2. Dixit ad Simonem, Duc in altum.

Secundo cum omnibus nauicularijs diceret Christus:
*Laxate retia uestra in capturam, soli Petrus dixit, Duc
in altum, id est [in profundam disputationum] ait Ambro-
sius. [Quid enim tam altum, quam altitudinem diuinita-
tis uidere, scire De filium & professionem diuinae gene-
rationis assumere?] Hoc dempe primus & solus Petrus a
Patre caelesti edocuit fecit: & haec sublimis doctrina in Ca-
thedra Petri nunquam defuit. Duc in altum, quia in una
Petri cathedra omnes de fide difficultates, & quaestiones
subtiles dissoluntur. Sic Epiphanius. [In Petro (inquit)
omnes minutissimae, & subtilissimae quaestiones, que ad fi-
dem pertinent explicatae inueniuntur.] Nec aliter Sanctus
Basilius in epistola ad Roman. Pont. per Sabinum Diaconum
data. [Quia (inquit) tuae pietati datum est, quod ad ad-
ternum est a legitimo, & puro discedere, ac fide Patrum
sine ulla subtractione predicare. Quare ab hac Cathedra
Petri*

Petri petit Sanctus Hieronymus, ut per Epistolas Damas-
si Rom. Pont. [sive tacendarum, sive dicendarum hypo-
theson illi detur auctoritas.

3. Concluserunt piscium multitudinem copiosam.

Ex hoc eris homines capiens.

Tertio per hanc copiosam piscaturam, dicens Petrus
in altum, ostendit & significat Christus qualis tandem
hominum piscator Petrus futurus esset: qualis & quantus
Ecclesiae pastor ac magister, certe Ecclesiae Catholicae per
omnes gentes longe lateq; diffusae. Sic alibi quum iuben-
te Christo in dexteram dexterae) rere in) tere) nec) uat) e) e)
illud trahere pra multitudine piscium, *ascendit Simon Pe-
trus & traxit rete in terram, plenam magnis piscibus. 13. 3.*
Sic postea uon iam pisces, sed hominum Petrus uno in altu,
una predicatione 3000. cepit. Ostendit hoc facto Christus
fian) Ecclesiam, in qua Petrus piscatur, in qua Romanus
Pontifex sedebit, nec paucorum nec latentem, sed uniuersa-
le, fore, ut in Symbolo protestetur. [Ideo in Symbo-
lo dicitur] (ait August.) *Stella sanctam Ecclesiam Catho-
licam: [id est toto orbe diffusam, quia diuersorum haere-
ticorum Ecclesiae idem Catholicae non dicuntur, eo quod
per loca & per suas quaeq; prouincias continentur: licet ue-
ro ab orbe totis, usq; ad occasum unius fidei splendore dif-
funditur. Haec ille. Quem sequitur uenerabilis Beda. [Li-
quid (inquit) patet inde Catholicam uocari Ecclesiam,
quod per totius mundi partes in una pace, in uno timore
Dominii edificetur.] Hoc aut probauerat ex illis Christi
uerbis: *Eritis mihi testes usq; ad ultimum terrae. Idem se-
pe probat August. ex illis Christi uerbis: predicare oportet
in nomine eius penitentiam, &c. per omnes gentes incipien-
tibus ab Hierosalem. Deniq; ex Esaiæ uerbis idem probat
alio in loco, contra Gaudencium haereticum disputans. Ad-
dit (inquit) furori tuo uerba blasphemiae, et audas dicere Ec-
clesiam Catholicam humanam esse signatum, cui Deus dicit,
Dominabitur tui qui fecit te: Dominus exercituum nomen
eius. Et ut sciamus ipsam esse, sequitur & dicit: Et redemptor
tuus S. Israel, Deus uniuersae terrae uocabitur. Tenentes ergo
Ecclesiam, qua dilatatur per oes gentes, non signentur signum
humana-**

Ioan. 21.

Actor. 1.

Serm. 18
de Tem-
poreIn com.
super Car
c. 6.Actor. 2.
Luc. 24
De unit.
Eccl. c. 9.Li. 1. c. 17.
Cont. Gau-
dentium,

Esaiæ, 54.



humanum, sed promissum factumque diuinum. Hec ibi ille Describitur igitur vera Christi in terris Ecclesia, cum in locis, tum in hoc Euangelio, vt multitudo piscium copiosa, vt Catholica & per omnes gentes diffusa multitudine, non vopancorum schisma separatum & secta recalcitra vel (vt loquitur Pacianus) ut insolens portuancula cubo quo collectum.

Epist. 1. ad Sempronianum.

DOMINICA QUINTA post Pentecosten.

1. Nisi iustitia vestra abundauerit plusquam Scribarum & Pharisaeorum, non intrabitis in regnum celorum.

Bonorum operum necessitas.



OCVS obseruandi contra haereticos sine iustitia bonorum operum nempe (qui vt ea faceret aetatem habuit, non adultos Christus alloquitur) intrantem in regnum celorum. Inter ceteros enim falsas Pharisaeorum iustitias, vna cognoscere legem & profiteri, sed non

Ioan. 7. Rom. 2.

facere. Hanc Christus notauit dicens: Nonne Moyses ait vobis lege, & nemo ex vobis seruat eam? Et Paulus simul. Qui in lege gloriaris per prauaricationem Deum inuoluitur. Sic haeretici per solam fidem se Deum cognoscere, & canones scripturas tenere gloriantur, bona autem opera quam nihil ad salutem necessaria contemnunt. Docet autem hoc loco Christus non solum professionem, & cognitionem, sed etiam obseruationem legis esse ad salutem necessariam. Docet non solum occidere, sed nec irasci, uel maledicere. Docet non solum, non mechari, sed nec concupiscere mulierem. Docet ergo iustitiam operum ad salutem esse necessariam, tamque exactiorem, & perfectiorem, quam in veteri lege praescriptam fuisse opinarentur Pharisaei.

Calumniarum haereticorum repellunt.

Locus etiam defendendi Ecclesiam Catholicam ab ingenti hoc loco, & varia calumnia haereticorum. Quia enim una iustitia Pharisaeorum erat mera superstitio, quae videlicet

videlicet et proprijs quibusdam polijs, & obseruationibus, extra & contra Dei mandata, sine ulla iusta autoritate introductis Deum colebant, veramque in illis iustitiam querebant, vt non manducare nisi lotis manibus, ne lacta parentum cura oblationes in templum inferre, varia baptis-mata calicum, vycerum, aramentorum, & lectorum frequentare, calumniantium haeretici propter similes superstitiones, & traditiones non scriptas in uerbo Dei Catholicorum iustitiam esse Pharisaeis similem. Sed uero iustitia Christianorum, quae super hanc Pharisaeorum abundat, non est omnem Ecclesiasticum, & religiosum Dei cultum in scripturis non expressum prorsus repudiare (sic enim: Dum uisus fluiti uita in contraria euerunt,) sed est iuxta Dei & Ecclesiae Catholicae traditiones (non iuxta priuatas opinioniones) cum ueteri fide & interna pietate Deum colere. Habet Ecclesia Christi suas traditiones Seniorum, de quibus scriptura dicit: Praambulabat Paulus confirmans Ecclesiam, & praecipiens custodire praeccepta Apostolorum, & Seniorum. Et de traditionibus, seu constitutis a Apostolicis octo libros conscripsit Clemens. Alias postea pro ratione temporum, & personarum Concilia Episcoporum statuerunt, quibus singularem auctoritatem, & reuerentiam antiquitas semper tribuit. Vnde D. Basil. Apostolicum, inquit, arbitror esse etiam in non scriptis traditionibus perseverare. Laudo enim, (inquit Apostolus) vos, quod omnia mea meminitis, & quemadmodum tradidi uobis, traditiones obtinuitis, quas accepistis sine per sermonem, sine per Epistolam. Quae Apostoli uerba tractans Chrysostomus: Hinc patet, inquit, quod non omnia per epistolam Apostoli tradiderint, sed multa etiam sine literis. Eadem uero fide digna sunt illam quam ista itaque tradidit Ecclesia sine dignam esse putamus. Traditio est. Nihil quaras amplius. Hec ille. Sed & de his Aug. Multa, inquit, non inueniuntur in literis Apostolorum, & tamen quia custodiuntur per uniuersam Ecclesiam non nisi ab ipso tradita, & commendata creduntur. Hac ille. Rursum quia Pharisaeorum iustitia erat in minutioribus caeremonijs ingentem curam ponere, maiora autem mandata licenter transgredi, mentam, & uisam, & amissis decimare, iudicium autem, & caritatem Dei praeterire, hanc

Matth. 15. Marci 7.

Act. 15.

Lib. de Spiritu S. cap. 29. 2. Thess. 2.

Hom. 4 in 2. ad Thes.

Debapt. con. Don. 1. 2. c. 7.

Luc. 11.



heretici hodie calumniantur Pharisæicam esse iustitiam, si quis ieiunium strictius obseruet, preces canonicas precorare non audeat missam non audire die constituto pro pecculo habeat. Sed non advertunt, quod Christus Pharisæos dixit: *Hæc oportuit facere, & illa non omitters.* Pharisæorum ergo iustitia erat parua seruare, maxima negligere Christianorum & Catholicorum iustitia est magna seruare, & parua non negligere. Hæreticorum iustitia est, ut parua nec magna seruare, sed per solam fidem saluati ubi certam promittere. Denique talis est eorum iustitia, qualis olim Donatistarum fuit, de qua sic Augustinus ait: [Habetis res magnas, quas inter uestras iustitias uenerit diuisionem Christi rescissionem Sacramentorum Christi desertionem pacis Christi bellum contra membra Christi criminationem in coniugem Christi, negationem promissio iu Christi.] Hæc ille, quæ omnia in nostros hodie hæreticos adamuillim quadrant. Per schismata enim diuidunt Christum. Per nouas doctrinas rescindunt sacramenta Christi, dum septem ad duo restringunt, & illa duo uarijs hæresibus contaminant. Defertunt pacem Christi, recedendo ab unitate Ecclesie Catholice. Bellum gerunt contra membra Christi persequendo Catholicos, ut & armis & eruentis legibus, ubi superiores esse possunt. Criminantur coniugem Christi, falsis accusationibus Ecclesie prælatos traducendo: denique negant promissa Christi, de perpetuitate, firmitate, charitate, propagatione & amplitudine Ecclesie sue, de stabilitate fidei Petri, de perpetua Spiritus Sancti assistentia, aliaque per multa.

Rursum quia Pharisæorum iustitia erat hypocritica, & per externas quasdam obseruationes Deo seruire, per neglecta interna cordis iustitia, iuxta illud Christi: *Pharisæe, quod desoris est calcis & catini mundatis, quod autem intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate.* & rursum. *Similis estis sepulchris dealbatis, &c.* Hæretici hodie omnem externam sanctimoniam, pro iustitia Pharisæica traducunt, & in alterum extremum, id est, in apertam iniquitatem, ne forte hypocritæ fiant, dilabuntur. Sed Christus non simpliciter externam sanctimoniam damnat,

damnat: (Vult enim *Opera nostra bona lucere coram hominibus, ut glorificetur Pater noster qui in calis est.*) ac externam condemnat, quæ interna caret. Sed & illud notandū, ubi hypocritis est multa, ubi haud dubie & multa est pietas non quidem in ipsis hypocritis, sed in alijs quibus se similes hypocritæ fingunt. Neque enim fingitur, nisi quod honoratur: ut deusa typha, & herba mala multum exerecens fecunditatis terree argumentum est: sic latè patens hypocritis uirtutum, ueræ pietatis apud alios obtinentis argumentum est. Hæretici uerò, ut hypocritam fugerent, ueram pietatem ludibrio passim haberi fecerunt. Ita ne apud paucos uigat hypocritas, apud omnes aut certe plerisque regnat impietas.

g. Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio. Qui autem dixerit Fatue, reus erit gehennæ ignis.

Locus appositus docendi contra hæreticos, manifestè peccati uenialis & mortalis ex scripturis distinctione: quam idcirco illi impiè negant, ut dum populo persuadent omnia peccata ex sua natura esse mortifera, & æternæ damnationis obnoxia, ex Christi autè gratia per solam fidem esse uenialia, id est, ueniã consequi, tres pestilentissimi errores eorum animis insullent. Vnum, ut hac ratione nullam esse bonorum operum iustitiã contumaciant. Si. n. abiq; peccato nemo est, & omne peccatum mortale est, ne cessario sequitur neminem ratione operum exorta statum damnationis esse. Alterum, ut satisfaciendi omnem pro peccato, qualem à penitentibus scriptura requirit, tanquam impossibilem tollant. Si enim singula & quotidiana peccata (ait Caluinus) mortalia sunt, ideoq; satisfactio non expianda, quam tandem satisfaciendi exitum inueniant, ut quum omnia peccata æque sunt per Christi gratiam uenialia, & equè ex sua natura mortalia, frigidi quidem & improbi Christiani peccata uitate contemnant, quasi omnia uenialia, infirmi uero & pietatis amatores,

Deprim. Cathol.

Ioan. 21.

Hypocritis pietatis argumentum.

Peccatorum discriminè.

Tres impij hereticorum errores, ex negata peccatorum distinctione. Influc. li. 3. cap. 4. nu. 28.



ad desperationem virtutis adigantur, quia omnes qualescunq; defectus peccata sunt mortalia. Docet autem prorsus Evangelium manifestam esse peccatorum distinctionem, & quorundam quidem gehenna obnoxium facere, id est mortalia esse, quorundam vero non gehenna sed iudicio, & concilio, quod discrimen quale sit, Pates explicant. Aug. explicatio hac est. [Quid interest inter reum iudicio, & reu concilio, & reu gehennae ignis? Na hoc postremum grauius est, & admonet quosdam gradus factos a lenioribus ad grauiora, donec ad gehennae ignis venirent. Et ideo sic ut uisus est reu esse iudicio, quam reu esse concilio, ita lenius est reu esse concilio, q̄ esse reu gehennae ignis. Itaq; oportet ut lenius esse intelligatur irasci sine causa fratri, q̄ dicere Racha, & turis lenius esse dicere Racha, q̄ dicere Fetue. Non. n. reatus ipse haberet gradus nisi gradatum de peccata commemorarentur. Hac ille. Et paulo post: Gradus sunt que sunt in istis peccatis. In primo ira sola, in secundo, ira, & uox quae iram significat in tertio, & ira & uox, quae iram significat, & in uoce ipsa certa uituperationis expressio. Ad eandem modum Greg. Magnus: Per gradus culpa peccati ordo sententiae, quia in iudicio adhuc causa discutitur, & concilio aut ira est sententia definitur. In gehenna uero ignis, ea quae de concilio egreditur, infra expletur.] Aliqua scripturae, quae hanc mortalium, & uenialium peccatorum differentiam explicant, haec sunt. *Elyce primum irasce de reu lo tuo; & iure uidebis egera festucam de oculo fratris tui.*

Moral. li. 21. ca. 5.

Math. 7. In com. ibidem.

Hom. 16. de uerbis Domin. 1.

Cor. 3.

Dial. li. 4. ca. 39.

De his loquitur [ait Hieron.] qui cum ipsi mortali crimine teneantur obnoxii, minora peccata fratribus non conuocant. Similiter Aug. [Festuca in oculo ira est. Tribes in oculo odii est. Multum interest inter peccatum irascentis, & exciliatam odio habentis. Festuca turbat, Tribes extinguit.] Recitatum q̄ Paulus ait quosdam [aedi ficare super fundamentum id est super fidem Christi, ianuum, argentum, lapides preciosos, id est bona opera; alios uero aedificare ligna, fenum, stipulas, id est peccata, utiq; tamen saluos esse, de peccatis uenialibus exponunt Pates. Vt August. De ciuit. Dei libro 20. cap. 6. Vbi hoc ait esse. [an aie uorem, & alia terrena non tamen sic ut Christo praeponantur.] Greg. Mog. [Peccandum sollicitus est, qui illum per igne dixit posse saluare]

non qui super hoc fundamentum ferrum, & uel plumbum aedificat, id est peccata maiora, & idecirco duriora, atq; tunc iam insolubilia, sed ligna, fenum stipulam, id est peccata minuta, atque leuissima, quae ignis facile consumat.] Vide plura de hac peccatorum uenialium & mortalium distinctione in Opusculo nostro de iustificatione.

Lib. 12. c. 6 & seq.

3. Si offers munus tuum ad altare, &c.

Dicit hoc loco Calvinus, [Christum pro illius seculi ratione de sacrificijs loqui, hodie dissimilem esse nostram conditionem.] Sed ut Christi doctrina eadem ac perpetua omnibus seculis sit, nec ad illud solum tempus restringatur, quo Iudaeorum sacrificia ad Dei cultum pertinebant [quo nihil magis absurdum] necessarium fatendum est non solum in quolibet pio opere ad Dei cultum destinato, hanc legem ualere, [qui tantum tropologicus est huius loci sensus] sed Christum ad licentiam de futuro in Ecclesia sua sacrificio externo [quod haeretici hodie agnoscere nolint] hanc legem tulisse. Nam & nos habemus altare, de quo edere non possunt, qui deseruiunt tabernaculo, ait Paulus: de quo etiam sacrificio dicit, *probet seipsum omnis homo, & sic de pane illo edat, &c.* Summa autem probationis pars est, ut omnis cum fratre similitas penitus aboleatur: quod hic imprimis Christum spectasse veteres interpretes annotarunt. Chrysostomus homilia 16. ubi ait: [Audiant hi qui sacris mysterijs initiati cum inimicis suis ad communionem altaris accedunt.] Rursum homil. 11. operis imperfecti: Hilarius & Augustinus lib. 1. cap. 20. de hoc serm. Domini in monte.

Sacrifici altaris huius Ecclesia.

Heb. 13.

1. Cor. 11.



DOMINICA VI. POST Pentecosten.

Marci. 8. Et habeban pisciculos paucos, & ipsos benedixit, &c.

Benedictio creaturarum.

Marci. 6.

Lucas 9.

Lucas 24.



OCVS opportunus obseruandi contra hereticos Christum Dominum in suis miraculis, & multiplicatione creaturarum, non solum Deo patri eleuatis oculis gratias egisse (vt volunt heretici) sed etiam ipsas creaturas eleuatis manib. benedixisse et sua benedictione ipsas creaturas sanctificasse ac multiplicasse. Nam in hoc Euangelio S. Marcus sicut de panibus dicitur Accipiens septem panes gratias agens fregit, sic de piscib. dicitur ipsos benedixit, & iussit apponi. Afirmat ergo ipsos pisces a Christo benedictos fuisse, vel ipsi piscib. Christum benedixisse. Eodem sane modo quo idem Marcus c. 6. narrans aliud miraculum de quinq; panibus & duobus piscibus, dicit Accipit quinque panibus & duobus piscibus intruens in celum benedixit & fregit panes. Quo in loco non est dubium quin benedictio & fractio ad panes referatur. Si quis tamen dubitare velit, omnem dubium tollit Lucas, qui idem miraculum scribens, sic ait: Accipit quinque panibus & duobus piscibus, reseruit in celum, & benedixit illis, fregit et distribuit discipulis suis. Christus igitur in utroq; miraculo tam quinq; panu, & duoru pisciu. Mar. 6. & Luc 9. quam septem panum & paucoru pisciu. euloru in presenti Euangelio, benedixit panibus, benedixit piscibus, idq; eleuatis manibus super eos, sicuti ascendens in celum, Eleuatis manibus suis benedixit discipulis, (eandem enim benedictionis formam, Christu Dominu ubiq; seruasse dubitari non potest) gratias quoq; egit Patri eleuatis oculis in celum. Unde notandus est, quod etiam apud Euangelistas dux illae voces Graecae ευλογειν & ευχαριστειν benedicere, & gratias agere promiscue accipiantur, vnde Marcus, & Matthaeus Coenam Domini describentes de pa.

de pane dicunt, benedicens fregit, de calice dicunt, Gratias agens dedit eis, rem eandem utrobq; significans (non est enim dubium quin & panem dederit gratias agens, ut Lucas & Paul. scribunt, accepto pane gratias egit & fregit, accepit panem & gratias agens fregit & dixit: & calici quoq; benedixerit dicente Paulo, Calix benedictionis, cui benediximus. Paulus quoq; de eadem re loquens utroq; vocabulo utitur, quod dicit. Si benedixeris spiritus, id est ευλογησας, quod qui supplet locum idiota respondebit amen, super tuam benedictionem, & ευχαρισται) tamen non propterea hoc fit, quia benedicere nihil aliud significat quam Deo gratias agere, ut uolunt haeretici: (Manifestum. n. est, quia ipsas creaturas, panes & pisces, calicem & discipulos, Christus benedixit, iuxta Lucam, & Marcum, & Paulum, sed quia ipsa gratiarum actio non fit sine benedictione aliqua creaturis impertita, nec benedictio creaturarum sine gratiarum actione Deo praestita. Ita diligenter contra haereticos obseruari possunt, qui ab omni creaturarum benedictione (genus hominum hoc nomine maledictum) proflus abhorrent, non solum propter huius Euangelii claram intelligentiam, sed etiam propter actiones Christi in ultima cena factas circa uener. Eucharistiae institutionem clare quoq; perspicuendas. Illic enim accepto pane benedicens fregit, ut hic acceptos pisciculos benedixit: illi panem benedictione sanctificauit, & in suum corpus conuertit, sicut hic paucos pisciculos benedictione multiplicauit. Sic Euseb. Emist. [Quanta uis diuinae benedictionis ut in Christi substantiam diuinae elementa commutentur.] Sic D. Ambros. [Maiorem ait, esse uim benedictionis quam naturae: quia benedictione etiam natura mutatur.] Sic S. Chrysost. [Quemadmodum, inquit, benedictio illa semel dicta, Crescite & multiplicamini praestat perpetui generationi effectum sic haec uox semel dicta, hoc est corpus meum, per benedictionem prolata per omnes mensas Ecclesiae praestat sacrificio firmitatem.] Quemadmodum ergo credimus ex quinq; illis panibus & paucis pisciculis, Christi benedictione multiplicatis, 4000. hominum ad saturitatem manducasse, ita par est credere panem, & calicem Christi benedictione illud factum esse, quod illa esse pronunsiat: Corpus sesciet & sanguinem eius;

Marci. 14. Matth. 26.

Lucas 22.

1. Cor. 11.

1. Cor. 10.

1. Cor. 14.

Homil. 2. de Pascha. De ijs qui initiantur myst. c. 9. In Homil. de prodig. iudae.



Apostolosque ea accipientes vere manducasse corpus, & bibisse sanguinem Christi. Rursus quemadmodum, si hoc miraculo de quinque panibus peracto, Christus dixisset Apostolis suis, *Hoc facite in meam comemorationem* nemini Christiano dubium fuisse quin Apostoli potestatem accepissent multiplicandi panes, seruata illa benedictionis & gratiarum actionis forma, qua Christum usum fuisse uiderant: sic omnino nemò uere Christianus unquam dubitauit quomodo Christus facta illa admirabili conuersione panis in corpus & uini in sanguinem suum, mediante illa benedictione & gratiarum actione, dixit postea Apostolis suis. *Hoc facite in meam comemorationem* quin Apostoli & eorum successores potestatem tuam acceperint efficiendi ex pane, & uino corpus, & sanguinem Christi seruata illa benedictionis, & gratiarum actionis formula, qua Christus tunc usum fuisse uiderant. Sic semper hactenus per omnes aetates credidit Ecclesia. Sed & Christus hoc ipsum miraculum de quinque panibus, quod D. Ioann. recitat, cap. 6. idem fecit paulo ante doctrinam suam de futura manducatione corporis sui, ut est apud S. Ioannem, quia uoluit ex hac panum multiplicatione auditores suos docere & introducere ad sublime illud miraculum credendum de pane quem ipse daturus esset in uitam diuinitatis. Sic de hoc miraculo & conuenienti statim Christi doctrina praedicta annotauit S. Chrysost. [Cur (inquit) Iudaei abiierunt retro auditis illis uerbis. Panis quem ego dabo, &c. hoc propter eorum stultitiam. Quando enim subit quaestio, quò aliquid fiat, simul subit & incredulitas. Nam si hoc (ò Iudae) inquiris, quò potest hic nobis suam carnem dare ad manducandam, cur non idem in quinque panum miraculo dixisti, quò eos in tantum auxit? Sed res ipsa tibi docuit iniquis. Ergo ex eo & hoc credere oportuit ei facillia factus esse. Propter ea quò prius fecit miraculum, ut per illud non essent amplius increduli his quae postmodum diceret.] Haec omnia Chrysost. Vide plura supra in alia Dominica, & in 2^o Chrysost.

Hom. 45. in Ioan.

Domin. 4. Quadrag.

Audiamus hic tamen quomodo hoc loco Caluinus, & Beza non tam eluctari quam apertò Dei uerbo relucta-

non conuenit. [Benedictio hoc loco (ait Caluinus) ut alibi sepe, pro gratiarum actione capitur.] Sed eadem historia apud Lucam posita hanc expositionem manifesti erroris conuincit nisi forte ipsis panibus, ac piscibus, gratias egisse Christus dicere uelit Caluinus, Nā Luc. 9. sic legitur. *Accipitis quinque panibus, & duobus piscibus, respexit in caelum, & benedixit illis, & fregit.* Manifestè dicitur quod Christus ipsis panibus, & piscibus benedixit, i. bene precatus fuerit aspiciens in caelum, ut potestatem hanc benedicens & per benedictionem multiplicandi à celo se accipere profiteretur. Porro idem Caluinus in cap. 19. Matth. ad illa uerba. *Oblati sunt ei paruuli ut imponeret eis manus, ait, Christum oblatos sibi paruulos solenni benedictionis ritu Deus pater esse uoluisse.* Beza in hunc Matthaei locum benedictionem quoque interpretatur gratiarum actionem, quia Matth. 15. & Ioan. 6. in similibus miraculo popitur uox *ευχαριστας* gratias egit, non aut *ευλογησας*, benedixit. Ceterum Luc. 9. ubi non solum petitur uerbum *ευλογησας* benedixit, sed additur relatiuum *αυτου* illis, i. panibus, in hunc modum cauitatur Beza. Nō dubium est (inquit) quin *ευλογησας* hoc loco significet το *ευχαριστων*, i. gratias agere. Quia tamen additur relatiuum *αυτου*, & nimis absurdum cogitare Christum egisse panibus, gratias, aut precatum esse panes, ac pisces, emollienda est haec interpretatio. Dicitur ergo panibus benedixisse, i. de his panibus ac piscibus gratias egisse Deo patri, & simul eum precatus, ut cauitilla panum ac piscium copia tantam multitudinem pasceret. Denique ut totum hoc conuiuium ad Dei gloriam referretur. Haec Beza contra apertam ueritatem euangelicam pertinaciter contendens, & contra stimulum fractae calci transiit. Haec enim expositio sensum literae profus euertit. Nam de panibus gratias agere Deo, non est ipsis panibus benedecere, sed Deo. At Lucas dixit, quod *ipsis panibus benedixit* Christus. Deinde precari Deum pro multiplicatione panum, est rursum actio ad Deum relata, non ad panes. At Lucas, dicit, ipsis panibus benedixit Christus, ut benedictionis actio ad panes ipsos referatur. Denique totum conuiuium ad Dei gloriam referatur, non certe benedictionis esse potuit, sed non ipsa actio, quae ad ipsos panes referebatur, si uera parat Lucas. Sed impudentes

In Harm. ad Matth. ca. 14. In annot. in Nouum test. Beza contra literam Euangelicam pugnat.



Hæretici scriptum uerbi flagitant, sed illud pro suo arbitratu corrumpunt.

Matth. 7.

Cauendi hæretici.

Hom. 19. opet. imperf. in Matth.

1. Ioan. 4.

Rom. 16.

hæretici clamant semper & postulant scriptum uerbum & literæ contextum: Ipsum tamen uerbum & contextum audacissime peruertunt.

DOMINICA SEPTIMA POST Pentecosten.

1. Attendite uobis à falsis Prophetis.



Ocus proprius & insignis diligenter docendi populum fidelem quantopere sibi ab hæreticis cauere debeat. Mandat hic Saluator attendere id est diligenter cauere ab illis. Sic Chryostomus. non dixit aspiciat, sed attendite. Aspiciere enim simpliciter uidere. Attendere autem est caute considerare. Vbi enim certa res est & indubitabilis, aspicitur: ubi autem incerta & dubitabilis, attenditur. Attendere autem uidetur non corporali aspectu, sed uigilantia spirituali. Hæc ille. Sic. S. Ioannes. nolite omni spiritui credere, sed probate an ex Deo sint. Probare & attendere, examen & discussionem significat diligentem. Hic igitur taxanda plurimorum hereticæ negligentia inexcusabilis qui nouis magistris & hereticis tam faciles aures præbuerunt. Sic Paulus iuber eos obseruari & declinari dicens. Rogo uos fratres ut obseruatis eos qui dissensiones & offensiuas præter doctrinam quam nos didicimus faciunt & declinate ab illis. Est autem hæc doctrina multum necessaria, quia difficile est hæreticorum magistrum à catholico, falsum prophetam à uero, lupum à pastore discernere, nisi attendas, nisi probes, nisi obserues. Adulatorum à uero amico, hypocritarum à uero iustis uerisimile à uero difficilius est discernere & distinguere, quam apertum hostem, manifeste impium, & euidenter falsum cognoscere. Et tamen sicut qui bene attendit, probat & obseruat, illa omnia facile discernit, sic & in falsis prophetis accidit. Quomodo ab hæreticis attendendum est, & quas ob causas uide plura in Promptuario Morali in hac Dominica, text. 2.

Tit.

Tiullianus autem hic locus Caluinum uehementer, & perfrictum se sentiens, in hæc uerba protulit. Nimis putidus fuit Papiſta, qui constanda nobis inuidia causa illam Christi nocere præcisit, in illi à pseudo prophetis cauedu esse: ac suis clamoribus efficiunt, ut imperiti causa incognita temere à nobis abhorreant. Et Paulo post: Nimis improbe Christo mandatum abrogant Papiſta, qui inuicelo falso metu miseris animas ab inquisitione deterrent. Sit igitur hoc: primum, eos qui trepidando incognitam doctrinam respuunt uel fugiunt, perperam hoc & minime ex Christi mandato facere. Hæc lupus ille, ut oues Christi à trepidatione & metu lupi reuocet, & ad inquisitionem nouæ doctrine adducat. Nihil quippe magis displicet lupo quam trepidatio ouium, & quod ratio fugiit ab eo. Atqui Christus Pastor noster fugere docuit à lupis, non cum illis disceptare: Oues, inquit, pastorem sequuntur, quia sciunt uocem eius. Alienæ autem non sequuntur sed fugiunt ab eo. Atqui (inquit Caluinus) iudiciū de pseudo prophetis à fructibus eorum facere iubet Christus. Inquirenda igitur & discutienda doctrina uerū est, non ipsi fructus sunt. Hæc iterum lupus ille. Cæterum Christus ad Apostolos quidem & magistros ecclesiarum hæc uerba dicit, [ex fructibus cognoscetis] ut illi in eos diligenter inquirent. [Oues autem & simplicem populum fugere iubet, ut inquirere. Imo (inquit Caluinus) discretionis spirita ubi opus est nunquam destituuntur fideles, qui modo sibi diffusi, & proprio sensu ualere iusto, totos sese illi regēdos tradunt.] Atqui meminisse Caluinus debuit discretionem spiritū non esse uulgare donum aut fidelibus commune, sed paucorum, iuxta illud Pauli. *Alij discretio spiritū, alij genera linguarum.* Deinde hoc donum discretionis spiritū esse proprium magistris & doctoribus, ecclesiarum. [Nō enim omnes Prophetæ, non omnes doctores,] quorum est de doctrina iudicare. Tertio iudicium quoddam discretiū esse sane penes fideles circa ea quæ sunt fidei: sed hoc iudicium in generali tantum esse, non in particulari. Nempe ut facile discernant an doctrina, quæ affertur noua sit, & præter eam quam acceperunt: ut sic eam fugiant ac detesteantur: sicut Paulus, & Ioannes docuerunt. Non autem, ut doctrinam in particulari ex causis, & fin.

In Harto] Evang. in Matth. c. 7.

Caluinus egregie lupum agit

Ioan. 10.

1. Cor. 12. Discretionis spiritum in quibus sit.

Gala 1. 10. epist.



& fundamentis suis examinent, ve sic proprio iudicio discernant, qui verum, quid saluum sit quod proprium est Ecclesiarum in quibus & ubi prima de fide controversia factum vidimus. *Consenerunt Apostoli & Seniores videlicet de verbo hoc.* Adit ad hoc Calvini: si interea meminerimus ad verbum Dei exigendas esse omnes doctrinas; & idcirco iudicandis pseudopropheticis fidem analogiam doctinarum. Hæc quidem vera sunt, sed nec verbum Dei sola scriptura est, ut hic Calvinus accipit, nec hoc verbum Dei vulgus fidelium tam exactè intelligit, ve de quavis nova doctrina ex verbo Dei, atque in casibus & fundamentis suis iudicare possint de iis; si analogia dominatur, quatenus nulla nova doctrina recipienda est, que analogie fidei fidem est, receptam & approbatam in Ecclesia fidei repugnet, quod contra omnes novas doctrinas, adeoque Calvinum ipsum fortissimum argumentum est. Ad hoc volens esse legit Doctorem, nescit quæ loquitur, neque de quibus affirmat. Adit verò Calvinus: [Deinde spectandum est quid Deus Prophetis suis verbis; ministris iniungat quia inde fidelitas fidelium potest.] Sed hoc totum, & quid sit Pastoris officium, non ones ipsæ & vulgus fidelium, sed alij Pastores, & tota Pastorum communitas, vel maxime caput Pastorum, Christi in terris vicarius, iudicare & cognoscere debent. Alioqui nulla esset in Christi Ecclesia sacra Hierarchia, sed plane profana & ethnica anarchia. Sed exemplum illud Calvini vult: Quemadmodum exemplum gratia si nobis proponimus que Paulus in Episcopis requirit, sola illa descriptio ad damnandam totam papalem collationem sufficeret; quia videntur data opera papales sacrificii contra ipsam ideam velle exprimeret. Dixit & abiit. Nam post tam atrocem calumniam sive simpliciter asserere credi vult descriptio Apostolica Episcopi in eo fortasse à Catholicis Episcopis negligitur, quia non est nunc amplius Episcopus [unius uxoris vitæ], sed calibrem vitam agit. Sic opinor. Nam & sic ad illum Apostoli locum garrit Calvinus, cui ad eundem locum respondimus. *Teneamus in certam quam*

Act. 17.

In Antiochia Apost.

quam eger egred lupus Calvinus pro lupis non fugiendis, sed audiendis, contra Christum disparavit.

2. *Qui veniunt ad vos.*

Dvo in his verbis Salvatoris contra hæreticos notanda. Primum quod dicit: *Veniunt.* Hæretici enim non mittuntur: legitima superiorum auctoritate, ut veri Ecclesie Catholice episcopi & pastores, iuxta illud Apostoli, *quos modo pradicabunt nisi mittantur* sed veniunt sua sponte, & sine sola auctoritate facti, nemine vocante, nemine mittente. De quibus conqueritur per Prophetam Deus: *Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant.* Et iterum, *Falsi prophetae uaticinantur in nomine meo, & non nisi eos & non præcepit, neque locutus sum ad eos. Et dicunt, ait Dominus quoniam Dominus non miserit eos.* Sic hoc loco, *Veniunt ad vos*, quum Dominus non miserit eos. Sic Ioannes: *Si quis uenit ad nos, & hanc doctrinam non adserit, neque ei dixerit, sic de ipso Antichristo, cuius præcursor omnes hæretici sunt, ait Christus. Alius uenit in nomine suo, hinc accipiet.* Omnes hæretici veniunt in nomine suo, a nemine missi, vocati, vel ordiati, ut lex ecclesiastica iuxta Apostolicam traditionem in scripturis reuelatam iubet. *Furei veniunt ut mactent & perdant.* Sic hæretici ut oues dissipent.

Alterum notandum est, quod dicit Christus, *ad nos.* Hæretici enim non nisi ad iam Christianos, & Catholicos ueniunt, ut eos subuertant. Non ex hæretis oues fiunt, ex pagano Christianos, sed iam factas oues mactant, & perdunt, ut Saluator docuit. Non colligunt in Ecclesiam, sed abluant *discipulos post se*, id est, separant ab Ecclesia ad rectam suam, ut Apostolus lupos rapaces describit. Sunt Apostolis ex diametro contrarij. [Illi enim (ut Tertullianus) de mortuis uiuos suscitabant, isti de uiuis mortuos faciunt.] Hæc ille. De illis dicitur. *In eorum terram exiit sonus cornu, ut uideret eorum greges dispersos in unum: isti contra iam congregatos & collectos dispergunt.* [Negotij est hæreticis (ut Tertullianus) non est hinc & conuenit, sed utrosque in eorum hanc utriusque gloriam expant & sanibus reuocant,

1. 1. 1.

1. 1. 1.

Hæretici ueniunt, non mittuntur. Rom. 10.

Hier. 23. & 14. & 1. 1. 1.

1. 1. 1.

Ioan. 8.

Ioan. 10.

Hæretici Christianos peruertunt, 1. 1. 1.

In præf. hæret. Rom. 10.

Ibidem.



Matth. 13

non si iacentibus eleuationem operentur.] Hæc illi. inq; sicut eius ministri, qui in agro Dominico suis legibus superfeminant. Isti. n. nunquam seminant ubi Dei verbum non erat, sed superfeminant ut Dei verbum prius seminum suffocent. Ista est *perax* qua congregat quod non perit, faciens diuitias non suas, & alienis ovis inchoat de hærenis ex Ieremia docuerunt Hieronymus in comment. ibid. & S. August. contra Iulianum lib. 13. capit. Hoc totum significare voluit Chrysost. dicens, de hærenis, veniunt ad vos.

Ierem. 17.

perit, faciens diuitias non suas, & alienis ovis inchoat de hærenis ex Ieremia docuerunt Hieronymus in comment. ibid. & S. August. contra Iulianum lib. 13. capit. Hoc totum significare voluit Chrysost. dicens, de hærenis, veniunt ad vos.

3. *In uestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces.*

Hæretici hodie quoc modis lupi rapaces sub uest. ouifi.

Locus necessarius ostendendi causam, quare diligenter sunt hæretici ab omnibus cauendi. Causa est, quod aliud videntur esse, & aliud sunt. Chrylost. [Omnes præcepta Christiani dicuntur: uestimentum autem ouile est hæreticis Christianitatis.] Sic isti Christiani dicuntur, sed hæretici sunt. Rursum sermo blandus & mollis, ouilem mansuetudinem refert. Sic hæretici (ait Paulus) *per dulces sermones & benedictionis seducunt corda innocentum.* Verbum præferunt, euangelium loquuntur, dulces Christi promissiones sola fide apprehendas ostentant, suauem & facilem salutis uiam demonstrat. Sed uerbum Diaboli est quod præferunt, dum sensum diabolicum Dei uerbo assuogunt. Præsumptio est non fides quod docent, & præcipiunt, non uia salutis quam demonstrant. Sic in hypocrisis loquuntur, mandatis, et cauteriatam habent conscientiam, ad omnem impietatem obduratam. Rursum Scripturas sacras uentilant, & Scripturarum sese assertores, ac iudices esse clamant. Hoc est uestimentum ouium. Sed depauperata expositio est lupina rabies, qua gregem Domini dilacerant. Pulchre Vincentius Lyrenensis. [Quid est uestitus ouium nisi Prophetarum & Apostolorum eloquia? Qui sunt lupi rapaces nisi sensus hæreticorum feri & rapidi, qui causas Ecclesie semper infestant & gregem Christi quaquā possunt dilacerant? Sed ut fallacius incautus oibus obrepant, manere luporum feritate deponunt lupinam speciem, & sese diuinæ legationis sententiam.]

Homi. 19 oper. imperf. in Matth. Rom. 16. 2. Tim. 1.

In lib. eor. profanas heret. nouitates. pag. 36

tenentis]o velut quibusdam uerbis obaoluit.] Hæc ille. Rursum vox ouis est, [Christum Iesum prædicamur. Sed lupina rabies est, & Christo exire & abducere discipulos post se.] ut prædicatus in Christus ipse, tum Apostolus Paulus. Christus quidem quum diceret. Surgent pseudochristi & pseudoprophetae, & dabunt signa magna & prodigia, ut in errorem inducantur. [si furi persequerentur illi. Hæc signa & prodigia sunt nouæ & subiles uerbi Dei expositiones ad seducendos homines idoneæ. Vixit prædixit uobis. Si ergo dixerint uobis, ecce in deserto est, uolito exire. Quæ uerba explicat. Origenes ait: Dicit ille qui seducere nos uoluit, Ecce hic est Christus, demonstrans uerbi gratia, hunc esse Iesum locum. Aterius autem erroris author dicit, Ecce hic est Christus, afferens ad excusandum alterum textum. Hæc ille. Sic hodie Lutheranus rigidus, ut in uenerat. Eucharistia panem cum corpore adesse docet, proferit illud: *Verbum caro factum est.* Ve quemadmodum cum uera diuinitate commista fuit caro Christi, sic in hoc Sacramento fit cum uero corpore Christi uerus panis. Lutheranus mollis ut significationem ex parte panis statuatur, non ipsam ueritatem corporis proferit illud, *Petra erat Christus*, quæ tamen nihil aliud quam significatio Christi erat. Zwinglianus, qui omnem Christi corporis præsentiam tollit, proferit illud: *Caro non prodest quiescentem.* Ideoque non esse manducandam Christi carnem nisi spiritualiter tantum, & per fidem. Calvinus, qui acerrime hoc dogma taxat, manducare in hoc Sacramento nihil esse aliud quam credere, uolens aliquid cæteris subtilius dicere, & unâ cum pane, aliquam corporis quoque participationem ponere, realem quidem quæ spiritalem & energeticam, non tamen naturalem & ueracem, proferit illud. [Uide Spiritum Dei descendentem si in Harm. Euangel. ea ratione, qua Spiritum Sanctum Ioannes columbam uocauit.] Hæc omnia quum Scripturæ uerbum proferunt, uerinos, tam impios, & uerarios ea trahunt, lupina rapaces est, quæ ab Ecclesie communione ad suas sectas abstrahunt: quod Apostolus his uerbis præmonuit: *Intrabunt post discessionem meam lupi rapaces non*

Matth. 24

Homi. 29. in Matth.

Ioan. 1.

I. Cor. 10.

Ioan. 6.

In Harm. Euangel.

1. Ad Cor. 20.



non parentes regi. Exurgent ex nobis ipsi viri legum peruersi, ut abducant discipulos post se.

- 3.
- Gala. 1.
- In com. ibi.
- 6.
- 2. Pet. 3.
- 2. Theff. 2.
- 2. Theff. 4.
- 7.
- Reforma- tores lupi.

Rursum vox quis est, Euangelium profiteri. Sed lupi rabies est, quod non verum, nō antiquum, non receptum & tot annis creditū, sed aliud quoddam nouū & haec inaudium euangelium predicant, de quibus sic Paulus. *Miror quod tam cito transferimini in aliud euangelium, quod non est aliud nisi quod sunt aliqui qui uos conuertunt. & uolunt conuergere Euangelium Christi, illi enim impstores, (ait Chrylostomus.) (fraudi sua praecebat. Euangelij nomine.)* Rursum vox quis est Pauli epistolae profitemus, Pauli doctrinam de fide Euangelica & saluifica uerbum. Sed lupina rabies est, quod hoc faciunt deprauata uerba Pauli distorcunt, quia uel indocti ex ignorantia, uel instabiles in fide ex malitia hoc faciunt, ut Petrus praedixit: *In quibus (epistolae Pauli) sunt quaedam distorciones intellectu, quae indocti & instabiles deprauant, sicut & uarias scripturas ad suam ipsorum perditionem.* De illis uent ipse Paulus sic scripsit. *Ne deterreamini per ipsos tanquam per nos missam, quasi instat dies Domini.* Neque quia in priori ad eisdem epistola dixerat. *Tunc nos qui uolumus simul cum illis rapiemur in nubibus obuia Caeli.* Et Rursum uentimentum ouium est, Reformationem ecclesiae profiteri, reformatores abusuū, qui irreuerentiam dicere ac denique reformatam ecclesiam se uocant. Nam enim dum dicunt, aliquam ueteris & purioris ecclesiam hanc reformationem delincent. Hoc enim sonat ipsa reformationis vox, quae secundam aliquam formam significat, & priorem precedentem supponit, Sed lupina rabies est, quod sub reformationis specie deformationem & abolitionem totius formae ecclesiasticae introducunt. Hoc autem inde manifeste apparet, quod nullus se reformatum & formam ecclesiasticam admittunt, quod et nium seculorum ritus & ceremonias damnant, quod contra uniuersos Patres & scriptores ecclesiasticos ab ipsorum quoque Apostolorum tempore excipiunt. Verba ipsorum Archihreticorum audietis. De oratione pro defunctis publice in ecclesijs celebranda sic ait Caluinus.

mihī obijciunt aduersarij, ante mille & trecentos annos uis hoc receptū fuisse, respondeo ueteres illes hac in re & mā dāto Dei, & legitimo ex tēplo desinitos fuisse abieptos de nos, in errorem, dū nimium publico mori & vulgi imperio dederunt. Rursum de penitētia, & satisfactiois forma ait: *(Paulū me mouent quē in ueterū Patrum scriptis de satisfactioe passim occurrunt. Video quidē eorū nonnulla, dicam simpliciter: oēs ferē quotū libri extāt, aut hac in parte lapsos esse, aut nimis asperē, ac durē loquutos.)* Ea dē audacia de reseruatione ueteri Euch. [Habet (inquit) ueteris Ecclesiae exemplū satorū sed in re tāta nihil est rutiū quā ipsam ueritatē sequi.] De alijs quoq; circa hoc uenerabile sacramētū ritibus disputans, ut de pane azymō, de elevatione, & similibus: [Si quis (inquit) uetustatē ueteris huiusmodi inuentiones uelit, nec ipse ignoro quā uetustus sit Chrismatū & iussuratiois in baptisimo uis, quā non longē ab Apostolorum tēte Cēna Domini in tā rubigine fuerit. Sed ista haec, scilicet humanae cōsidētiaē proacitas est quae, se cōtinere nequit quā seemper in Dei mysterijs laudat, & salcinat.] Haec ille. Deinde de tota forma Missae ait: [Sed & ueteres quoq; illos uideo alio hanc totā Dominicę memoriā detorisse, quā institutioni Domini cōueniebat. Quin & in eadē modo peccauerunt. Imitari sunt enim propius Iudaicū sacrificandi morē, quam aut ex dirauerat Christus, aut Euangelij ratio patiebat.] Sic de castitatis proposito, ac voto. [Fator (inquit) antiquus quoq; receptū fuisse hunc morē, sed eam atarē sic ab omni uita liberā fuisse nō cōcedo, ut pro regula habendū sit quicquid tunc factū est. Et paulatim irēpit in exoribis illa seueritas, ut post conceptū uotum nullus penitentię locus fieret. Quod ex Cypriano constat.] Haec ille, ut non nisi de summa antiquitate eū loqui intelligas. Vixit enim Cyprianus annis tantum 250. post Christū. Idem de alijs ueterib; ritibus formaq; ecclesiasticae iudicium habuit Melancthon. [Statim (inquit) initio ecclesiae, scriptores ueteres obicura ueritē de cōtinē de iustitia fidei, & auxerunt ceteronias, & haxerunt esse peculiare cultus fuerunt dures quam oportuit in principiō oclibatur, mauerunt adhuc aliquā ueterē nō ortuorum inuocationē.] Rursum alibi. [Mul-

- Instit. li. 1. c. 5. nu. 10.
- Lib. codē. c. 4. nu. 38.
- Instit. li. 4. c. 17. nu. 49.
- Ibi. nu. 43.
- Instit. li. 4. c. 18. nu. 10.
- Instit. li. 4. c. 13. nu. 12.
- In com. ad 1. Cor. c. 3.

rum stipularum (que contagia opinionū Apost. nominat) Aug. & alij Sancti super fundamentū extruxerunt cires et rimonas. Hæc ille. Et idē reperit in locis com. tit. De Ecclesia. Postremò Magdeburgēses Ceteriarūstæ veteris Ecclesiæ formā circa cultū & politū grauitatē taxarūt. **Act. 3. c. 7.** *in quosdā Episcopos (initio secunda seculi) rerū habentis potētos simplicem & vniuersam consuetudinem immutassi. Et in alijs quidē Ecclesiis aliquas accessissē ceremonias, & traditiones; tamen nusquam plures quā in Ecclesia Rom. Rursum ijdem de forma quarti seculi (in quo tñ precipui doctores fioruerunt, Athanasius, Hilar. Optat. Basilus, Nazianzen. Hierony. Ambro. Aug. Chrylost. Cyrill. Epiphani), Theodoretus) sic scribunt: De ceremonijs hoc primū in genere inueniē manemus, vt attentē conferat cum superioribus seculis et obseruet, quantum hoc seculū in primina Ecclesia simpliciter statu d. generauit, cumulatō & in Ecclesiam immutū iū Iudæis ritibus. & subinde alijs atq; alijs ex iustitia, superfluitate, & x. c. d. traditiōibus humanis, accogitatis, & prebati & usu receptis. Hæc illi. Hæc est lupina rabies omnium pestilentissima, qua dū reformatores se dicit, nullā veterem formam agnoscunt, ideoq; puri sunt Nouatores.*

8 Rursum vestimentum ouium est, quod nemo debet ad fidem cogi, quia fides est donum Dei, ideoque liberè est acceptanda. Sic docuit Lutherus art. 33. inter eos qui à Leone 10. damnati sunt, & quos refutauit S. Martyr Roffensis Episcopus. Hanc assertionem multi Lutherani etiam edius libellis propagnarunt, vt Brentius & Castellion, Brunfelsius quoq; in pandectis, & Vrbanus Regius in locis communibus. Sed lupina rabies est, quod vbiq; fortiores esse coeperunt, non solum Anabaptistas exoptandos esse docuerunt, vt Henricus Bullingerus, lib. 5. c. 8. & 9. contra Anabaptistas, Ioannes Brentius in libello de pœna Anabaptistarum, sed etiam Catholicos crudelissime persecuti sunt, vt in Gallia & in Belgio Caluinus stæ, legibus quoq; atrocissimis afflixerunt, ut in Anglia ac deniq; editis libellis puniendos docuerunt, vt Theodorus Beza tum in confess. fidei cap. 5. nu. 44. tum etiam in libro huius argumenti p. p. tio contra sarraginem Martini Bellij, ann. 1554. Caluinus quoq; qui Seruetum Aru-

num non solum ignis supplicio afficiendum curauit, sed etiam Geneuensis magistratus factum edito libello defendit. De hoc vniū vestimento & lupina rabie intus latente sic S. Augustin. scriptum reliquit: *Quia vel ipsa lege vel inuidiam formidatis, vel ad resistendum imparētis, etiam de mansuetudine gloriamini. (Donatistas alloquitur) quod ad vestram partem neminem cogitis. Iste modus & nullus quum pullos capere territus non potuerit, columbum se nominat. X. bi enim potuisti & non fecistis unde ostendit quod plura faceretis si potuisti. Hæc ille. Rursum alibi bicuitit. Senire uos uolle dicitis ego non posse arboror. Ampli fieri apud Anglos hic locus potest, ut omnium hodie teteritūe sauerunt contra omnis ordinis & sexus personas.*

Rursum vestimentū ouium est, Apostolicam paupertatem profiteri: contra Ecclesiasticorum possessiones, & opimā fortunā clamorosis vocibus debacchari. Eūāgelij gratia esse ponendum, vel eertē Enanglistā paucis contentum esse debere declamare. Hæc ministrorum in Anglia vox in principio erat: Hæc Caluinus pleno ore declamitat, Instr. lib. 4. ca. 5. nu. 19. Lupina rabies est, vbi principem fauentem nacti sunt, summa ambitione honores Ecclesiasticos appetere; summa auaritia adeptis inuadere; summa rapacitate diretere, ut longa iam in Anglia experientia clarissime docuit.

Rursum vestimentum ouium est, fidem & fiduciam de promissionibus Christi, deque eius gratuita propitiatione extollere, nostrisq; operibus & qualitibus tanquam inmundis & semper conuaminatis omnem salutis rationem negare. Hæc enim doctrina ad Christi gloriam plurimum facere videtur. Sed lupina rabies est sub huius uanae fidei & fiduciae prætecto addebita poenitentia ante reconciliationem, & a studio bonorum operum post reconciliationem homines auellere. Prima quidem nostra iustificatio; prima peccatoris impij reconciliatio cum Deo est mere gratuita sine ulla merito præcedenti ex parte nostra; Deo peccata remittit gratis propter filium Iesum. Tamen nemini remittuntur peccata propter Iesum nisi credeti in Iesu,

Cont. Petil.
lib. 2. cap. 17

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

Epist. 43.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

9

Paupertas

cleri, donec

ipsi loca cle

ri occupent.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

10

Promissio-

nes Christi

extollere, vt

vitijs istu-

di delictis,

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.



nisi amanti Iesum, nisi parato obedire mandatis Iesu, si penitenti & contrito de praecedentibus peccatis. Pro missiones enim Christi non sunt absolute, sed conditionales. Videlicet credentibus, penitentibus, diligentibus, & mandatis obedire volentibus. Sic Paulus, *Christus. per passionem consummatum, factus est causa salutis omnibus deditur parantibus sibi.* Obtemperamus autem illi credendo, quod ille venit a Patre, & transiit ad Patrem, quod de hoc factus, pro nobis mortuus est, & resurrexit, & Obtemperamus illi faciendo voluntatem eius, *vos amici mei estis, si feceritis quae ego praecipio vobis.* Obtemperamus penitentiam agendo. *Nisi poenitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.* Obtemperamus diligendo. *Qui non diligit manum in morte: & iterum: In hoc cognoscent omnes quod dilectio mea estis, si dilexeritis non invicem, sicut ego dilecti vni.* Sic obtemperabitur, est causa salutis. Similiter iam reconciliatum Deo per Christum, & remissione peccatorum factum non per solam fidem aut fiduciam promissionum Christi, de facta semel praeteritorum peccatorum remissione, sed per opera dilectionis in fide facta saluamur. *Qui non moriturus sumus peccato, quomodo adhuc vivimus in illo? Morimur peccato per baptismum, morimur per poenitentiam.* Sequitur nova vita bonorum operum, unde Apostolus, *Si Christus in nobis est, utique per fidem, per baptismum, per poenitentiam ab operibus mortuis, corpus quidem mortuum est propter peccatum (quia moriendum necessarium est) spiritus vero vivit propter iustificationem. Ergo si secundum carnem vixeritis moriemini: si autem spiritu vixeritis, mortificaveritis, vivatis.* Rursum. *Nonne etiam Neque fornicari, &c. quae sequuntur, regnum Dei possidentibus. Et haec quidem fuisse, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis: Scilicet ut non tam in ulla immunditia aut malitia, sed in iustitia, & sanctitate servemus ut vobis diebus vitae nostrae.*

Rursum vestimentum ouium est, Christum peccatorum remissionem & sanctificationem ita praedicare & docere, ut solius Christi iustitia nobis imputata nobis iustitia. Haec enim doctrina & dulcis est, dum ab omni

iustitiae comparanda labore nos liberat, & Christo Deo videtur gloriosa, dum eius passionem & mortem, quae sola nos in sempiternum sanctificavit, vehementer extollit, ut qui gloriatur, non nisi in Domino gloriatur. Sed lupina rabies est, impia & horrenda blasphemia, contra virtutem & efficaciam passionis Christi: quae dum vnum ex trinitate alterum quod aequum debetur adimunt. Christi enim passio sacrosancta non solum fuit propitiatio contra peccato debitas, quas in corpore suo protulit, *ut mereretur propter iniquitates nostras, portans dolores nostros, nec solum fuit redemptio peccatorum praeteritorum: in iis quos se melius iustificat remittendo peccata, iuxta illud Pauli: Quem proposuit propitiationem per fidem in sanguine eius propter remissionem praecedentium delictorum.* Et iterum: *In quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum secundum divitias gratiae eius.* Quae duo tantum vestimenta ovium, & doctrinam dulcissimam heretici hodie semper in ore habent: sed praeterea Christi passio fuit redemptio a servitute peccati, & a potestate diaboli in ipsis iam credentibus & iustificatis, quae dicitur isti lupi rapaces intus retinent, tacent, dissimulant, & nunquam fidelibus proponunt. Docent autem haec duo faciem scripturae apertissimam: & nemo magis quam ipse Paulus. Quod ad primum attinet ait: *De peccato damnatum peccatum in carne (scilicet per mortem carnis super Terram) ut iustificatio legis impletur in nobis, qui secundum spiritum, non secundum carnem ambulamus.* Hoc est post remissionem peccatorum ambulare in novitate vitae, & spiritu facta carnis mortificare Rursum: *Reconciliavit vos in corpore carnis eius per mortem, exhibere vobis sanctos & immaculatos & irreprehensibiles coram ipsis.* Iterum *Tradidit semetipsum pro Ecclesia, ut eum sanctificaret, mundans eam lavacro aquae in verbo vitae, ut exhiberet ipsa sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam, rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata.* Denique ad Titum. *Dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.* Hic ergo effectus, fructus, & finis maxime proprius & excellens Dominicae passionis est, ut credentibus in ip-

Hebr. 9.

Esa. 58.

Rom. 8.

Ephes. 1.

Duo passio-
nis Christi
beneficia oc-
cultant hae-
retici.

Rom. 8.

Colo. 3.

Ephes. 5.

Cypri.



Rom. 4.

1. Pet. 2.

Cap. 9.

Heb. 2.

1. Tim. 2.

Luca 1.

1. Joan. 3.

Rom. 6.

Rom. 5.

Rom. 7.

12

Facem conscientis promittere, & eis in principum pem-

sum merito sanguinis sui gratiam, & charitatem nobis infunderet, cuius operatione ac virtute redimamur ab omni iniquitate, id est, à servitute peccati (qui enim facit peccatum servus peccati est.) & mundemus in populum acceptabilem, & fiat orem honorum operum, de Christi sanguine ad Hebræos Paulus disputat, longissime illum discernens à sanguine veterum sacrificiorum. Quanto magis inquit, Sanguis Christi immundam conscientiam nostram ab operibus mortuis ad servandum

Quod ad secundum attinet. Sic Paulus sic per mortem destruxerit eum qui mortis habent imperium, id est, diabolum, & liberaret eos qui timore mortis obnoxii erant peccatis. Peccati scilicet, in quo captivi tenebantur, nisi ad gratiam voluntatem. Hanc liberationem expressit Zacharias dicens de Christo. Daturum se nobis, ut sine timore de inimicorum nostrorum liberati serviamus illi in sanctitate & iustitia, in quibus debet vita nostra. Denique S. Ioannes. Qui facit peccatum ex diabolo est, in hoc apparuit filius diaboli, dissoluta opera diaboli, id est, per gratiam suam facit nos non peccare, iuxta illud Pauli. Peccatum vobis non dominabitur, Non enim estis sub lege (scilicet iubeat) sed estis sub gratia, scilicet adiuvante, & vivificante. Gratia enim, sub qua sumus, est Charitas Dei diffusa in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis, in quo videlicet clamamus, & haec Patet, quia Spiritum dilectionis accepimus, non aliter Spiritum servitutis, in timore. Hos duos admirabiles, ceteros & peipuos Dominici aduentus ac passionis fructus lupina rabies hæreticorum hodie cordibus fidelium percipuit, & penitus obscurare atque extinguere, contendit, dum alios solum duos effectus, tanquam vel hæreticorum semper proponunt, assidue inculant, & vix perurgent.

Aliud vestimentum purum est, quod certam & firmam consolationem hominum conscientis afferunt, sic dicunt per illam certitudinem gratia, quam ponunt docentque, vnumquemque vere Christianum esse de iu a salute, idque fidei certitudine, cui subesse

sum non potest. De hac enim Lutheri nova doctrina sic gloriatur Ipse Lutherani. Hac sententia nos fide reconsecrari Deo, (sestatem Lutheranorum fides, qua quicquid facit, se in gratia Dei esse, & de numero electorum) multas pariter excrevit, & in via maximam commendationem apud deos bonos viros Lutero attulit, quoniam ostendit certam & firmam consolationem conscientis, quia antea tota viri absoluti oppressa erat doctrinis operum. Hæc Augustine conscientiam sociis. Sic Chemitius sine hac certitudine gratia relinquitur ait conscientiam in tristissimis dubitationibus, & perpetua conscientiarum carnisifica. Sed lupina rabies est, vel detestabilis presumptio, vel manifesta impietas, qua iustus latet. Si enim est hac certitudine gratia aliqua bona opera admittere uoluit, ut Lutherani docet, detestabilis presumptio est, seipsum iudicare ante tempus, & certitudine salutis aut iustitiae sibi pollicetur, hæc Apostoli verba luce clarius demonstrat. Nihil pro minimo est, ut à vobis iudicet, aut ab hominibus. Sed neque misisum iudico. Nihil enim mihi conscientium sed non ut hæc iustificatus sum, qui autem iudicat me, Dominus Dominus. Itaque nolite ante tempus iudicare, quo ad usque venit hæc vita certum esse posse de sua fidei dispensatione (de hac enim loquebatur, & multo minus de tota sua iustificatione, ut potest ad quæ plura requiruntur quam ad fideliem dispensationem mysteriosum Dei. Primum ne quis hac presumptia certitudine usurpet, vel præueniat siue quoad ipsum, siue quo ad alios diuinum. Dominus est enim qui nos iudicat. Solum Dominus scrutatur corda, & renes, sequo tamen mille sunt testes ad talem certitudinem & ad tale de seipso iudicium sufficit, sed multa eam lateant. Tertio, quia nemo sibi placere debet, sed expectare illud tempus, quando veniet Dominus qui illuminabit abscon-

sumptionis conijcere. In Apolog. Cõf. August. art. 1.

In Exam. Cõ. Tit. p. 1.

1. Cor. 4.

Psal. 7.

Psal. 138.

luta. Sic verò cum hac certitudine gratia nullà bonorum operum necessitatem ponit, sed ea ex sola fide pendere voluit vt Calvinistæ afferunt, manifesta impietas est, & vt



188. **Promptuarium Catholicum**

Instr. lib. 1.
c. 1. nu. 23.

(Chemnitius Lutheranus scribit) *Epicurea persuasio patiens sibi in perseverantia seclorum impunita. At sic aperte Cal. docet. Ait enim. Si ex operibus estimandum est qualem affectum erga nos sit Dominus, id ne tenui quidem comitatu assequi nos posse fateor, sed quum simplici & gratuita promissione responderi fides debeat, nullus agendi locus relinquatur. Nam quali (obsecro) fiducia armabimur, si hac conditione rationemur Deum esse nobis propitium, modo id vite nostre periculis mereatur? Hæc Caluinus. Satis se prodit lupina rabies.*

19
Libertatem Evangelicam docere, & omnem pietate tollere.
1. Cor. 7.
1. Cor. 7.
Gala. 3.

Aliud vestimentum ovium est, libertatem Evangelicam predicare, Evangelium esse statum libertatis hominum Christianorum nullis Ecclesie legibus teneri idolum nobis incumbere, ut Dei solius mandata in Scripturis Sacris reuelata exequamur, iuxta illud Apostoli. *Spiritus Domini, sibi libertas.* Rursum, nolite fieri serui hominum: & iterum. *Stat, & nolite iterum inugo seruitutis conueniri.* Ex his enim verbis consequi uolunt nullis humanis legibus, seu Ecclesie, quod omnes tenent, seu etiam precipuum (ut quidam uolunt) in conscientia nos teneri. Sed lupina rabies est, sub hoc prætextu libertatis, omnes leges Ecclesiasticas, statuta ieiunia, præscripta festa, ritus & ceremonias oēs colendi Deum abolere. Nec hoc solum sed & omne virtutis studium extinguere. Hæc enim persuasio bona opera non esse ad salutem necessaria, insignis & infirmos Christianos (quorum maxima turba est) ad bonorum operum contemptum inducit. Quippe ut libertatem liberenter deponunt. At verò Apostoli, qui libertatem Evangelicam optimè intellexerunt, non solum ad bona opera tãquam ad salutem necessaria sæpissimè hortati sunt: ut Paulus. *Si secundum carnem uixeritis, morimini. Si Spiritu facti, carnis mortificaueritis, uiuatis.* ut Petrus. *Seruite per bona opera certam uocationem uerbi facere:* ut Iacobus. *fides sine operibus mortua est.* &c. Verum etiam leges motum ipsi tulerunt, de fornicatione fugienda, de abstinendo a suffocato & sanguine. Rursum quoque & ceremonias constituerunt, ut in constitutionibus Apostolicis per Clemenem collectis manifestè illius apparet, & ut illud Pauli. *Cetera quum uenero, discipulam*

Rom. 8.
a. Pet. 1.
Iacob. 3.
1. Cor. 13.
1. Cor. 14.

itemque

Dom. VII. post Pentecost. 189

tenet, illud Tito, *ut quæ desunt, corrigat sicut disposui tibi.* Patres intellexerunt. Sicut Paulus tum ipse cum Barnaba circumibat docens seruare præcepta Apostolorum & Seniarum tum de seipso sic ad Thessalonicenses scribit. *Sciitis quæ præcepta dederim uobis per Dominum Iesum, id est, per auctoritatem ab eo acceptam. Rursum ad Corinthios. Laudo uos quod sicut prouidi uobis præcepta mea tenetis. Libertas Christiana est libertas spiritus, non libertas carnis. Libertas Spiritus est, liberè seruire iustitiæ, ut Apostolus loquitur, id est, non ex timore quasi sub legis iugo promouet, sed ex charitate quasi sub gratia adiutorio ducen- seruire mandata, ut exponit Augustinus. Libertas carnis est, credere & facere quodlibet, id est, proprium spiritum sequi tam in credendo quod placet admittere, quam in operando quantum libet operari. Talem carnis libertatem docent hodie lupi isti sub uestimento libertatis Evangelicæ.*

Aliud uestimentum ovium est, cultum & obseruantias Ecclesie Catholice tãquam superstitiones Pharisæicas irridere, & apud imperitum populum traducere. De qua fraude & impostura latius in alia Dominica diximus. Sed lupina rabies est, quod sub prætextu superstitionis abolenda, uanum externum religionis cultum exterminant, ut in oratione quadam quodlibetica olim late ostendimus. Nullam uidelicet esse apud hominum temporum hæreticos religionem. Nempe homines plane irreligiosi, nullo timore affecti, sed perpetua fiducia seu confidentia ac presumptione inflati, homines prorsus libertati carnis dediti, quibus nec orare, nec ieiunare, nec certa aliqua forma Deum colere libet, homines denique ab omni externi Dei cultu alieni, quibus altaria toto genere displicent, sed se taxare clamanant. Non aliter quàm si prodigium aui- brosius ab inedia sibi prospicere diceret.

Aliud uestimentum ovium est, quod idololatram se extirpare aiunt, & idola persequi ac diruere profitentur, quum Christi, & Sanctorum imagines in omnibus Ecclesijs demoliuntur. Sed lupina rabies est, quo-

Tit. 1.
1. Cor. 11.
Rom. 8.
Tract. 4. in Ioan. De spiritu & lit. 6. 16.
14. Superstitione tollere & impietatem subducere. Dom. 5. post Pentec. Edit. postea. Reimp. sub pag. 62. 10.
15. Idola subtrahere, de Christi & Sanctorum imaginibus datur. 18.



sub idolorum pretextu (quam certissime sciante imaginem ab idolo longissime differre, sanè non minus quàm à demoniis, angelos beatos, vel à falsis dijs gètium, Ioue, Iunone & alijs. Christum Dominum, beatiss. Virgini, Sanctos Apostolos, Martyres, & alios) omnè Censuræ Saluatoris & Sactorum eius memoriam, oĩa religio nis nostræ oculata monumenta, impiè nobis eripiunt, cultumq; ac veneratio nem. Christo ac Sanctis eius de hibunt impiè tollunt. Vide Nic. Sanderum de typica & honoraria imaginum adoratione.

16 Vestimentum ouium est, qd vniuersi Antichristi tyranidem se exerceere atunt, dum Ro. Pont. autoritate saluberrimam indignissime violat, & Sedis Apostolicæ dignitatem maximam spurcissimis opprobrijs laetè mendacis onerant, & omni cõtumeliarum genere profuscindunt. Hac. n. omnia pro zelo tuo in Antichristum iustissimo, sancte ac piè admodum lacere, & sibi & suis vñr. Sed lupina rabies est, quod Christi vicarium Antichristum vocant, quod unius personæ nomen plurimum Pontificum successioni tribuunt, qd per supremum Pontificis latus, oēs alios Ecclesiasticos ordines, qui ad eo, vt à capite mēbra dependent, transuerberant. Quod contra Petram illam, contra quam Christus pariter adu-

17 phemans: quod fidem Petri, quam non d. fecturam Christus asseruit, illi defecisse affirmant, ut non sit amplius aliquis in terris, Petrus, qui fratres suos cõfirmet: qd per seorè illum pro ipso Antichristo habeant, cui Christus dicit: Et agnos, paruos & magnos in vniuersum pascoris commisi. Deniq; quod hac ratione sublato pastore, premo ac generali, licetius illi in vniuersum ouile gregem fari, & lupinam hanc suam rabiem potentius exercere valeant. Vide Princip. fidei doctrin. lib. 6.

17 Vestimentum ouium est, valde suauè ac molle, pot se vnumquemq; de doctrina fidei iudicare, spiritibus intelligendi scripturas sibi vendicare, ac denique de pastore & magistro quocunq; in Ecclesia Dei liberum dicim fesse. Hoc enim aiunt in hodierno Euangelio Christum docere. *Attendite nobis, &c.* Item Ioannem illis

Math. 16.
Lucæ 22.
Ioan. 21.
Ca. 2. & seq.
17
Spiritum sibi quemq; vendicare, & spiritum Dei in Ecclesia spectare
Math. 7.

1. Ioan. 9. illis verbis. *Probate spiritus an ex Deo sint, &c.* Hoc nempe vestimento induti, Lutherus, Melancthon, Brētius, alii maximè superbis hominibus voluptatem attulerunt, vt contemptis Concilijs, Patribus veteribus, ac Episcopis pastoribusq; modernis id libetè quisque crederet, & teneret de fide quod veller.

Sed lupina rabies est, eademque pestilentissima & rapacissima, quod sub hoc pretextu, & hoc posito fundamento sicuti Lutherus Ecclesiam, sic Lutherum in quibusdā Melancthon, in multis Brētius, in pluribus Caluinus deseruerit: sed & ipsum Caluinū seruetus, Valentinus, Stācharus, Ostander, Franciscus Dauid, & qui in Polonia, ac Transilvania, non solum Trinitarij, sed & Ariani sunt, adeoq; uix iam amplius Christiani magis destruxerunt, ut manifestum sit ex insigni libello doctissimi P. Antoni Possesini de Athesimis Lutheri Melancthonij &c. maxime ex refutatione duorum librorum quos ministri Transilvaniæ pestilentissimos ediderunt. Quis sit autem verborū Christi & Ioannis scilicet mox intra dicitur. Ex hac lupina rabie Puritani in Anglia & omnes nouæ sectæ exortæ sunt.

Vestimentum ouium est, quam docent bona opera liberaliter tantum, & per modum gratiarum actionis præstari debere tanquam à filijs non ingratiss. Nos autem Catholicos sordidos esse mercenarios, qui non nisi per modum meriti & specertæ mercedis bene operari uolumus. Sed lupina rabies est, quod dum perfectissimum operandi modum, qui ex puro Dei amore fit, solum & vnicum proponunt, ipsos etiam alacres Christianos ad quādam desperationem adigunt, qui quum quod perfectissimum est, & tamen solus bene operandi modus, se assequi non vident, ab omni bene operandi studio desiciantur: Alios verò bonorum operum mercede sublata, ad bene operandum prolixo pigros ac frigidos reddunt. *Virtus* (ait Lactantius) *mercedem suam à Deo iudice accipiet: quam si tollas, nihil potest in uita hominum cum inuicem, tam stultum uidere quam uirtus.* Sic enim aliqui ueteres Philosophi qui a uirtutis præmia quæ sunt æterna non uidebant, ipsam iustitiam pro stultitia habebant.

18 Mercenarius operarius taxare, & operum necessitate tollere.
18
Digna insti. lib. 1.



Lib. 1. de Re
pub. apud / u
gust. de ciui.
Dei. li. 2. ca.
21.

1. Cor. 15.
Plal. 112.

Hebr. 11.

Hebr. 12.

Coloss. 1.
Opus merce
narij quale.

habeat, vt Carnecades apud Cicronem disputat. At re
rq. quantina ad virtutis stimulum, futuræ mercedis co
sideratio afferat. S. Scriptura clarè docet. Sic Paulus: *Si
in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, (id est. si
mercedem à Christo post hanc vitam non speiimus) in
seruabiles sumus omnibus hominibus.* Sic Dauid: *Inimici
tui cor meum ad faciendas iustificaciones tuas propter retribu
tionem.* Sic Moyses respiciebat in remuneratorem, fugiens Sa
lam, & honores Aegypti. Sic Abraham exiens de terra
sua Deo iubente, *exprobatat fundamentum habentem con
tatem, cuius artifex Deus, id est, cœlestis Ierusalem.* Sic do
nique Christus ipse *proposito sibi gaudio sustinuit crucem.*
Quare & Hebræos hortatur Paulus, *vt per patientiam con
stant aspicientes in aethoræ fides, & consummatorum lesum,*
& gratias agit Deo de bonis operibus Colossensium, *pro
pter spem quæ reposita est vltis in cæli.* Opus autem merce
narium, & quod nõ consistit cum charitate, sed vt serui
le Deo displicet saltem apud Deum nihil meretur illud
opus est, quod vel mercedem respicit temporalen, quæ
non est perfecte bona & honesta nisi ex recto tantum cum
vltus, qualis merces nõ est vltis æterna, uel ipsam vitam
eternã sub ratione mercedis primò, & principaliter, aut
etiam solam respicit, idq. positiuè & formaliter propo
nendo videlicet beatitudinem ipsam amoris diuini, &
operans bonum, vel hunc solum ob finem, vt beatus sit
& non propter amorem Dei, (quod est planè vitiosum)
vel non principaliter idè, vt beatus sit, minus autem primò
paliter propter amorem Dei. Dixi positiuè & formaliter,
quia solus mercedis intuitus negatiue, id est, nec ex
cludendo, nec postponendo amorem Dei, sed non cogi
tando de illo, solam autem mercedem cogitando, videt
in idiotis, qui de puro Dei propter se solum amore vlt
nihil didicerunt, vel non satis aduerterunt, nõ est vitio
sus, nec proprie mercenarius.

Vestimentum ouis est, exhibere populo officium diuini
num, & preces omnes publicas, lingua cuiusq. vernacu
la & vulgari. Hoc enim quum ad populi instructionem
factum videatur, populoq. tum rei nouitate, tum appa
renti facilitate mirè placeat, ipsi Protestantes quidem
magnam

19.
Lingua vul
gari officia di
uina perage
re, & vera

magnam apud rudem populum gratiam inierunt, veteri
autem Ecclesie, & clero ab altera parte, quasi qui tã ne
cessaria ac iucunda instructione populum hæctenus sum
uerunt. Sed lupina rabies est, quod hæc ratione primum
in manifestum schisma populum pertraxerunt, effecerunt
que, vt relictis Catholice Ecclesie sacris ad nouas hère
ticorum precandi formulas, sine vlla legitima authori
tate introductas, populus conflueret, ideoque vera Dei
inuocatione, quæ in sola unitate animorum consistit, po
pulum spoliarent. Deinde ab õnprecandi studio, & deu
tione populum fraudulentè & impie auerterunt. His
enim quæ in vernacula leguntur, attentis, aut cum alijs
cancellare compulsi, priuatur deuotioni vacare nec com
mòde possunt, nec a ministris permittuntur. Præterea
profus inani spe intelligendi ridiculè & vanè lactatur.
Neque enim rudis populus scripturæ sacræ loca insu
ita, vt cunq. vulgari lingua legantur, & recitentur vll
modo per se intelligere potest, et si sensum sibi aliquè p
suo quisque cerebro fingat. Denique populo occasione
dederunt ipsas Scripturas ad libitum interpretandi, &
non Ecclesie tantum, sed & suorum quoq. ministrorum
expositionem cõtemnendi. Postremò quum promiscuè
vniuersam Scripturam populo legat, magnam subinde
populo scandalum & peccati occasionem dederunt, circa
nonnullas veteris testamenti historias illis prælectas &
recitatas. Vide Ioannem Ledesima de S. Scripturis & di
uinis officijs vernaculè legendis.

Vestimentum ouis erat gratiæ Dei efficaciam, & po
tentiam sic exaggerare, vt quicquid boni operis ab ho
mine fiat, id totum Dei gratia in illo, non autè ipse ali
quid faciat. Sed lupina rabies est, totum hominis libe
rum arbitrium contra manifestas scripturas, & perpet
uum Ecclesie consensum hæc ratione tollere. Vt sic pec
catum homini necessarium & inuitabile ideoq. facile
excusabile efficerent, virtutis autem studium prius ex
tinguerent, quia iuxta hoc dogma sic totum est Deo re
linquendum, ut frustra aliquid ipsi concenit. Vide opa
sculum nostrum de iustificatione lib. 4. ca. 3.

Dei inno
tione, popu
lõ spoliare,

20
Grandi Dei
exaggerare,
& liberu ar
bitrium tol
lere.

Vesti-



Christi Me
diationem ex
plere ut sa
los interce
lores negat.

Christus quo
modo unus
Mediator.

1
2
3
4
5

a Li. 1. ep. 1
b in c. 1 Ma
lach.
c Epist. 59.
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15

Vestimentum & balatus ouis est, unū solum Media-
torem, Christum Iesum profiteri. Sed lupina rabies est,
sub hac propositioe verissima sensum statim falsissimū
in se re contra Sanctorum patrocinia, intercessionē, in-
uocationes, quali vel sic vnus Mediator esset Christus,
ut nullo sensu alij mediatores esse possint, uel sic, & co-
sensu Sancti mediatores & intercessores habeatur, quo
ipse Christus vnus Mediator est. Notum enim optimē
Catholicos Christum cum Apostolo vnū solum me-
diatorem agnoscere, qui per se, qui immediatē, qui vir-
tute sua, qui plenarie, & ex iustitiæ rigore Patrem inter-
pellat pro nobis: Sanctos autem omnes non per se, sed
per Christum, non virtute sua, excludendo Christum, sed
virtute donorum Christi, quia merita ipsorum dona
Dei per Christum erant, nō immediatē & proximē, sed
mediante Christo, capite, cuius membra sunt, nō plene-
rie, sed ex parte, & certa proportione, qualis in ferreo
membro competit ratione capitis, nec denique ex rigore
iustitiæ absolute, sed ex diuina misericordia, qui or-
ebonauit eos in misericordia & misericordibus, sic & exor-
dit eos intercedere Deum pro nobis & esse quosdā me-
diatores, vt uerget ipsi Patres de Sacerdotibus multitudine
tis ecclesie, multo magis de Sanctis triumphantis lo-
quuntur. Gregor. Nazianzenus in Apologético, Christi
de Sacerdoto lib. 6. & in Esai. Homil. 5. a Cyprianus
Hieronymus, & August.

Vestimentum & balatus ouis est, quod solum & purū
Dei uerbum scriptum pro regula fidei, & norma admi-
tunt, & quod Ecclesiam quidem libenter audiunt, sed li-
iuxta Dei uerbum doceat, Catholicos autem accuſant,
quod Ecclesiam etiam præter, & extra Dei uerbum lo-
quentem audire uolunt. Hæc omniam uocem his uerbis
Caluinus edidit. Hæc, inquit, uerbum est inter uoces
& nos. Illi Ecclesia auctoritatem extra uerbum Dei collocat,
nos uolumus uerbo annexam, nec ab eo separari patimur. Spū-
sa ac abscissa est, qua sponſo ac Magistro suo semper subi-
gitur. Non ergo ex se sapias Ecclesiam, sed sapientia sua terminat
Ratuar, ubi illi loquenti finem faciat. Hæc Caluinus ouis
speciem & uocem egregiè referens.

Sec

Sed lupina rabies est, quod superbus hæreticus nō
uult Ecclesiam simpliciter audire, ut testem legitimā à
Deo constitutā (uos eritis mihi testes, &c.) nec Ecclesie sim-
pliciter obedire (dicente tamen Apostolo, *Obedite præposi-
tis uestris, &c.*) sed ut liberè semper eligendi potestatem
habeat, quid uel credere, uel non credere debeat (quod
proprie hæresis est, quæ electionem sonat) uon nisi sub
hac conditione uult Ecclesiam audire, si ex uerbo Dei
doceat, id est, uerbi Dei testem & interpretem legitimā
remouet, scq; ipse tam Ecclesie quam uerbo Dei iudi-
cium constituit. Vult enim iudicium ferre an Ecclesia ex
uero Dei rectè iudicat, necne. Nos autem Catholici Ec-
clesiam Dei simpliciter audimus, non quidem siue uer-
bum Dei sequatur, siue non, sed siue hoc nō is consistit,
siue non. Scimus enim uos uocem de numero esse, non
pastorum. Scimus dictum de Ecclesia esse, *Quis uos audiat,
me audiat.* Scimus Deum per Ecclesiam loqui, *filium ex au-
ditu Ecclesie esse* ideoque Ecclesiam sine uerbo Dei nū-
quam loqui siue scripto, siue tradito, siue etiam cōtra no-
tas difficultates inspirato, ut in Concilijs cōtra hæreses
collectis factum credimus. Vide plura in Princip. fidei
doctrinal. lib. 8. c. 10. 12. 19. & 24.

Vestimentum ouium est & magna pietatis species,
quod circa legis obseruationem Dei iustitiam exagger-
rant, asserentes Deum ab hominibus exigere exactam
legis obseruationem, tum quoad omnia mandata serua-
da, tum quoad modum illa adimplendi, adeoque quam-
libet transgressionem esse peccatum mortale, neque ex
operibus quemquam coram Deo iustificari posse, nisi
& uinuerſa legis præcepta adimpleuerit, & charitate per-
fèctissima Deo obediuerit. Sed lupina rabies est, quod
sic falso exaggerando legis obedientiam, omnem ex ho-
minum operibus iustitiam tanquam impossibilem impiè &
nefariè excludunt. Certum autem est ex Scripturis mul-
tos in hac uita etiam ex operibus bonis iustos coram
Deo fuisse. De Zacharia & Elizabeth dicit Lucas, *Am-
bæ iusti erant apud Deum in omnibus mandatis*
& iustificationibus. *Domini sine querela.* Dauid uocatur,
uir secundum eor. Dei faciens omnes uoluntates eius. De Aza

A Cor. 1.
Hebr. 12

Luc 16.
Rom. 10.

Legis obe-
dientia exagger-
rare, uisibile
dici in impos-
sibilitate in-
ferant.

Luc 12.

Luc 12.

A Cor. 15.

Rege



1. Reg. 16.

Rege dicitur, quod cor eius perfectum fuerat coram Domino omnibus diebus suis. Similiter de Iofaphat, & de Ezechia & Iofia regibus scribitur 2. Paral. 17. 4. Reg. 18. 2. Paral. 34. Et tamen horum omnium quaedam peccata in Scripturis commemorantur. Zacharias incredulus Deo mutus factus est. Davidis adulterium & homicidium nota sunt. Iofaphat reprehenditur à Propheta opè fœrens impio Achab. Ezechias cecidit in elationem cordis sui. Iofias peccavit ut apparet 2. Paral. 34. Sunt ergo iusti, & qui in data obedientiam, & qui cor perfectum coram Deo habent, et si nec semper ac perpetuo iustitiam teneant (quod voluerunt Pelagiani, ad quos hac in parte hæretici hodie accedunt) sed aliquando a iustitia excident iterum per penitentiam resurgunt, nec in ipsa sua iustitia aliquo tamen peccato leuiori careant, nec denique sic totis viribus Deum amant, quin & alia inferiora pariter diligant, non quidem sic ut illa Deo præferant, (quod peccatum mortale est) sed tamen sic ut illa simul amant, adeoque Deum nec perfecte nec solum amant, quod vel imperfectio sola est sine peccato, vel certe peccatum veniale quod impedit actum charitatis, non tollit eam. Vide Opusculum nostrum de iustificat. lib. 6. cap. 10. & seqq.

Luce 1.
2. Reg. 11.
3. Paral. 19.
& 31.

21
Matrimonium
iudicant, ut
vigintiannam
solant.

Maub. 19.
1. Col. 7.

25
Concupiscen-
tiam exaggerant, ut Christi gratia negent.

Vestimentum ouium est & honesta admodum ornata se propter occultas immunditias & vagas libidines expulsum cleri ipsorum; Monachismum in vniuersum oratio tollere omnesq; & singulos ad honorabile coniugium adhortari, adeoque impellere. Sed lupina rabies est, & caninis patrocinio manifestum, Christosq; Saluatorei ex diuino non aduersum, qui laudat Eunuchos se castrando proponit esse sicut seipsum, & hortatur, viduam se permanere, & aliam mat. virginis se non nubant, melius facere.

Vestimentum ouium est corruptionem naturæ peccatum Originale inuictam vehementissimè exaggerant idque ita ut homo semper peccet, ipsaque concupiscentia eiusque primus motus vere peccatum sit, ut sic hominem dericiat, ne de seipso aut suis viribus gloriatur, sed lupina rabies est, quod ex hac pestilenti doctrina & baptis- mi gratiam euacuant, & Christi medicamentum gratiam

gent, quasi insanabilis esset natura nostra, & deniq; consequenter omnem bene operandi facultatem ex altero fundamento euerant. Vide opusculum nostrum de iustificatione lib. 2. & 3.

Vestimentum ouium est merita honorum operum negare, quasi hoc esset Christi meritis derogare, utis qualitatibus & operibus salutem nostram attribuere, ex lege velle iustificari, quod toties condemnat Apostolus ad Rom. & ad Gal. Deniq; velle causam salutis cum Christo partiti, ut non in solo Deo per Christum, sed et in nobis ipsis salutis nostræ causam ponamus, & consequenter meritum Christi insufficientiam statuere, quod blasphemum est. Hæc enim sunt que prætexere & obijcere solent. Sed lupina rabies est, quod hoc pestilenti furo, non solum virtutis studium extinguit, sed & ipsius Christi morti ac meritis que amplificare velle vident, vehementer detrahunt, maximamque iniuriam inferunt. Mortis. n. ac passionis Christi gloria hæc est, quod non solum pro nobis meruit, sed etiam quod nobis nostrisq; operibus merendi vim & efficaciam præbuit: uidelicet Spiritum gratiæ suæ, seu quod idem est donum charitatis, per Spiritum S. suum cordibus nostris infudit, & in fundi præterit, cuius doni beneficio & iuste operamur, legemque implemus, & implendo legem iustitque operando apud Deum meremur. Cum paracletus uenerit, quem ego mittam uobis à Patre meo, ille testimonium perhibebit de me: scilicet per opera, gratiæ non tantum miraculosa, sed etiam virtuosa que virtute S. Spiritus facietis. Nam de hoc Spiritu gratiæ per Christum donando Christus ipse sic loquitur. Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aque uiuæ, hoc autem dixit de Spiritu, quem accipietis credentes in eum. Nondum enim erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus, id est, nondum per passionem clarificatus. Nempe gratia Spiritus S. qua est radix operum nostrorum, est aqua uiua saluans in uitam æternam, id est, efficax ad meritum uitæ æternæ. Sed hæc gratia uisus à terra (Ioannis 12.) & clarificatus (quod de se Christus pronunciauit, quum ad eum tradédum Iudas à Cæ-

26
1 2
3
4
5
Merita bonorum operum negant, ut studium bonorum operum tollant.
Ad 1.
Ioan. 15.
Ioan. 7.
Ioan. 4.



Joan. 13.
Joan. 12.
Tit. 1.
Ad 4 & 3.

Ad 1.

Rom. 10.
Ad 5.

Heb. 5.

2. Pet. 1.

Matth. 11.
1. Tim. 2.

Scripturas
vulgo tradit.
& vulgus p
illas perdit.

1
2
3
4
5

Zuc. 11.
6

na surgetet & exiret nobis pueri, omnia tradunt ad
ipsum, id est, ad fidem & cultum nominis sui, & dicit
metipsum pro nobis, ut mundaret sibi populum, & ex
statorem honorum operum. Nec hoc est pariter cum Chri-
sto, sed totum Christo dare, cuius dona sunt nostra mun-
ta: vnde non nostris operibus, ut ex nobis & tantummodo
nostris; sed ut ex gratia Christi, ideoque origine Christi
proprietas nostris, salute sua vite eterne coronam tribu-
mus. Nec denique ex lege iustificamur in sensu Apostoli,
id est, ex sola doctrina legis sine fide in Christum, & sine
diuturno gratia Christi, ut Iudaei volebant. Ignorantes pro-
prie Dei iustitiam & suam volentes constituere. Nec postea
mo vlla in meritis Christi insufficientiam ponimus, sed
cum Apostolo agnoscimus, Christum per passionem crucis
mactum causam salutis fuisse omnibus obtemperantibus suis.
id est, credentibus in eum, obedientibus ei, seruatisque
data eius, per bona opera certam suam usque usque
bus, ac denique per vim & violentiam eorum vapores
est, legitime contra carnem, mundum, & diabolum con-
stantibus, ut coronam gloria accipiant. Neque enim
nabitur nisi qui legumine corrumpitur.

Vestimentum omnium est Scripturas sacras: vernaculo
lingua legendas populo promiscue tradere. Magnos
nim cum applausu dicunt scripturas esse liberum
hum & cibum animae spiritualem; omnibus necessa-
rium, ideoque omnibus communicandum. Catholici
cos vero prelatos, qui promiscuam scripturam ad
nem populo fidei negant, aiunt partim ipsam scrip-
tam insimare quasi materiam falsi, partim plebe Chri-
stianam accusare quasi ad haereses propensam: partim
denique tollere a populo clauem scientiae: ut colunt
ris facti faciebant, nec ipsi intrucentis, & non qui inter-
tunt, prohibentes. Postremo proprio hac in re honori
eum modis consulere, ut si imper ab ore ipsorum popu-
li famelicus pendere cogatur. Haec hodie haeretici
gno cum rudis populi applausu, magno pietatis pre-
tu, magna cum omnia mansuetudinis opinione
ficant.

Sed lupina rabies est, quod sub hoc praetextu

occasionem populo dederunt, pro suo sensu vnumquodque
scripturas exponendis; quo vno malo nihil est in Eccle-
sia Dei pestilentius, quia unitatem fidei & animorum illa
licentia prorsus subuertit. Secundo effecerunt ut Ecclesie
interpretationem circa Scripturas populus contemneret;
& sic omnem obedientiam fidei populo necessariam (o-
ues enim sunt non pastores, & audire iubentur non doce-
re) sustulerunt. Tertio etiam contra ipsos ministros, & su-
perintendentes nouos, populi linguas & iudicia acuerunt.
Scripturas enim promiscue legentes, & pro suo quisque ar-
bitratu interpretantes nec suos Ministros audire digna-
tur, vnde sectarum & schismatum & heresum quotidie
semina iacta sunt. Est autem Scriptura liber fidelium,
sed non omnium, quasi ab omnibus intelligi possit, vnde
sacerdos sanctus Ambrosius vocat Scripturas librum
doctorum distribuendus. Illi enim sunt prudentes di-
spensatores, quos constituit Dominus super familiam suam,
ut dicitur in tempore tritici mensuram. Scriptura non est
materia falsi, per se, sed per occasionem, sicut lex est cau-
sa peccati & auget praeruaricationem, licet mandatum per se
sit sanctum & bonum. Plebs fidelis non accusatur, ut pro-
blis, sed a S. Petro in scripturis sacris, ut indoluit, ut instabi-
lis, qui deprauans scripturas ad suam perditionem. Denique
non est ipsa Scriptura clavis scientiae, (ut docet Origenes)
sed donum prophetiae & interpretatio quam accipit Ecclesia
in suis magistris (neque enim omnia propheta, sed quosdam de-
dit Christus prophetas, pastores, doctores, &c.) est illa clavis:
& hanc isti lupi sub specie ouina tollunt a populo, dan-
tes illis scripturam, quae est scientia clausa, & tollentes Ec-
clesie interpretationem, quae est clavis spiritualis, & vna
ex clauibus regni caelorum, quam Ecclesia in Petro ac-
cepit. Postremo nec suo honori, nec suis commodis hac in
re prelati consultum, sed saluti ipsius populi, cui non ma-
gis expedit Scripturas promiscue in vulgari legere, quam
solutis, & paruulis enses ac cultros committere. Quibus di-
splicet quod ab ore pastorum populus fidelis pedit, ar-
queant & illi Christum ipsum qui huc ordinem constituit

2.

3.

Ad 1.

De fide ad
Reg. l. 3. c. 74

Ad 2.

Ad 3.

Rom 7.
Ad 4.

2. Pet. 1.
Ad 5.

De pna. 13.
4. esp. 1.
1. Cor. 12.
Eph. 4.

Ad 6.



a Ephes. 4.
b Math. 23.
c Act. 20.
Num. 16.

28
Scripturaru
heretores se
venditare, &
Scripturaru
libros nega-
re.

In prin. fid.
lib. 9. c. 1.

29
Symboli p-
fitem & Sym-
boli varios
articulos ne-
gant.

1
2
3

200 *Promptuarium Catholicum*

vt pastores & doctores essent, qui populum a pascendo
& docerent, & regerent. Sed horum magistri sunt Dauid
& Abiron igne caelesti consumpti, quorum illa conu-
Moyse vox erat: *Omnis multitudo Sanctorum est, & non
sibi est Dominus.*

Vestimentum ouium est, quod aiunt se sacras Scrip-
tas non solum nobiscum, sed & magis quam nos vena-
ri. Rabiem tamen luporum intus aiunt, quod non totum
corpus Scripturarum canonicarum nobiscum agnoscunt,
sed varias partes prout illis libitum facit e canone Sa-
crarum Scripturarum rescant, vt libros Machabaeorum,
Ecclesiasticum, Epistolam Iacobi, Secundam Petri, &
alia quaedam more veterum hereticorum, vt plurimum
exemplis a libi ostendimus. Sanè teste Terulliano in pro-
scriptionibus, & diuo Hieronymo in proemio Contri-
tarum in Epist. ad Titum. *Omnium hereticorum iste mos est,
quidquid contrarium suo dogmati videtur vel exadere, vel
tiam integra repudiare.* Quare nihil à suis maioribus, ali-
num nostri hodie faciunt.

Vestimentum ouium est, quod aiunt se omnium Chri-
stianorum more Symbolum Apostolorum credere, tene-
re & profiteri. At rabies lupina est, quod varios huius Sym-
boli articulos re ipsa negant. Neque enim credunt sanctam
Ecclesiam Catholicam & Apostolicam. Non credunt per
omnes aetates à Christo passio Christi Ecclesiam in omni-
terrarum extitisse, & visibiliter floruisse. Non tenent com-
munionem omnium gentium, nec illam Ecclesiam ten-
dunt, quae per orbem terrarum & hodie diffundit, & per
omnes aetates plus minus diffusam fuit. At haec duo signi-
ficat vox Catholica. Rursum non credit illa Ecclesiam
quae origine sua Apostolica, hoc est, quae per continuationem
pastorum & populorum successiones ad aliquem Aposto-
lorum suam originem referre potest. Deinde non credunt
remissionem peccatorum, nec illam quae in Ecclesia
sua per clauem Ecclesiae fit (docent enim Apostolorum suc-
cessores non verè soluere peccata, sed tantum declarare
ipso Deo fit. Docent enim imputatiue tantum, non verè
mitti peccata, ideoque omnia opera nostra esse semper

pec-

In Dominic. VII. post Pentecost.

peccata praeterea non credunt Christum descendisse ad in-
feros. Exponunt enim hoc factum fuisse, quum in cruce
pendens penas damnatorum Christum sustineret, quod
omnibus Christianis haecenus inauditum fuit: Vide de
hoc articulo elegantem & doctissimum tractatum Henri-
ci Vici. Postremo non credunt communionem sancto-
rum, aut eorum qui in terris sunt, à quorum communi-
one recesserunt, & vniuersum fere cultum, in quo haec co-
muni maxime relucet violauerunt, aut eorum qui in
caelis sunt, quorum nec preces, nec charitatem, nec meri-
tum illo modo nobis prodesse dogmatizant, atque adeo
omne nostrum cum illis commercium impiè & propheta-
ne tollunt.

Vestimentum ouium est, quod Sacramenta Christia-
norum retinere se fingunt. At lupina rabies est, quod ex
septem illis tantum retinent, & illis duobus omnem ef-
ficaciam gratiae demant, nec per sacramentum, sed per
fidei sacramenti remitti peccata & conferri gratiam
dogmatizant, quod totum autibus Christianis nouum
& inauditum est. Nec minus absurdum, quam nouum:
fides enim disponit subiectum, vt sacramenti vis opere-
tur, sed virtus & gratia per sacramentum confertur. Quae
re fides non est efficiendi modus, sed ad efficientiam pre-
requiritur. Tot modis, & multo pluribus heretici horum
temporum sub vestimentis ouium lupi rapaces sunt,
quod vt omnes intelligant, operae precium est.

4. *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.*

Loqui proprius docendi populum, unde heretici co-
gnosci queant. Docet Saluator ex fructibus eorum illos
cognosci, quia ex mala arbore nemo colligit bonos fru-
ctus, nec ex bona arbore malos fructus. Videndum igitur
diligenter, qui sunt proprii fructus hereticorum quatenus
malis. Nam ut ex mala arbore, quatenus mala est, nunquam
colligitur bonus fructus, verbi gratia, ex spinis vel radice
spinata non nascitur vna, nec ex bona arbore quatenus
bona malus fructus colligitur, vt verbi gratia, vitis non

Q. 2 produ-

30
Sacramenta
verbo tenet
re ipsa negat

hereticorum
fructus pro-
pria.



producit hæc spinarum, autamē nulla est arbor tā mala, quin aliquid boni p̄ducatur, & ad aliquid sit utilis, quā ipsa ligna spinarū ad multa cōducūt, nec aliqua arbor tam bona est, quin per accidens aliquid mali contineat habeat (nam & ipsum triticū producit paleam) sic omnino & eodem modo, nec vllus hæreticus, tam periculosus aut improbus est, vt nō aliqua vera doceat, & aliqua bona faciat (hæc. n. sunt vestimēta ouium, quibus induuntur, vt melius fallant) nec vllus Catholicus pastor, tam vel in doctrina vel in morib. purus ac synæcerus est, quā aliquando vel hallucinetur vel peccet in amen hæreticū in quantum hæreticus nunq̄ bonum doctrinæ fructum proferit: nec Catholicus Pastor quatenus talis, i. Catholice, quam tenet doctrinam proferens, vnquam impia doctrinam docet. Ob quam causam Christus de malis sed Catholicis pastoribus dixit. *Super Cathedra Mōsai sederunt. &c. Omnia ergo quacūq; dixerint vobis, seruetis & facite.* Hæreticorum igitur hoc loco fructus ex quibus cognosci debent, nec sunt aliqua vera que docet illa cuius a nobis Catholicis acceperunt, non ex seipsis loquuntur, nec sunt semper ipsa opera, que faciūt, seu bona seu mala (bona enim non ex radice hæresis procedūt, sed per accidēs illi insunt, & sunt quasi botri inter densa spinarū p̄dentes: caute mitte manū, ne dum vnam boni operis colligere vis, spina hæresis te pungat, mala vero nō facit per ex ipsa hæresi, sed aliquando ex per sone improbatæ proueniunt) sed sunt partim dogmata ipsa hæreticorum, sua & impia, quæ singulis hæreticis sunt propria, & a singulis archihæreticis (de quibus hic potissimū Salomon loquitur) proprie adiuuenta, partim et quādā mala opera hæreticis propria, & ex ipsa hæresis radice pullulantia. Talia enim sunt proprii eorum fructus, vt pote non illos proprios auctores & parētes habēt. Quod ad partem substantialem: Macedonij proprius fructus est negare Spiritum sanctum Patri & Filio coequalentem, & Lutheri, Caluini & aliorum Archihæreticorum proprii fructus erāt proprie eorum hæreses & propria dogmata nouiter introducta: vnde q̄ talia dogmata tenentur

Math. 23

Proprii hæreticorum fructus & duplices.

1. gener.

Lutherani vel Calviniani vocantur. Quare Theodo. sic Christi verba exponit. *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Impia enim & execranda dogmata per se sufficiens ad sui per hoc locum aduertendū, non quis impia dogmata fructus illos hereticorū esse, vñ à populo fideli cognoscantur, de qualib. hic Christus loquitur. Neque. n. populus fidelis de ipsis dogmatibus iudicare potest, qualia sint in seipsis q̄bus fundamētis, vel argumētis aut cuerti possunt ab orthodoxis, aut stabiliri à suis. Hoc. n. artis & industriz est, qua populus etiā fidelis caret. Sed duobus modis pot̄ populus fidelis ex falsis dogmatibus, vt ex proprijs fructib. hereticos cognoscere. Primum ex doctrina ipsa generaliter accepta, videlicet in quantum noua est, & inaudita, & præter notissimam fidei regulam, quam iam olim acceperunt. Sic enim hortat. Scriptura populum fidelem, quando de cauendis hæreticis agit. *Si quis euāgeliū auerit vobis præter quam quod accepistis, anathema sit.* Rursus. *Observate eos, qui dissensiones & offensas præter doctrinam quam vos didicistis faciunt, & declinate ab illis.* Iterum. *Doctrinis varijs & peregrinis nolite abditari.* Deinde. *In eadem permansimus regula.* Et ad Timotheum. *Profanas vocum nouitates deuita.* Deniq; S. Ioannes. *Quod autē sitis ab initio in vobis permoneat.* Hæc omnia docent fideles attendere à falsis Prophetis, & p̄bare Spiritus an ex Deo sint non per examen & discussionē particularem ipsorū dogmatum in se, & in causis suis (hoc enim pastorum & doctorum est, qui pro consuetudine exercitauerunt) sed per hoc quod noua est & peregrina, quod præter id quod accepimus & audiuius, ab initio, quod præter doctrinam quam didicimus, & contra regulam, in qua perbere potest. Hoc autem iudicium quibus fidelis adhibere potest, quia fidei iudicium est, quod omnibus compositionem quandam fidei, ad ipsum Corinthiorum fidelium iudicium se refert. *Vt prudentibus, inquit, laqueor, vos ipsi indicare quod dico. Calix benedictionis cuius benedicimus, & nomo participatio sanguinis Christi est.*

hæc. 2. b. 4. 3

Ex fructu fidei & doctrinæ dupliciter hereticū cognoscere populus potest. Gala. 1.

Rom. 6. 3. Heb. 2. 1.

Philip. 1. Tim. 4. 1. Ioan. 2.

Heb. 2.

1. Cor. 10.

Q. 3 De



De Gene. ad
lit. li. 12. c. 14

De hoc etiam iudicio fidei sic scribit Augustin. *Nō magis
goum est tunc discernere spiritum, quam ad aliquam paruos
rit vel perduxerit, quia sunt contra bonos mores, vel contra re-
gulam fidei. Tunc enim à multis discernitur.* Hæc ille. Si
his nostris temporibus, quum hæreticus negaret esse
ptē Sacramenta, Cōfessionem peccatorum Sacerdoti
cienda, Missæ sacrificium, inuocationem Sāctorum, &
rationes pro defunctis, & similia, facile erat citius & p-
pulo fidei, ex tali fructu falsum Prophetā cognoscere
ideoq; ab illis diligēter cauere, & attendere. Quod
Euangelio peccauerit. Alio modo ex falso dogmate
tanquam proprio fructu hæreticus cognoscitur, quod
ex ipso dogmate mala opera nascuntur, vel quādo ip-
dogma ad vitæ mortuq; improbitatem homines pe-
ducit, vt hodie hæreticorū nostrorum ualde multa, sicut
ti supra ostendimus. Videlicet dogma de sola fide iusti-
ficante, de imputatiua iustitia, de certitudine gratiæ, de
tra merita bonorum operū, de corruptione nature pe-
peccatum Originale, & alia multa. Tale etiam illud hæ-
theri dogma erat. *Si non uult uxor, ueniat ancilla. Item
magis à copula carnali, quam à spūto ei cōcedo absinora
posse. Itē: Dei mandata esse impossibilia. Omnia opera
esse immunda, & in omni bono opere hominem peccare. Dom-
omne peccatum esse mortale.* Ex his enim sceleratis dogma-
tibus, tanquam ex pessimis arboribus variz impiorū
pessimi fructus eant sunt. Tales autem fructus facile ag-
noscuntur, quia contra bonos mores faciunt, sicut pe-
cedentes contra regulam fidei, quæ duo statim discer-
nuntur, vt supra dixit Augustinus.

Mala quædam
opera pprii
hæreticorum
fructus.

Quod ad posterius attinet, mala opera hereticis pro-
pria, & ex quibus propterea tanquam ex propriis con-
fructibus cognosci possunt, sunt superbia non vulgari-
sed specialis quedam contra Ecclesie præfates prin-
tos, & antiquos omnes Doctores. Item odium non ho-
ius aut illius, sed totius Ecclesie, aut certe prepositi-
cius, pertinacia, inuidentia, inobedientia, ambitio, u-
uaritia, & hypocritis quedam singularis. Denique quæ
his cōsequi solent, direptio & vastitas Ecclesiarum
subiect.

sub uersio regnorū & Rerumptiois populi dissolutio.
Hos fructus hæreticorum tū Scripturā nos docet, tū to-
tā antiquitas obseruauit. Sic Apostolus, *Et ut homines se-
iplos amantes, elati, superbi &c. habentes speciem pietatis, uirtu-
tem autem tuam abnegantes, id est, Euangelium in ore, cha-
ritatem in lingua, sed odium Ecclesie in corde, sacrilegia
in opere, superbiam in peccore. Rursus, Nō Demum, sed
uocari suo seruientes, per dulces sermones seducunt corda inno-
centium.* Et iterum. *Et uosodi Pseudopostoli sunt operarij
subdoli, transfigurantes se ut Apostolos Christi. Sic ad Timo-
theum, discedens quidam d fide ad tendens spiritibus erroris, et
doctrinis damnatorū in hypocritis loquentium mendacium. Deni-
que Petrus. In auaritia fillis uobis de uobis negociabūtur.*
Ac postremum ad Titū Paulus. *Docentes quæ nō oportet
tempus luti gratia. Ex hmoi fructib. cognoscuntur lupi
suis uerimentis ouium, & hæretici sub titulo uerbi mini-
strorū. Quare sic hæreticū definit August. Hæreticus est,
qui alienius temporalis comedit, & maxime gloria principa-
tamque sui gratia falsas ac nouas opinionēs, uel gignit, uel fa-
quirit. Omnis enim hæreticus, uel propter teporale cō-
modū, uel propter nominis sui gloriam cōparādā, Ca-
tholicæ Ecclesie unitatem ac fidē deserit. Exempla sunt
sec. Tatian⁹ Encratiarū author, tumore disciplina inflatus
tanquā alijs scientia superior, peculiarē cepit promulgare do-
ctriam. Thebutes unus e septē primis Heresiarchis, Ec-
clesiam antea uirginū seprauauit, eo quod in Episcopatus pe-
titione repulsus tulisset. Montanus, Asia primatus immodi-
ca cupiditate captus nouam heresim introduxit. Florinus, &
admitti non poterant. Nouatus Romæ presbyter quia
pontificatū Ecclesie Romanæ adipisci non potuit, ab-
iit de Valentino Tertul. in præscript. heret. & de Acrio
epiphanius, har. 75. Arius cōtempo Episcopo suo A-
lexandro ad eam superbiam prouectus est, ut nullo ex
ueteribus Ecclesie Pastoribus secum consentans existimaret.
Nestorius exposita lingua uolubilitate elatus, animus ad
ueterem scripta non intendit, sed seipsum omnium præstan-
tissimū esse dixit. Actius Clementem, Africanum, Orige-*

2. Tim. 3.

Rom. 16.

2. Cor. 12.

1. Tim. 4.

2. Pet. 2.

Tit. 1.

De uil. cre-
dendi ca p. 2.

Nice. l. 4. c. 6
Iust. Eccle.
Eucl. 5. c. 19
Nice. li. 4. ca.
7. cap. 20. de
Ambr. li. 1. m.
15. de pœnit.
Nice. li. 5. ca.
13.

1. b. 2. cap. 9
Lib. 14. c. 32.

Soc. l. 2. c. 29



Theod. her.
Fab. lib 4

Contra epil.
Fundam. ca.
22. lib. 5

Lib. 3. c. 2
Lib. 1. c. 3

Hæreti. Fab.
lib. 2

Fantus à Pa-
lano in Mar.
cap. 7

266 Promptuarium Catholicum.

nem, viros omni doctrinæ & sapientiæ genere excellen-
tes profusus reiecit. Eiusdem vox erat, *sa Deum non minus
quam semetipsum cognoscere*. Manichæus se *Apostolus Chri-*
sti nominavit, & de creatione primorū paritū dispu-
taturus, vt Iquit: *veritas istius rei sese habet, ab vniuersis san-*
gentibus ignoratur. Et ab omnibus qui etiam de hoc dū
tumq; disputauerunt. Hæc ille apud Augusti. Deoip-
oibus hæreticis hoc notat Irenæus. *Qui relinquunt pro-*
conium Ecclesia imperitiam sanctorum Presbyterum arguit.
Et iterum. *Vnusquisq; fictionem quā a semetipso adinuenit*.
illam esse sapientiam dicit, seque indubitatē Et incōtinētiā
sincere absconditum scire mysterium. Et rursum de cuiusdā
Marci discipulis ait. *Per se ipsos semetipsos vocabant, quos si-*
mo possit ex aequari magnitudini agnitionis ipsorū, nec si quā-
lum aut Patrum dicat, vel alterum quendam Apostolorum.
Notauit hoc etiam eleganter Vincentius Liricensis
verbis. *Quid est, quod Apostolus de oppositione falsi non-
scientia dicit quam quidam promittentes exciderunt à fide,*
si ponam nasci quādam ignoratamq; doctrinam. Et celestium
brum quendam componebant, quem dicebant delectabilem
se de cælo teste Theodoretō. Sic hodie Lutherus in lib.
contra Regem Angliæ. *Certus sum me meā dogmata de-
ro de cælo*. Et ille passus repulsam in promulgatione
dulgentiarum, prælato illi Ioanne Tetzelio Dominico
no, cepit contra Ecclesiam insanire. De hæreticorum
nostri temporis proprijs fructibus, vide Promptuarium
nostrum Morale in hac ipsa Dominica text. 2.

5. Nunquid colligunt ex spinis vvas, aut ex tribulis ficus?

Quod si fructus intelligat Christus, ex parte cogit
eat subiungēs. *Nunquid colligunt ex spinis vvas, aut
ex tribulis ficus?* Si prædicator docet vnitatem & chari-
tatem, argumentum veri Prophetæ est. Vt vniuersis
nim racemus multa grana vni pediculo adhaerentem
coerctet. Ficus grana multa vni pedamento coniuncta
continet. Hæretici non vnitatem, sed dispersionem
charitatem, sed odium totius Ecclesiæ docent. Rursum
vux, & ficus fructus sunt dulcissimi & suauissimi. Hæ-
reticorum

Dom. V I I. post Pentecost. 207

reticorū opera, & fructus sunt odia, inimicitia, lites, bel-
la, fraudes, luxuria, licentia. Tertio ficus, & vva calēt, vt
Galenus author est: si prædicator teporem licentiamq;
prædicet, falsus Propheta est, qualis olim erat Iouinia-
nus, de quo sic S. Hieronymus scripsit. *Egrigia sanæ vox,*
quam audiat sponsa Christi. Raro ieiunare ex vbiis nubi-
Qui semel in Christo baptizatus est, cadere non potest. Hæc
olim Iouinianus: hæc hodie nostri hæretici prædicant.
Quarto ficus & vva pingues reddunt edentes eodem
autore Galeno in lib. simplicium alimētorum. Bonus
prædicator pinguiorē reddit animas audientū. Hære-
ticorum hodie doctrina & prædicatio quales suos effe-
cerit auditores, tum experientia ostendit, tum ipse Lu-
therus falsus est, in Sermone Domin. prim. Aduentus,
aliquæ post eum Ministri multis verbis cōquesti sunt,
vt Mulculus in libro de prophetia Christi, & maxime
concionēs de planetis excusæ Tubingæ anno 75. A iunt
suos decies sub Euangelio deteriorēs factos, quam sub
Papatu erant.

6. Non potest arbor bona malos fructus facere, ne que arbor mala bonos fructus facere.

Locus idoneus defendendi à praua hæreticorum
hodie interpretatione hūc textum, ex quo videlicet
impe colligunt omnes etiam in Christo renatos semper
peccare, semper esse propter carnem immundos, semper
facere fructus malos, quia semper sunt arbores male, pro-
pter naturam corruptam, & sanitate, per Christum in-
choatam quidem per fidem, sed non ita perfectā pro gra-
tiam, vt possit vere iustitiæ opera, & in Dei iudicio ac-
cepta proficere. Hæc illi ex hoc loco ratiocinant. Quibus
sic responderi potest. Arbor mala quæ non facit fructus bo-
nos, nec est natura nostra quasi malū quoddam à malo
principio creatū (vt Manichæi dicebāt, teste S. Augusti.)
nec coniugii, vt volebāt Pelagiani eodē referētē Augu-
stino, cōtra Iulianū: nec malus minister Sacramētū (vt
Donatistæ cauillabantur apud eundē Augustinum cō-
tra Petilianum, libro tertio capite 44.) nec denique est
ipsa

Lib. 2. contra
Iouinian.

vide Marc.
Ertengrubi,
in sua Episto-
nasia.

hæreticorum
imā ex-
pō-
bitio, recitata-
tur.

In li. de vera,
hæc 46. lib.
cap. 3.



Non natura,
sed voluntas
nostra prava
est.
Matth. 12

Cap. 18.
Recit. II. 1.
ca. 22

Cap. 9

Luc. 2

Gal. 5

Rom. 6.
1. Tim. 7

208 **Promptuarium Catholicum**

ipsa caro aut veritas corrupte naturae relicta, vt in
docent Manichaeis haec in parte valde a iuines, sed est in
sa hois volūtas: quod Christus ipse al ijs verbis in Eu-
gelio clare docuit, quum diceret. *Aus facite arborem in-
nam & fructus eius bonos, aut facite arborem malam & fru-
ctus eius malos sicutem ex fructibus arbor cognoscitur.* No-
mo certe facit naturam suam bonam vel malā, sed vo-
luntatem suam quisque vel in bonum, vel in malū libe-
re fleat, indeque opera producit vel bona vel mala. Sic
apud Ezechielem legimus, *Facite vobis cor nonne. Quod
quidem verba non sunt contra gratiam Dei, ait Augustinus,
quam predicamus in voluntate quippe hominis est voluntas
voluntatem in nobis, sed ea potestas nulla est nisi a Deo de-
tur.* Renatus ergo in Christo propter bonam voluntatem
est arbor bona. *Gratia enim sanat voluntatem, ut sancta vo-
luntas impleat legem, ait Augustinus in libro de spiritu &
lit.* Ob quam causam, quum primum appareret in im-
do medicus hostes, cecinerūt Angeli, *Pax hominibus bo-
na voluntatis.* Haec bona volūtas profert fructus bonos,
de quibus Apostolus dicit. *Fructus spiritus (habent autē
renati spiritu Dei) est charitas, gaudium, pax, patientia, in-
munita, bonitas, &c.* Denique bona arbor, & mala arbor
hoc loco est bona & mala voluntas, propter bonam &
malam in ea radicem. In bona voluntate radix bonorum
operum est. *Charitas diffusa in cordibus nostris per Spiritum
Sanctum, qui datus est nobis.* In mala voluntate radix ma-
lorum est cupiditas. Haec duae radices, hi duo animi
res similes sibi fructus profert, dissimiles profere-
re non possunt. Ostendunt ergo cuiusque opera qualis sit
eius voluntas, quae intentio, quis animus, sit ne hypo-
crita, an iustus, sicuti fructus ostendūt qualis sit arbor,
sicutine an spinetum. Hoc Christus in isto Euangelio
docere voluit, & voluntatis non naturae vel prauitatem
vel bonitatem ostendere.

6639
6699

te:

7. No

Dominic. VII. post Pentecost. 209

7. *Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, in-
trabit in regnum celorum, sed qui facit volun-
tatem Patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit
in regnum celorum.*

Locus insignis, euidēs, & manifestus, contra here-
ticorum hodie solam fidem, & pro bonorum operū
necessitate ad salutem in iis, qui per gratiam operari po-
sunt. Nemo enim dicit Christo, Domine Domine, nisi
qui credit in Christum. Multi etiā infideles dicunt, Do-
mine Domine, quia nulla natio est, q̄ non aliquē Deū
colat. Sed nemo dicit Christo, Domine Domine, nisi q̄
credit in Christum. *Quomodo enim inuocabunt, in quos nō
crediderunt. & Nemo potest dicere, Domine Iesu nisi in Spi-
ritu Sancto.* Et notandum quod non dicit Christus. Nā
omnis qui dicit, Domine Domine, sed non omnis qui dicit
mihi Domine Domine, id est, non omnis qui credit in me,
& inuocat nomen meum, intrabit in regnum celorum,
sed qui facit voluntatem Patris mei. Non solā fidei, vel so-
la inuocatio nominis mei, saluabit credentem & inuoca-
tem, sed facere voluntatem Dei, facere bona opera, quae
Deus vult vt faciamus, illud denum salutē adfert. *Haec
est autē Dei voluntas sanctificatio vestra.* Et alibi post mul-
ta bona opera eō memorata. *Haec est, inquit, voluntas Dei
in Christo Iesu.* Et rursus iuxta huius Euāgelij verba ait.
*Pateris vobis necessaria est, vt faciatis voluntatem Dei re-
perirei re promissiones. Vbi diligenter notandum contra he-
reticos, quod promissiones Dei non solā fide nitunt, sed
faciendo voluntatem Dei repōnantur & acquiruntur.*
Omnes hodie heretici per suā fiduciam & specialem fide-
m dicunt Christo Domine Domine, & credunt firmi-
ter se per hāc solam fidē saluandos, credunt se per Chri-
stum, per propitiationem per illum factam, & per fidē
qua promissiones Dei apprehēdunt, sine vllō dubio sal-
sari fidem. Sed hanc detestabilem praesumptionem & fal-
sū sus condempnat, & profus negat, quod haeretici per
inacillime affirmāt. Quare multum vigeri & amplifica-
ri hic

Necessitas
benedictiope-
rum.

Rom. 10
1. Cor. 12

1. Thel. 4. &
5.

Hebr. 10



ri hic locus potest ac debet. Docet enim hic locus non solum præsentiam bonorum operum aut congruentiam quam moderatioris hæretici admittere videtur pariter cum fide, sed docet quoque necessitatem bonorum operum: docet solum fidem & invocationem nominis Christi non sufficere. Docet factorem & operatorem bonorum saluari.

Calvinus vobis Christi reluctans.

Calvinus verò quum nullo honesto fuce hæc Christi verba tam luculenta & perspicua eludere se posse crederet, veritatem tamē ipsam agnoscere noluit, sed totius generis viribus reluctans, ita demum scribit, *Facere voluntatem Patris non tantum significat philosophicè vitam & vitam suam ad virtutum regulam formare, sed etiam credere in Christum, sicut habetur Ioan. 6. ver. 40. Non ergo his verbis excluditur fides, sed quasi principium statuitur, unde reliqua fluunt.* Hæc ille callidè & astutè multa venena non tam aperte fundēs, quam clanculū in stillans. Primum enim philosophicè ad virtutum regulā mores formare, nihil profus ad hunc locum pertinet, neque hoc est facere voluntatem Dei Patris. Sed facere voluntatem Dei Patris est facere ea, quæ præcepit nobis Deus Pater in divinis scripturis, & propter Deū illa facere, non ea facere, quæ philosophi in sui ethicis disputarunt solo virtutis amore. Sed voluit impius Calvinus omne bonorum operum studium, quod Christus hic in primis commēdat, quæ humanam tātum & philosophicam iustitiā traducere. Deinde quod addit facere voluntatem Patris hoc loco significare, vt credamus in Christum, quia 6. Ioan. dicit Christus: *Hæc est voluntas Patris mei qui misit me, vt omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam.* Hæc dupliciter falsum & pariter fallaciter dictum est. Christus enim hoc loco, facere voluntatem Patris ab ipso credere manifestè distinguit, & de iam credentibus loquitur. (Quomodo enim invocabunt dicentes, Domine Domine, in quem non crediderunt?) vt non solum credāt, non sed per fidem suam Dei nomen profiteantur dicentes, Domine Domine, in Nomine tuo prophetavimus, sed etiam præterea faciant voluntatem Patris, id est bonis operibus operentur. Nam idcirco eos qui voluntatem Patris non fecerunt,

Rom. 10.

tim, manifeste statim vocat operarios iniquitatis. Deinde Christus Ioan. 6. ver. 40. non dicit nos facere voluntatem Patris credendo (tametsi hoc verum sit) nec de faciendâ voluntate Patris omnino loquitur, sed ait voluntatem Patris in hoc esse, Deumque in hoc suam facere voluntatem, vt omnis qui credit habeat vitam æternam. Quæ sit voluntas Patris docet, non quid sit eius voluntatem facere, vbi etiam vnum diuinæ voluntatis obiectum, & unâ causam salutis æternæ posuit, sicuti hoc loco aliam ponit. Totum autem hoc à Calvino fallaciter & per insignem imposturam ita dicitur, vt simplici lectori insinuet, fidei necessitatem, non autem bonorum operum à Christo inculcati. Quod adhuc eius conclusio magis manifestum facit, quia dicit *sed in his verbis non excludit* quod sanè de toto Christi sermone verum est, quia præsupponitur à Christo, & iam credentibus loquitur Christus. In illis tamen verbis, *facere voluntatem Dei Patris*, de quibus nunc disputat Calvinus, fides non intelligitur nec includit, quod insinuare voluit Calvinus, quum addit, *fides hic quasi principium statui vnde reliqua fluunt.* Verum sanè hoc est de toto Christi sermone. Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, hoc ipsum enim est credere in Christum & fidem habere: & hæc fides omnium bonorum operum radix ac fundamentum est. Sed non est hoc verum de illis verbis: *Qui facit voluntatem Patris mei, quæ nunc tractat* Calvinus. In his enim verbis non statuitur fides, sed statuitur mandatorum Dei observatio ad salutem necessaria. facere enim voluntatem Dei Patris, est facere & observare ea, quæ Deus iubet, vt supra ostensum est. Ita Calvinus, quia aperto Marte tam illustrem doctrinam, quam nullo modo humiliter amplecti & credere voluit, impugnare non potuit, cuniculos egit vt veritatem subuerteret. Quomodo eadem Christi verba de faciendâ voluntate Patris sui iterum Calvinus pervertat, vide in parte Quadragesimali latius explicatum.

Eccl. 4. Heb dom. 1.



DOMINICA OCTAVA post Pentecostem.

Luc. 16.

Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, quum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula.

Eleemosyne meriti & sanctorum patrocina.



OCCTAVIS insignis ad duo fidei nostra: capita contra horum temporum haereticos ostendenda. Primum ad meritum Eleemosynae, quod ut ceterorum omnium bonorum operum negant haeretici. Secundum ad patrocina Sanctorum in altera vita, quod etiam odiosissime negat. Dicit enim Christus Dominus diuites omnes, ut exemplo peccatoris villicus, ex eleemosynas erga pauperes, eos sibi amicos faciant, id est, patronos (ait Gregorius Magnus) ut quum defecerint, id est, quum ab hac mortali vita recesserint, sic enim omnes interpretes exponunt. Augustinus de Ciuit. Dei lib. 21. ca. 14. Cyprianus in Sermon. de eleemosyna, Chrysostomus 33. ad pop. Antio. Hieronymus ad Algasiam, Theophylactus & Euthymius in hunc locum partim sua intercessionem, partim etiam operis merito eos in vitam aeternam, perducant. Sic nobis amicos in terris tribus lucris (ait Cyprianus) prouida operatione facimus, quos postmodum in aeterna tabernacula suscipiunt. Item si quis alicui vorum calicem aquae frigida dederit tantum non nisi discipule non perdat mercedem suam. Haec Augustinus. Est enim quidam fidelium iura non tam bona (ait alibi) ipsa sufficiat, nisi eorum meritis, quos amicos per eleemosynas fecerunt, nisi misericordiam consequantur. Haec ille. Vbi citatur huic Dominicae sententiae illam aliam Domini sententiam

Moral. li. 21. ca. 14.

Vbi supra.

L. Esang. li. 2. q. 14.

De ciuit. Dei li. 21. ca. 7.

tiam simillimam esse dicit. Qui recipit Prophetam in nomine Prophetae, mercedem Propheta accipiet. Rursum huic sententiae Dominicae, similis & illa Apostoli est (sicut notauit S. Gregorius loco citato) qua dicit. Ex equitate in praesentibus vestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut & illorum abundantia vestra inopia sit supplementum. id est, ut abundantia meritorum in sanctis pauperibus (nam de sanctis & bonis pauperibus Ioan. hoc loco Christum docet & probat S. August. ex alio Christi verbum. Quod uni ex minimis istis feceritis, mihi feceritis, ubi per minimos intelligit voluntarie pauperes) suppleat inopiam meritorum in diuitibus (quorum videlicet vita non est tam bona, ut ad salutem sola sibi sufficiat, sicut idem scripta docuit Augustinus) sicut ipsorum diuitum abundantes diuitiae suppleant praesentem inopiam pauperum. Porro hanc eleemosynarum retributionem in hoc uero Evangelio insinuatam aperitius explicat in alio Evangelio Christus, ubi formam iudicij extremi describens futurum ait, ut bonis ac iustis dicatur. Possidete praeparatum vobis regnum. Et Esurius enim & destitutus mihi manducare, &c. Vbi causa possidendi regni explicatur esse ipsum opus bonum Eleemosynae, non quibusuis, sed Christi fidelibus, & propter Christi amorem factae. Porro eleemosynae meritum & vim maximam etiam ad placandum Deum, & ad redimenda peccata, id est, ad poenitentiarum mitigandas, perspicue docuit Daniel propheta sic Regem Nabuchodonosor alloquens. Conuersum novum o Rex placeat tibi peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiae pauperum. Foris itaque ignoscit deus tuis. Quae scripturae verba apertissima, & huius Evangelij verbis maxime consentanea, haeretici horum dogmatum, penitus pervertere plurimum fatigerunt, idque ex textu Hebraici, veterassa ignorantia vel corruptione maleuola. A iunt enim nec vocem קָרַן proprie eleemosynam significare, sed iustitiam, nec vocem קָרַן proprie iustitiam significare, sed contemere, idcircoque vocabulo, vel turpissimo hallucinantur, vel in pie caecillantur. Quod ad prius enim attinet, in libro Hebraic.

Math. 10

2. Cor. 10

Ser. 24. de ver. b. Domin.

Matt. 25

Dan. 4



Hebraico vetusto qui inscribitur *Senten. Ben Syra*. trilingui dictionario Munsteri in dictionario 7. linguarum, & in com. Aben-Ezra super decalogum significat proprie eleemosynam. Certe Sebastianus Munsterus in suis annotationibus in Evangelium Matthei. 6. docet hanc vocem צדקה Hebraeis significare iustitiam & eleemosynam. Syrus Paraphrastes Testamenti pro eleemosy. ponit Syriacę צדקה eleemosyna tua: quę ab Hebraea voce deducitur, manum prima צ in י: & vltima ק in ק: quod hic propter fixum deficit. Certe in Thalmud in tractatu Sanhedrin collectores eleemosynarum dicuntur passim צדקנים. Quid, quod in libro Thobia Hebraico Constantiнопoli inuento, & à Paulo Fagio in latinarum verso, pro voce eleemosyna (cuius ibi frequens mentione) ponitur semper צדקה. Quod ad posterius vocabulum attinet, Chaldaei (quorum lingua scripsit Ambrosius) pro redimere nullum aliud verbum habent pro צדקה: vt apparet ex Chaldaeis Paraphrasibus, quibus mos est Hebraeorum: לרצון exponere per radicem pro Saluator noster in nouo Testamento Syriaco appellatur מרופק redemptor: & ibidem pro מרופק redemptio, Syriacę legitur מרופק. Nec aliam ob causam impius Mahomet suas blasphemias nectas appellat Arabi. אל-מרופק, id est, ipsa redemptio. Possunt etiam Hebr. in hac significatione hoc vocabulum habere, vt patet euidenter ex Psal. 136. (iuxta computationem Hebraeam) vel vt nos computamus, 135. vbi pro eo quod nos habemus, Et redemis nos ab inimicis nostris, tex. Hebraeus habet, &c. וצדקתנו. Ista hoc loco paulo curiosius exposuimus, quia hunc tam expressum & disertum locum pro electione virtute ac merito omnes hodie haereticę versio flagitiose peruertunt, & ingentem verbo Dei iniuriam faciunt: lectorique imperito turpiter illudunt, & imponunt. Quorum hominum non minus erant in hac parte ignorantia, quam superba & inanis invidia, hoc vno exemplo illustri poterit (si ita viderentur) auditores idonei adsunt) ex huius Evangelici textus

Paris 15 84.
apud Ioann.
Bene-natum

Ha occasione hoc loco aperiri, verbisque idoneis amplificari.
Ad vtramq; tamen doctrinam cauillatur Caluinus, ad priorem, quia Christus humano more loquitur, non suam videlicet humanitatem oportuni refugij nobis in star fore, sicut aduerso casu percussus ab illis sustentari solet, qui us in prospera fortuna benefecit. Ad posteriorem, quia hoc modo periret omnis eleemosyna, quę indignis impenditur. Illi enim pro nobis intercedere non possunt. Sed vtraq; cauillatio infusa est. Prior, quia Christus non solum humano more loquitur de aliquo refugio oportuno humanitati nostrę reddendo, sed diuino preterea more ac modo loquitur promittens beneficentia nostrę non quodlibet refugium, sed ipsam vitam æternam. Docet illos quibus benefecimus recipere nos in æterna tabernacula, id est, Christum propter illos, non solum ratione operis ipsius, sed etiam ipsis intercedentibus, reddere vitam æternam, vt clarę docet Augustinus de Ciuitate Dei lib. 2. cap. 27. Sanę Sanctus Ambrosius non solum eos quibus benefecimus, sed & alios Sanctos pro eleemosynarijs intercedere affirmat. Sic enim hic locum exponit. Idco ait, facite vobis amicos de mammona, vt largiendo pauperibus, Angelorum ceterorumq; Sanctorum gratiam comparemus. Vnde posterior Caluini cauillatio diluitur. Nam & quum indignis præstatur eleemosyna, non solum ratione operis sit retributio, sed iuxta Ambrosium Sanctorum gratia comparatur, videlicet ut pro nobis intercedant. Quando eleemosynis tantam mercedem repromittit, ut causa ab illo subiuncta manifestum facit. Quicquid enim uni ex nostris meis fecistis mihi fecistis. Manet ergo summa Catholica doctrina, Caluini cauillationibus, ne quicquam impugnata.

Caluini cauillatio diluuntur.

Li. 7. in Luc.

Matt. 5.



Luc 19.

De templis
Christiano-
rum, & eorum
viti.

I. Domus mea domus orationis vocabitur.
Decus horum temporum, de templorum
necessitate & recto ac proprio viti. Alii
enim hodie heretici templis omnino con-
re voluerunt, vt Anabaptista ac puritani
Caluiniani. Alij vero omnes circa teplorum
propriū vsum multa impiè docuerunt, & populi Chri-
stiani pietatem ac deuotionem debitā in multis labili-
tauerunt. Primum enim templa in auditoria cōuertēti-
ū & prædicationi verbi primas ac secundas partes, oratio-
nē & precibus vix tertias dederunt. Sic apertè Cōcilium
Helueticū præscribit: *Godant posteriores partes in carnis
ceru doctrina Euangelica, caueaturq; ne nimis prolixis
fatigetur in coetu populis.* At Christus in hoc Euangelio
domum suam, id est, templum eius cultui cōsecratū. *ve-
cat Domum orationis, non domū prædicationis, id est, me-
gis primario ad orationem, q̄ ad doctrinā institutum.*
Sic Apostoli orationē doctrinæ prætulerunt, quum dicit
Petrus: *Nos orationi & ministerio verbi instantes erimus.* Vnde
Chrysof. grauissime conquerit de auditorum suorum
in verbo quidem audiendō maxima diligētia, in oratio-
nis autem ac precum studio, summa negligētia, his ve-
bis: *Ingentem & pene inaudibilem hanc populi multitudinem
qua modo affluxit, tantaque cum attentione sermonem
meum, sapenumero tempore illo perhorrendo, tempus publici
Sacrificij dicitur, quis fuit, & tamen nunquam in uideret
atque ita me uolens capere suspicium, quod cum ego aliquid
ueller conferre, studium alibi habetis & rigentius, & aut
fit, frequenter usque ad finem dicendi patientissimi persue-
tu. Cum autem ipse Christus cōmuni Magister, & Do-
mestus in sacri mysterij ostensurus est, uacua desertaque
isthac ueniam consequentur? Hæc ille. Deinde ab ipso*

Templa por-
tissimum ad
otandum in-
struta.

AR. 6.

De incōpre-
hē. Dei nat.
hom. 1.

ploru exordio, quæ in Dei cultum extructa sunt, prima-
rius ac præcipuus eoru vti erat, vt orationū, vt sacrifi-
ciorum, vt precū loca essent. Tabernaculum à Moyse in
deserto erectum, tēplum à Salomone Deo vero extructū
cau manifestè hoc demōstrant, vbi sacrificare, orare, &
Deum inuocare Sacerdos cū populo, & populus cum Sa-
terdote debebat. Quod quum non fieret, profanari suū
domum Deus per Prophetas cōquestus est, vt apud Iere-
miā. *Nūquid spelunca latronum facta est domus ista, in qua
inuocatum est nomen meum &c.* Et iterum per Esaiam af-
firmat Dominus. *Domus mea domus orationis vocabitur
cuius est populus.* Quo in loco singulariter notādum est, qd
quum Christus Dominus cruentam oblationem quæ se-
mel erat faciendā sub dio faceret, sui corporis oblatio-
nem, quæ in alterius memoriam perpetuū renouanda
erat, non nisi in domo constituit: cuius etiam figura
agni paschalis manducatio, non nisi in domibus, vel ta-
bernaculis, vel demum in templo fiebat.
Secundo persuaserunt populo horum temporum
haeretici æquè Deo gratiam, æquè utilē ac salutarem
esse orationem domū, vel in agro factam, quā quæ in
templis Deo factatis, & in communi orationis loco fit,
Cauendum est (ait Caluinus) *ne secretam ne scio quā templis
affingamus sanctitatem, qua sacratioz apud Deum orationē
reddat.* Vera enim Dei templa quū sumus ipsi, in nobis oramus
oportet si in templo sancto suo Deum uolumus inuocare. Illā
vero crassitiam Iudæis aut gentibus relinquamus, qui præcep-
tum habemus de inuocādo circa loci discreptionem in spiritu,
& ueritate Domino. Hæc Caluinus. Sed hæc Massilianorū
templa uetus etiam hæresis fuit, qui teste Damasceno, ca-
teru sui hæresibus adhibebant, templorum & ararum contē-
ptum, & quod spirituales uiri contenti esse deberent precibus,
quas in sacellis & oratorij priuatis experit. Similis quoq;
illius magni schismatici Ieroboam vox erat, quum pec-
care fecit Israhel, vt commemorat Iosephus. *Uxi, inquit,
populares notum uobis existimo quod nullus locus Deo est uo-
catus, & quod is nullo certo loco includitur, sed ubiq; uota exau-
dit, ubiq; cultores suos respicit.* Hæc ille. At Christus in
hoc Euangelio affirmat, domum suā esse domum orationis,

terem. 7.

Esai. 56.

Institu. lib. 1.
ca. 10. nu. 30.

Hæres. 10.

Ioseph. Anti-
qui. Iudæica.
lib. 8. cap. 8.



In tēplo sanctius quam extra colitur Deus. Ioan. 4. Tom. 3. cap. 140.

id est, locum in quo proprie & peculiariter magis Deo orandus est. Neque vero sacratiores in tēplo ofones oboleuit Christus, quā doceret suos, in spiritu & ueritate adorare. Primum quia in ipso tēplo nō uoce ac lingua tantum, sed & spiritu ac ueritate, corde & affectu, pietate ac sincerē Deus inuocāndus est. Alioquin ut acute scripsit uel dēfīs, si quia in spiritu & ueritate, ideo non in templo, ergo nec in terra, nec in aere, nec in memore, nec in domo, nec in cubiculo, nec in loco quocumque corporeo Deum orare oportet, quia in spiritu & ueritate. Quod si adorare in spiritu & ueritate nō repugnat nemini, nō repugnat cubiculo, quō repugnat tēplo, quō repugnat Ecclesie? Deinde quia Apostoli ipsi qui Christi uerba optimē intellexerūt, quā adhuc tēpla Christianorū propria nō essent, ipsum Iudaicum templū orationis causa petiuerūt. Petrus & Ioannes apud deabant in templū ad horam orationis nonam. Quare notat Aug. quod tam Apostoli quā alij primi credētes in templo ueteri Deo seruiebant. Et notum est D. Iacobum Apostolum & Hierosolymorū Episcopū, multis annis post Christum in ipso templo Iudaico assiduis precibus Deo coluisse, utpote cui soli concessum erat in ipsa sancta sanctorum ingredi, & cuius tanta fuit orandi in templo assiduitas ut genua eius callum obduxerint, teste tota antiquitate. D. quoque Ioannes Apostolus, ita deuote & assidue in ecclesia orabat, ut uelima iā senectute per discipulorum manus ad Ecclesiam deferri soleret, teste Hieronymo in catalogo. Isti sancti Apostoli illud Christi præceptum de adorando Deum in spiritu & ueritate sic intellexerūt, ut loci tamen discretionem contra Caluinum, & Templi frequentationem probarent: nec crassitiam Iudaicam, sed pietatem Christianam esse iudicā at Deum in templis consecratis orare. Quis enim Christianus ad ecclesiam non pergat sollicite sanus & robustus, quomodo Iustus Apostolus Ioannes deferri uoluit decrepitus & senescentus? Huc pertinet quod Anna prophetissa uirgini pietatis nomine in Euangelio laudata, hinc etiam commendatur, quod non descendebat de templo, &c. Tertio quia Spiritus illis uerbis, non templa toto oblectamento Deo sacra exclusit, sed unicum templum Hierosolymitanum

Astor. 3. Lib de doct. Christ. lib. 3. pag 6. Hier. in cat. uiror. illust.

Luce 2. 8

tantum ad omnia Christianorum templa extendit: quā uerbis aperte & pulchre docet Sanct. Basilius. Quis enim ostendisset in ueteri populo certa loca diuino cultui dedicata fuisse, subiungit. Nobis quoque periculum est, si Sacerdotum mysteria in locis prophanis celebrauerimus: propterea quod ea res indictum haberes contemptus in celebratione: offendis nulum quoque generaret pro uarietate affectionū multifariorum, propter uariā multorum in reuū diuinarū scientia firmitatem. Si uero quisquam abiiciat. Quid igitur est, quod Apostolus dixit, nolo uiros precari in omni loco, ob id quod Dominus ipse potestatem dedit adorandi Deum in omni loco, ubi dixit: Neque Hierosolymis post hanc neque in monte isto adorabitur Pater &c. Hoc dicendum est, quod illud, in omni loco non comprehendit. Hoc dicendum est, quod in omni loco non comprehendit eos locos qui humanis uisibus, rebusque hominibus & prophanis deputati sunt, sed dilatat ac deducit adorationem ab arcto Hierosolyma ambitu in omnem totius orbis locum, cum uidelicet, qui iuxta Sacrificij doctrinam & rationem accuratē Deo consecratur ad sacerdotium gloriosissimum obuiant. Hæc ille. Vbi notat quod postrema uerba, cum uidelicet, &c. que iuxta Grecam ueritatem sic nos uertimus, interpretis hæreticus, eū in modum puerit, ut sensum Basilius catholicū nobis eriperet, nec oblationi ppositæ satisfaceret, & denique sensum planē cōsulium & imperfectum leuori redderet. Vide locū, Deū potiorē in templis facilius exaudire, & priorum præces eque Deo placere, magis in Ecclesia quam in domo cuiuslibet, ac doctissima Ecclesie lumina crediderūt ac docuerūt. S. Chrysost. sic scribit, & nostri temporis hæreticos, uel etiam frigidos Catholicos doctissimē coarguit. O frigidam excusationem quam à compluribus reddi audio? Orare uel domi possumus, sicut: sed hominiam doctrinamque audire non nisi in Ecclesia possumus. Te homo decipit & magno in errore uersaris. Nam etsi & domi quoque orandi datur facultas tamē fieri nō potest, ut domi tā bene ores quā in Ecclesia. ubi patres, ubi clamor felici societate exitus ad Deū immortalis referatur. Nō pariter ex uis quū Dominū solus obsecrante

De bapt. fec. 2. ca. 2. ho. 3

Deū in templo facilius exaudire.

he m. s. dehm. e. morehen. Dei natura.



aque tuis cum fratribus. Et paulo post Tempora illa (scilicet) corpus & sanguis coelestant mi frater charissime non solum hominum clamorem illum horribilem reddunt, sed etiam Angeli Domini genuflectunt, & Archangeli rogant, habent sibi tempus ad causas adfert cur in templo orationes factæ plus apud Deum valeant. Vna est pp coniunctas pluriū fratrum orationes, quod paulo post confirmat exemplo primorum credentium, qui p Petro in vinculis solliciti, communes preces faciebant: & exemplo Pauli, qui Corinthios rogat, vt pro eo simul ac communiter orent. De hac p morum Christianorū deuotione sic Tertullianus. *Commu- mus, inquit, in ecclesia aggregationem, ut ad Deū quasi nu facta ambimus orantes. Hac vis Deo grata est. Et est publicæ orationis fructus.* Cui scribit S. Leo. *Tunc est maior sanctorum deuotio quando in operibus pietatis ecclesia vnus est animus, & vnus est sensus.* Altera est publicæ orationis in Missa præsentiam. Multo vehementius (vt doctè scripsit Petrus Cluniacensis Abbas doctissimus) ad admirandum atque amandum Christi accedit eius demonstrata presentia, quam predicata ab ipso. At in communi sacrificio si Catholicus Christianus præsentem Christū habes, & ideo præsentē vt tibi spectat, vt te sursum corda eleuantē (quod te facere p fiteris respondens, habemus ad Dominū) vberiori sua gratia repleat. De quo sic iterum Chrysostomus. *Dæ spici Dominum immolatū sacerdotem, sacrificio immolantē preces fundentē, totā uero turbam circumfusam proprio illo sanguine quasi intingi, etiam in terra uersari. aliquid ter mortales consiliter te censer? An non carnis cogitatione abijcens nudo animo, mēte pura circumspiciat quæ ipse? Hæc ille. Vnde nihil mirū si hæretici sacrificio hoc minato, nullum orationis publicæ gustum sentiat, magis in templo quam in sterquilinio moueantur.*

Tertiam adhuc causam affert Leo Magnus, cur publicæ valeant in Ecclesia orationes quam domus sua sunt. *Dinarum, inquit, reuerentia sanctorum inter quos*

Actor. 19.
2. Cor. 1.

In Apol. cor.
29.

3et. 4. de ic.
Iuu. 7. mēsis.

Contra Hen
ricano.

Lib. 1. de Sa
cerdo.

3et. 9. de ic.
Iuu. 7. mēsis.

bet spontaneæ obseruantie studia habet semper privilegium suum, ut sacratius sit quod publica lege celebratur, quam quæ priuata institutione tenetur. Hæc ille. De ieiunio quidem: sed de oratione quoque publica, quæ ieiunio publico semper coniuncta fuit, etiam hoc sensisse dubitari non potest. Porro certò certius est idcirco diaboli astu è templis oradi causa aduentis multos auocari, ne opus publicæ cuiusdam obedientiæ faciant, loca & horas orandi constitutas obseruando.

Tertio circa hæc uerba, *Domus mea domus orationis est:* Duplici rōne populo Christiano hæretici huius tēporis imposuerunt. Primum per suadendo simplicioribus catholicorum opinionem & doctrinā esse quod Deus peculiariter sic habitet in templis quasi uel ibi includatur & comprehendatur, uel alibi à pijs non inueniatur. Sic Caluinus nos calumniatur, *Cauendum est, inquit, ne templis (quemadmodum seculis aliquot haberi ceperant) propria esse Dei habitacula dicamus, unde proprius nobis autem admoceat.* Hæc ille. Et in hunc finem citant illud Stephani dictum, *Deus in templis manufactis non habitat.* Et illud Esaiæ. *Quemadmodum edificabitur mihi dicit Dominus: Cælum & terram ego impleo.* Sed abutuntur hæretici simpliciōrū ignorantia, tū sacris ipsis Scripturis. Simpliciorū ignorantia abutuntur, quum in tēplis Deū habitare illo sensu nos aiunt, quo illi fixerunt, quasi uide licet templis includeretur, quemadmodū qui in domo habitant in ea comprehenduntur. Hoc nullo unquā seculo, ut mēdax ait Caluinus, à Christianis creditū fuit. Scripturis abutūtur, quia sic illas citant, quasi nullo uerbo sensu Deus in tēplis habitaret, & sic alias Scripturas incedentes faciunt, atq; adeo hoc ipsum Euangeliū, ubi Christus uocat templum *Domum suam*, qui utiq; Deus erat, & alibi, *Domus Patris sui*, qui etiā Deus est. Domus aut eius est qui eam inhabitat. Sed & alibi Christus sic loquitur. *Qui iurat in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in illo.* Vbi Deum habitare in templo Christus aperit docet. Vult enim dicere eū in Deo iurare, qui in tēplo iurat. An uero Christus exactā notitiā nō habuit eorū que Deo cōueniunt? Aut mētus est Salomon uel blas-

hæreticosi duplex calu-
nia.

Institu lib. 3.
ca. 26. n. 30.

Actor. 7.
Esal. 66.

Deus in tem-
plis habitat,

Matt. 23.



1. Reg. 1.

Psal. 73. & 77

Ad Simp. li. 2. quest. 4.

Psal. 131. Sentus falsu.

A Cor. 7.

Ierem. 7.

Scias verus.

1. Reg. 1.

phemavit quum diceret. *Et edificans edificavit domum in habitaculum tuum? Aut preter veritatem dixit Deo David. Mons Sion in quo habitasti in eo? Et iterum. Et repulit tabernaculum Sion tabernaculum suum, ubi habitavit in hominibus.* In illis nempe duobus locis primum in Sion usque ad Simeonem, deinde in Sion per Davidem arca testamenti collocata habuit, per quam arcam (ait Augustinus) *sacraeque et commodatior quaedam presentia Domini accipi potest.* Est ergo aliquo sensu verum quod Deus habitat in templis multis factis, & quod templa sunt propria Dei habitacula, vnde Sion dixit David. *Elogis eam in habitationem sibi.* Sed non est hoc verum in eo sensu, quo hoc negavit Stephanus, scilicet vt in templo tanquam in loco Deus compendatur. Non est verum in eo sensu, quem et apud Athenienses negavit Paulus: videlicet quasi templo indigeret Deus, sicut homo indiget domo sua. Quare quum dicitur illis. *Non in manu factis templis habitas, subiecit aliquo, quem etiam sensum repulit Esaias in loco citato.* Denique non est verum in eo sensu quem presumebant Iudei: videlicet quod in templo Deus exaudiet quoscunque, & quomodo libet impios peccatores. Quae tamen sensum Ieremias grauitur repellit his verbis. *Hec dicit Dominus. Nolite considerare in verbis mendacium dicentes. Templum Domini, templum Domini, templum Domini est. Sed non si bene direxeritis vias vestras & audia uerba, & non habitabo uobiscum in loco isto.* &c. Sed hoc sensu uerum quod Deus in templis habitare, vt Scriptura loquitur, id est in templis tanquam locis eius cultui consecratis, id est que ei magis acceptis, preces suorum facilius exaudiat, quam in alio quouis loco ceteris paribus, id est si paritate, studio, fide, quas uirtutes ipsa loci circumstantia confirmant, Deus illic inuocetur. Hunc sensum haeretici in die impietate, alio adhuc modo populo Christiano non imposuerunt. Hunc sensum Spiritus S. in Scriptura nobis reuelauit, quum primum in orbe templum uerum Deo dedicaretur. Sic enim per Salomonem in ipsa templi dedicatione, loquutus est. *Ve sint oculi tui aperti super Ierusalem hanc die ac nocte, super domum de qua dixisti.* *Erit in*

mem ibi, ut exaudias orationem quam oras in loco isto ad te seruus tuus. *Ve exaudiat deprecationem serui tui & populi tui Israel, quodcumque orauerint in loco isto, & exaudias in loco habitaculi tui in caelo.* Quae oratione a Deo exaudita & acceptam fuisse eadem Scriptura commemorat. Sic & Pater eius David spiritu prophetico de futuro templo dixit *Te docet hymnus Deus in Sion, tibi reddetur notum in Hierosale.* *Hac suam insignis promissio, (ait Caluinus) & hu uerum ad nos ait propheta nunquam irrisit esse ecclesia preces.* Et ne ad solos Iudeos hanc promissionem pertinere quis existimet, vide quid idem Caluinus eodem loco subijciat. Nullum enim pulchrius ueritatis testimonium contra hostes ueritatis, quam quod ab ipsismet proficiscitur. Ait igitur. *Et si cessauerit legales umbra, quia tanta haec carumonia (templorum scilicet & publicorum conuentuum) inter nos quoque fidei unitate Deus fouere uoluit, non dubium quin ad nos pertineat eadem promissio, quae et Christus ore suo sancit (in hoc uidelet, euangelio dicit, Domus mea domus orationis, uel alibi, ubi ait, si duo aut tres conueruerint in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum) & Paulus perpetui uigoris esse docet.* Haec ille. Impius tu & uaser haereticus in proxima sectione, negat templa esse propria Dei habitacula, vnde propius nobis amem admoueat, id est, negat Deum procliuus in templis & conuentibus sacris suos audire quam domi in cubiculo. Sed ut illud prius diceret, uel ueritas illi extorsit, uel species aliqua pietatis, qua lectoris more suo iudificaret, iniecit auit. Vt hoc posterius diceret, haeretica libido eum impulit. Enimvero quae admodum Spiritus S. habitat in cordibus fidelium, nec ibi conclusus, nec illa habitatione indigens, nec ita illis alligatus, vt ad impietatem relapsis conhabitet (neque enim habitat in corpore subdito peccatis) sed quia in illis suam gratiarum donorumque suppellectilem disponit, ita plane Deus in templis Christianorum habitat, nec conclusus, nec indigens, nec infallibiliter astrictus illis, sed in illis potissimum gratiarum suarum dona distribues, qui fideliter & pie inuocatur. Sic templa sunt domus Dei, & cum S. Iacob uere dicere possimus, *uere Dominus ait in loco isto.* Vt ergo hunc locum concludamus, templa ad hoc instituta sunt, non ut Deum capiunt quasi localiter in ha-

Instit. lib. 1. c. 20. no. 19.

Ibidem.

Math. 7.

Rom. 4.

Sap. 1.

Gen. 1. 1.



inhabitantes, sed vt nomen Dei inhabitet ibi (vt Salomon logitur) id est, vt notitia Dei ibi manifestetur, partim per ea que ibi ex parte Dei fiunt, siue per Dei beneficia erga hoīes, partim per ea que ibi ab hominibus erga Deum fiunt, qui propter reuerentiam loci, id est, sancti locum talem diuino cultui esse consecratum, maiori reuerentia, illuc accedunt, maiorem ibi deuotionem exhibent, maiori cum religione illic uersantur: Quæ proprie causa est cur diabolus hodie hæreticis horum temporum ad templorum, vel subuersionem, vel certè contemptum ac profanationem incitauerit, omnemque templorum sanctitatem ex animis fidelium eximere conatus fuerit. Præterea ueluti si rex aliquis liberalis domum aliquam constitueret ad largiendum quo omnes confuissent, & quicquid uellent peterent, certè illa domus, domus largitionis regie merito uocari posset: Sic Deus uel in templis potissimum sua bona largiri, uocat domum suam domum orationis, in qua orantes & petentes omnia accipimus. De qua re seorsum nunc aliqua dicemus.

2. Domus orationis uocabitur.

Temp'ū sacrificii loc'.

LOCVS explicandi populo primarium & præcipuum templorum usum. Oratio hoc loco ut omnem precandi rationem complectitur, ita maximè proprie & sacrificium significat. Sicuti in ueteri lege tabernaculū ac postea templum maximè ac potissimum ad sacrificia uaria illuc offerenda erecta & consecrata sunt, ita templa Christianorum maximè ac potissimum ad illud unum & singulare sacrificiū, quod ueteribus illis omnibus successit (ait Augu.) celebrandum instituta sunt. Nam orare quidem & apud Iudæos licuit, & apud Christianos licet, quousque in loco, & ut Paulus ait: *In omni loco leuare manus parat* at sacrificiū offerre non nisi in tabernaculo, uel templo Iudæis ordinariè fas erat, nec nisi in templo uel loco consecrato Christianis ordinariè fas est. Quare *Domus Dei* domus orationis proprie propter sacrificia uocatur, quæ nisi in illa domo fieri licuit. Sic Tertullian. author uerissimus

De eui. Dei.
lib. 10. c. 17.
1. 111. 2.

fissimos libris, quæ de oratione inscripsit, partim de Oratione Dominica uerbis recitanda, partim de sacrificio Christianorum cōposuit, ut in posteriori eius parte manifestū legētibz est, maximè ubi sic scribit. *Quæ oratio eū deuotio sancti osculi integra? quem Domino officium facit tū impedit pax? Quale sacrificium est a quo sine pace recedatur.* Hæc ille. Sic Augu. quas Apostolus uocat *Orationes*, *προσευχη*, quæ dicit: *Obsecro autem primum fieri obsecrationes, orationes, postulationes, &c.* interpretatur propriis sacrificio altaris, *Orationes*, inquit, intelligimus quæ id quod est in *Domini mensa benedicitur, sacrificantur & ad distribuendū cōmunitur.* Ex paulo post. *Si uisceratus in scripturis uerbum appellatur* *εὐχὴ* excepto nomine generali orationis, ea proprie intelligenda est oratio quam facimus ad uerbum id est, *προσευχη*. *Ueniunt autem omnia qua offeruntur Deo maxime sancti altaris oblatio.* Hæc ille. Est autē *προσευχη* uerbum, quo in hoc Euangelio Lucas utitur. Hæretici ergo horum temporum domum Dei, non faciūt domū orationis, utpote qui propriū illud Christianorum sacrificium prorsus execrantur, aliud uero externū nullū in suis conuentibus habent: ut uel hoc potissimum nomine execranda sint eorum conuenticula, quia in illis nec Sacerdos est, nec sacrificium, nec altare.

3. Vos autem fecistis eam speluncam latronum.

LOCVS non importunus obiter explicandi populo fidelium, quomodo hæretici horum temporū domos Dei, & domos orationum uere uerterunt in speluncas latronum, quoniam Catholicorum templa & cathedras sicut latrones occupant. Non enim intrauerunt per ostiū, legitime uocati & ordinati, sed *ascendunt altitudē, à seipis missi, tanquam fures & latrones.* Sed & facta latronum faciūt, *malant ac perdūt: abducunt discipulos post se, postea ipsorum priuata & noua dogmata, Christi que uile, quæ Ecclesia Catholica est, in sectas innumeratas dilacerarūt.* Præterea tāquam robusti & strenui latrones maxima in Ecclesijs Dei latrocinia exercuerūt. Monasteria penitus diripuerūt. Templa omnia omnibus sacris monimentis & orna-

De orat. c. 14

1. Tim. 2.

Eph. 19. 9. 3.

Ioann. 10.

AA 10.

Chrysepi.
ad Iano.



Optatus l. 6.
cont. Pap.
Theod. lib. 3.
cap. 11.
Victor lib. 1.
pact. Vand.
De Proculo
Mauro.

See gemet
des egule.

226 **Promptuarium Catholicum.**

& ornamentis spoliarunt. Altaria cū veteribus Ariani suffoderunt, cum Donatistis expoliarerūt. Vasa Ecclesiastica cum Iulianj Apostatae asseclis profanarūt. Imagines sacras cum veteribus Inconoclastis confrēgerūt. Ornamenta sacra cum Vandalis Arianis diripuerūt, & in profanos vsus conuerterunt. Vt profecto tē pla Christianorum quae illi occuparunt, non iam speluncam latronum, sed caueam facilegorum effecerunt. Rursum in ipsis Ecclesijs & domibus orationum immania perniciosa exercuerunt. Sacerdotes plurimos iugularunt, innoxium sanguinem fuderunt. Vide Claudium de Sacinctes de Ecclesiarum in Gallia direptione.

DOMINICA DECIMA
post Pentecostem.

Luc. 11.

1. Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri homines, raptores, iniusti, adulteri, velut & hic publicanus. Ieiuno bis in Sabbatho, decimas de omnium quae possideo.

Iustitia bonorum operum defendit.



IUSTITIA necessarius defendendi contra hereticos nostri temporis, iustitiam bonorum operum, quam illi per Christum hoc loco penitus reprobari, improprie & ignoranter docent. Aiunt enim Phariseum hoc loco reprobari, eo quod in iustitia bonorum operum etiam quam Deo acceptam referebat, (gratias enim Deo illorum auctori agebat, gloriabatur. Etsi enim hic Phariseus Pelagianus vel Iudeis tunc communi errore non laborauit, ut suis viribus bona opera tribueret, nec de illorum numero erat, qui volentes suam iustitiam constituere, iustitiam Dei non subieci (quod Paulus Iudaeis impingit) sed gratiam Dei humiliter agnouit: tamen (aiunt hodie haeretici) quia ex ipsis bonis operibus etiam gratia factis iustificari

Rom. 10.

Dominic. X. post Pentecost.

ificari volebat, ideo reprobatur, & miser publicanus ab omni bono opere vacans, pro iustificato laudatur. Sed turpiter erant, & alios in errore mittunt. Non enim ideo reprobatur Phariseus, quia de iustitia bonorum operum, quae etiam per gratiam fierent gloriabatur: Alioquin & B. Virgo reprobari debuisset, quum ab Elizabeth laudata & praedicata eo quod credidisset, statim Deū in donis suis magnifice glorificabat dices: *Magnificat anima mea Dominum, &c. Quia respicit huiusmodi laudem ancilla sua &c.* Paulus quoque reprobari debuerat, quum diceret. *Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae quod in simplicitate cordis & sinceritate Dei, &c. conuersati sumus in hoc mundo.* Ezechias quoque Rex pius adhuc magis reprobatus erat, quum diceret. *Memento Domine quomodo ambulauerim coram te in ueritate & corde perfecto &c.* Quam tamen eius orationem a Deo statim exauditam fuisse, & sanitatem ei redditam, Scriptura commemorat. Sed ex alijs tribus causis reprobatum fuisse Phariseum, Sancti Patres docuerunt. Primum quia sic in iustitia suorum operum confidebat, ut quasi eius iam *penitentia saturatus* (ait Augustinus) nihil sibi addi ad iustitiam peteret. Et propter hoc vitium taxandum hanc parabolam intulit Saluator, ut habet hodiernum Euangelium. *Dixit autem ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti, id est, qui sibi iam satis iusti, & sancti uidebantur.* Nam & ideo (ut alibi notauit Augustinus) *quod in uerbis eius quid rogauerit Deum, & nihil inuenit.* Secundum quia sic de sua iustitia gloriabatur ut alios contemneret, & alijs se praeferebat, quod erat magna arrogantiae uitium, & quae sola ex tera eius boni opera omnia coram Deo euacuaret. *Non sum,* inquit, *sicut ceteri iusti, & velut iste Publicanus.* Hanc etiam causam loci citatis notauit Augustinus. *Publicanus iam iustitiam se fecerat iustitiam se velut insulsam praeferebat.* Propter hoc quoque vitium taxandum hanc parabolam intulit Christus, ut habet hodiernum Euangelium. *Quia autem quosdam qui spernabantur, ceteros, parabolam hanc Tertium causam addit quoque alio in loco Aug. quia Deum tantum vsq; ad se diuitem esse uolebat, nec ut alius esset miser*

Gloriarum in bonis operibus laudabile interdum.

1. Cor. 1.

4. Reg. 1.

Phariseus in suis operibus glorians cur reprobatur.

De pecc. mer. & rem. li. 2. cap. 5. Sermon. 16. de verb. Dom.

Homil. 2. ex hom. 30.



cori quiequam orabae. Nempe de sua tantum iustitia gloriabatur, de proximi iustitia nullā curam gerebat. Non ergo Christus hoc loco vel ipsam bonorum operū iustitiam condemnat, vel de operum iustitia sanctam glorificationem & humilē qualis in beata virgine, in Apostolo Paulo, & in pio rege Ezechia fuerat, a vera iustificatione remouet, sed illam iustitiā operum cōdemnat, quae vana plenā iā iustitiā acquisitā presumptione, & cōiuncta cōiuncta deniq; quae pura charitate & dilectione proximi vacat est. Egregie Chrysost. *Duas ligas in studio positas. Egregium pro se propositis. In altera quidem iustitiā cum operibus, in altera peccatum cum humilitate. Et videtur bigamiam cati superare iustitiā, non proprijs uiribus, sed his multitudine conueniā. Illam uerō denudatam non fragilitate iustitiā. Haeretici hodie colligunt. scilicet modo & timore superbia. Haec ille. Quomodo autem et si bona opera ualeant ad meritum, & uerā iustitiā premium, nemo tamen in suis meritis confidere, aut illa iactare debeat, uide opusculum nostrum de iustificatione lib. 1. cap. 14.*

2 *Ieiuno bis in Sabbatho.*

Locus aptus notādi contra quosdam huius generis haereticos, quod ieiunare bis, vel ter in hebdomada (hoc enim significat hoc loco Sabbathum) nō reprehenditur hic a Christo ut Pharisaeū aut superstitiosum. Sic enim etiā decimas dare omnium quae quis possidet in eleemosynas pauperum, esset quoque uitiosum & perstitiosum. Sed damnat Christus iactantiam Pharisaei, cū propter ieiunia & eleemosynas quas fecit. Quomodo enim si quis toto reliquo corpore nudus, & tantum brachio pulchra aliqua veste contextus manū illam suam semper prae oculis haberet, seque proprie egregie uestitum putaret ac iactaret merito omnibus diculum se preberet, non propter pulchram manū sed propter reliquam nuditatem, uanamq; iactantiam. Sic hoc loco Pharisaeus iste propter solum ieiunium & eleemosynas se iactat, reliquis tamen uirtutibus plene carente.

Rom de Publici & Pharisaeo tom. 7. & de incomprehensibili Dei natura, ho. 5.

Ieiunia repetita defenduntur.

causae, charitate, humilitate, orationis officio, proficiendi studio, (ut ex praecedentibus apparet merito a Christo reprobat) non propter ieiunia aut Eleemosynas, sed propter reliquam animi nuditatem uanissimam iactantiam. Unde Aug. *Non ideo Pharisaeus damnatur, quia in sabbatho ieiunabat, sed quia super publicanum se uindicta exaltae. Quare bis in sabbatho ieiunare in homine qualis fuerat ille Pharisaeus infructuosum est, in homine autem humiliter se doli uel fideliter humili religiosum est: quāuis uangelica scriptura non dixerit damnatum Pharisaeum, sed magis iustificationem dicit publicanum.* Haec ille.

Epist. ad Galat. 6.

3. *Descendit hic iustificatus ab illo in domum suā.*

Locus conueniens ostendendi contra haereticos hominum temporum (qui hoc loco abutuntur, ut persuadent in sola remissione peccatorum, dū humiliter peccata agnoscerimus, iustificationē nostram consistere) illā impiam sententiam, & ab Ecclesia damnatam ex hoc loco probari nō posse. Publicanus enim hactenus impius, sine praecedentibus operibus bonis, iustificatur accepta remissione peccatorum, non sola, sed et interna renouatione per fidē, spem & charitatē. Quorum omnium uirtutum ante acceptam iustitiā seu antequā iustificaretur, manifesta indicia ostēdit & actus exercuit. Neq; enim absq; fide Deum inuocasset, dicens: *Deus propitius esto mihi peccatori. Quomodo enim inuocabunt, in quem nō crediderunt?* Nec sine spe misericordiae sic orasset. Qui enim non sperat, non orat. Nec sine charitate, qui amantem Deum redamaret, spem illam concepisset. Beneficiū enim nisi ab amico sperare non possumus. Has igitur uirtutes initialiter, & inchoatiuē habuit publicanus iste, ut postea iustificatus haberet illas formaliter & per modum habitus permanentis. Habuit etiam & penitentiā seu dolorē peccati, ideo. n. ab eo liberari petiit. Nec per solam remissionem peccatorum, sed etiam per hanc uirtutum dispositionem & preparationem, iustificatus fuit, & iustificatur quilibet impius, quod his uerbis cōueniens omnes haereticos luculenter docuit D. August. *Negue Epist. 105. ab illo quod originaliter contrahitur, neq; ab ipso qua vnusquisque*

Iustificatio non est sola peccatorum remissio.

Rom. 10.

Epist. 105.

que



que in vita propria mala congregat, quisquam liberatur & iustificatur, nisi gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, non solum remissione peccatorum, sed prius inspiratione fidei, & timoris Dei, impetrata salubriter orationis affectu & effectu donec sanet omnes languores nostros. *Ecce* ille. Concitant igitur ad impij iustificationem preter ipsam remissionem peccatorum, preperationes iste debite fidei, timoris, spei, charitatis, & orandi affectus. Sic de hoc Publicano alibi scribit idem Augustinus. *Peccator confitetur Publicanus, peccator orabat, & peccator confitebatur, & exauditus est, ut iustificaretur, ac peccator esse desisteret.* Hæc ille. Non ergo quum hæreticus horum temporum existimandum est, totam nostram iustificationem esse perpetuam quandam remissionem peccatorum, & ex illa sola (quantum est ex parte nostra) nos coram Deo iustificari, vel haberi iustos, sicuti de hoc publicano falluntur & fallunt, sed docet hoc publicani exemplum, in iustificatione impij (quæ tantum est exordium iustificationis nostræ seu prima iustificatio (vt Theologi loquuntur) præter ipsam gratuitam remissionem peccatorum, deberem esse in nobis ad illam consequendam certam per Dei gratiam virtutes, vel potius actiones bonas, vt actum fidei, timoris Dei, spei veniæ, charitatis, poenitentia, confessionis, orationis, non quidem vt illarum merito, sed certè vt p tales præparationes, quasi per materiam legitimam dispositionem ad ipsam peccatorum remissionem comparandam perueniamus.

4. *Percutiebat pectus suum.*

Externa corporis devotio defenditur.

Lib. 4. cont. Marc.

LOCVS obiter obseruandi contra profanos horum temporu hæreticos, externam in oratione corporis compositionem, atq; interni doloris significationem, illi quidem irridenti, & si quos demisso vultu genibus inclinat, atq; pectora tudentes in Ecclesijs cõspiciet, affati in intertata, atq; subsannat. Christu in hodierno Euangelio inter cætera pietatis exercitia, q in poenitente publicano laudauit etiam enumerare & ponere: vtique nos docendo (vt Tertullianus) *quæ disciplina sit orandum.* Fit aut hæc externa pe-

na pectoris tussio, ad internam animi compunctionem significandam: qua quia hæretici moderni carent, perpetua fiducia pleni, & fide sua speciali omnia sibi semper salua præsumentes, minime mirum est, si nec externam vllam eius significationem adhibet. Publicanus vera pectus suum percutiebat (ait Cyprianus) *peccata sua in tussu inclusa confitens.* Eundem omnium Christianorum morem his verbis testatur Augustinus: *Quomodo fragis, quemodo conteris odor tuum? confitendo, puniendo peccata tua. Quod aliud significat pectorum tussio, nisi forte putamus ossa nostra aliquid peccasse cum cadimus, & tundimus pectus? Sed significamus nos car conterere, ut à Domino dirigatur. Sanct enim conterites corde.* Hæc ille. Sed & ex eodem antiquissimo Patre alibi apparet morem Christianorum fuisse (qualis & hodie est) quum fieret confessio peccatorum, vel recitaretur ad altare à Sacerdote: *Confiteor.* *Ecce* vt pectora tunderet. Semel enim hoc per errorem fecit populus eius, quu e superiori loco recitarentur verba Euangelij: *Confiteor tibi Pater.* *Ecce* sic enim scribit: *Hinc admonenda fuit Charitas vestra confessionem nõ esse semper uocem peccatoru, quia mox ut hoc uerbum sonuit lectur, secutus est etia sonus tussionis pectoris uestri, audite scilicet quod Dominus ait, Confiteor tibi Pater. In hoc ipso quod sonuit Confiteor pectora uestra tussidistis. Tundero aut pectus quid est nisi arguere quod læset in pectore, & euidentis pulsio occultum castigare peccatu? Quare hoc fecistis, nisi quia audistis. Confiteor tibi Pater? Confiteor audistis: quis est qui confitetur non attendistis. Num ergo aduertite. Moxque ostendit, Confiteor, hoc loco pro laudare, accipi, & sic Christum qui sine peccato erat confiteri. Ideoq; non tunc opus fuisse vt pectora tunderent. Interim consuetudo pietatis Catholice luculenter ex hoc loco demonstratur.*

In explicatione Orat. Dominic. Enarrat in Plal. 146.

De verb. Dominic. 23. & 36.





DOMINICA XI. POST

Pentecostem.

Matth.

1. Apprehendens eum (mutum & surdum) de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius, & expuens tetigit linguam eius, & suspiciens in celum ingemuit, & ait illi: Epheta, id est adaperire.

Ceremonie Sacramenta loc.

Luc. 11. Rom. 11.

HOC V S insignis contra hæreticos notis tēporis pro ceremonijs externis. quæ in Sacramentorum administratione, vnde que cultu Ecclesiastico adhibent. Quæ admodum enim Christus hoc loco mutum ac surdū nō simplici volumine (vt alias fecit, leproso dicens, Volo mundare) nec solo verbo (vt quum clamauit, Lazare veni serua) sed varijs actibus ceremonijs sanauit, 1. apprehendo seorsum: 2. misit digitos suos in auriculas: 3. expuens: 4. Epuo tangens linguam eius: 5. suspiciens in celum: 6. ingemiscens: 7. dicens Epheta, quasi forma præscripta vtens, vnde Euangelistæ Græcè scribēs verbum Hebraicum retinuit, sic omnia in Ecclesia Catholica spiritu Dei edocta. & ad capitis imitationē, quæ hoc in spirituali fidelium sanatione accit, vt Christus in corporali ac spirituali pariter faceret, non solo Dei verbo aut inuocatione per fidem, sed per ritibus & varijs ceremonijs externis vitur. Verbi gratia in baptismo paruulorū: apprehendit eos seorsum à turba, seorsum àstantibus, & post varias precationes mittit digitos in auriculas eius, spuo tangens eius, suspicit in celū, orat, ingemiscit, ac deniq; ipsū dicens verbum, Epheta, vsurpat circa baptismū, idq; iuxta ritum qui à perpetuis Ecclesię tēporibus in baptismo adhiberi est solitus. Hæreticorum autē scommata, quibus baptismi ceremonias subsannāt, idcoq; & in suis baptis-

mis illas prætermittunt, planè & in hoc Christi factū quadrare possunt. Sed diabolus primum docet eos contēnere, & deridere, Ecclesiam, docturus eos postea, Christū quoq; deridere, & contemnere, q; nunc in Transilvania noui quidam Ariani ex Lutheranis, & Calvinistis ad illum perfectionis gradū euedi (perfectionis inquam, qua profecerunt in peius) apertè faciunt. Porro ceremonias prædictas in baptismo vsurpari ab Ecclesia solitas fuisse ex antiquissimo & doctissimo Patre S. Ambrosio manifeste patet, cuius hæc sūt verba. Ideo Sacerdos tibi aures tetigit dicens, Epheta, vt aperirentur aures tua ad sermonē Sacramenti. Similiter exufflari & exorcizari dialolum, vt ab eius potestate baptizandus liberetur, his verbis attestat Aug. In Ecclesia toto orbe diffusa, vbiq; omnes baptizandi infansuli non eb animā sufflantur, & exorcizantur, quum ne ab eis princeps mundi eijctatur foras. Eundem ritum, eiusq; finem testatur Cyrillus Hierosolymitanus Catech. mystagog. 2. Denique has omnes ceremonias in vetustissima Ecclesia agnoscit Calvinus & irridet, vt supra ex eo citatum est.

De sacramtibus lib. 1. c. 11.

De nupt. & concup. li. 2. c. 15. & li. 2. cap. 20.

Dom. 7. post Pentecost.

2. Expuens tetigit linguam eius.

HOC V S commodus ostēdendi contra hereticos per creaturas à Deo sanctificatas Deū interdum operari salutem, & nō solo eius verbo, aut sola nostra fide interueniente: Christus enim hoc loco ostendere voluit etiā tactum carnis suę benedictæ vim habere sanctificandi, atq; adeo excrementū corporis sui, quale sputū erat, posse sanare, loquelā reddere, & auditum: sicuti in hunc locum, notauit Theophylactus. Hoc enim Christi factū nos docet credere quod etiā per externas creaturas tanquam instrumenta voluntatis suę, salutem nostrā operatur. Quod aqua baptismi corpus tangit et cor abluat, vt ait August. quod caro oleo ungitur, vt anima consecratur: quod caro cruce signatur, ut anima muniat: quod caro manuum impositione adumbratur, vt anima Spiritu illuminetur: quæ omnia scribit Antiquissimus Tertullianus. Christus nē pe per creaturas & mediante vsu atq; applicatione crea-

Sanctificatio per creaturas

In Rom. 8. cap. 7. Mat.

Tract. 10. in Ioan.

In lib. de re. lura. ca. 11.



turarum, gratiæ suæ beneficia nobis conferre voluit, in sacramentis quam in Sanctorum suorum reliquiis, non sane in relicto Deo creatore ex creaturis salutem quaeremus, sed in multis aliis observatis. In populo quidem Iudaico, magni huius superstitionis periculum fuit, & ferulis adhuc & sub signis sermens altius mentē & cogitationē extollere non potuit, ut etiam ipsorum signorum intelligentiam assequeretur. *Signa n. rerum spirituum* (ait S. Aug.) *prohibens istis observantibus nosse mentes quo referrentur, hoc tamen instrumentum habentes quod tale seruitute vni Deo placeant.* Hic ergo maioris lucis causa, & ut populus fidelis intelligat nos Catholicos in vtu creaturarum non solum à crassa idololatrya, sed etiam à superstitione Iudaica (quorum vtrunque propter ceremonias Ecclesiasticas barbari heretici nobis impingunt) longissime abesse, tres isti gradus in cultu & vtu creaturarū observandi sunt. Paganis sic signa colebant, ut in illis interpretandis nō haberent exitum nisi in creatura, quam condidit Deus, ut docet August. lib. citato, & alibi. Iudæi signis quidem non intellectis seruibant, tamen premebantur seruitute, ut pagani, quia non in signa esse intelligebant, Deumque in illis colebant. Augustin. ibidem. At nunc (ait in libro citato Aug.) *signa rerum extornarum in vtu religionis à Christianis assumppta, nec fortuliter alligant, & exercent libenter animos.* Sic videlicet fidem nostram confirmant & beneficentia Dei quasi sigilla sunt, & exercitatur animus in spirituum rerum intelligentia, ait Augustin. lib. citato cap. 8. atque etiam ad euitanda superstitiosa exercitia, ut late demonstrat Eusebius in demonstrationibus suis Evangelicis. Nempe (ut scribit Chrysostomus) *si tu d. hominē incorp. rem esse, nude ipsa dona incorporea tibi tradidit. Quoniam v. d. corpori coniuncta est anima tua, in rebus sensibilibus tibi tradenda proponuntur.* Hæc ille. Hoc est, quod Cyrillus scripsit, *Sanctificationem Spiritus quam Christus attulit immittam esse creaturis, Christumque efficere, ut creatura ipsa & sit & doret in Spiritu Sancto.* Hinc videlicet tot in sacramento baptismi ceremoniæ (quas heretice impie contemnunt & omittunt heretici) exorcismus

De do. Chri.
Ga. li. 3. c. 6.1
Cap. 1. & 7.
& cont. Pan.
li. 10. cap. 19.
Cap. 9.
Cap. 1.2
3Lib. 1. cap. 6.
Hom. 23. in
Math.Lib. 11. c. 21.
in Ioan.

simus exsufflario, vinctio, sal. spatū, ad exemplū Christi in hoc Euāgelio. quæ omnia in antiquissima Ecclesia observata sunt teste Augustino fidelissimò antiquitatis interprete, ut eum ipse met vocat Caluinus. Nec hæc aut alia in aliis sacramentis ceremonia effectum scientiæ menti ipsius principalem magis obscurat, ut cavilla hereticæ quam personā regiam satellites ipsius conspectu habitu circumstantes, ut de baptismi figuris eleganter disputat S. Chrysostomus.

De sept. de
covcup. li. 2.
cap. 17. & li.
1. cap. 20.Homil. 25. in
Ioan.DOMINICA DVODECIMA
post Pentecostem.

1. *Magister quid faciendo vitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est, &c. Fac hoc & viues.*

Luc. 10.



OCVS euidens ostendendi contra hereticos, doctrinam de sola fide iustificante, & opera salutis necessaria negantem, expressè contradiceret Christi doctrinæ. Hic enim rogatus de modo acquirendi vitam æternam, remittit eum ad præcepta legis, quæ quum se tenere diceret, iubet etiam facere. Respondet ad questionē de vita æterna, *Fac hoc & viues*, id est, fac legem & viues, serua mandata, & habebis vitam æternam. Sic apud Mattheum similem questionem roganti, nec per modum tentandi, ut hoc loco (vide videri alicui potest fuisse Christi respōsio potius ad hominem quam ad rem) sed per modū discendi interroganti (*rogavit enim genuflexo, & intuitus enim Iesus* Mate. 19) *dixit eum*, ait Marcus) eodem modo respōdet Christus *si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Certò igitur, imò certissimè constat necessarium esse ad vitam æternam consequendam, ut seruentur mandata. Nempe quarum horum uerborum (*fac hoc & viues*) manifestus &

Contra hanc
fidem iustitiam
cantem.

Matt. 9.

Mate. 19.



perspicuus hic sensus sit, hæc dilectio Dei & proximi illa opera sunt quæ facere debes ut vita æterna vitas, ut si questioni legis periti satisfaceret Christus, quæ abet etiam animo tentandi, quid faciendo, id est, per quæ tandem opera vitam æternam possideret, totum hunc sensum prorsus inuertit Calvinus, & vult consilium Christi fuisse calumniam diluere, quia sciebat apud rudes & indoctos se præuari quasi legem, quatenus perpetua est iustitia regula curatur. Sed totum hoc merum figmentum est. Consilium Christi fuit non rudium & indoctorum calumniam diluere, de qua nihil in textu apparet, & à Caluino fingitur, ut alio lectoris animum auertat: sed istius legis periti quæ questioni satisfacere, quæ tētare & experiri volebat, an legis Moy saicę mādata Christus approbaret, de quo apud ipsos Scribas & doctos Iudæos sciebat se in suspitionem, & calumniā trahi. Hoc falso posito fundamētum, ait hoc loco Calvinus.

Non ideo nos gratis iustificat Deus, quia lex non ostendit perfectam iustitiam, sed quia in eius obseruatione deficiunt omnes: idcirco nos ab ea vitam consequi negat Christus: quia infirma est in carne nostra. Hæc ille. Non solum fabulam nariat à contextu Evangelico alienissimam, sed etiam si rectè attendatur, Christi verbis manifestè contradicit. Fabula est & à contextu præsentis alienissima, cuius nec minimum in textu apparet vestigium, nos gratis iustificari à Deo, quia in lege deficiunt omnes, & non quia lex non ostendit perfectam iustitiam. Nos autem à lege, id est, à legis obseruatione vitam non consequi, aut Christum hoc negare, id est, fertissimis Christi verbis ex diametro contrarium est.

Dicit enim Christus: *Hoc fac & viues*: id est, faciendo mādata legis vitas. Ait Calvinus Christum dicere: *faciendo legem non viues*. Sic eius interpretatio textum destruit, & Christi verba penitus inuertit. Iam verò si hæc verba, *hoc fac & viues*, non continent expressum Christi mādatum de faciendo quod lex iubet, & directam affirmationem, quod eam faciendo vitam consequemur, tunc etiam illa alia Christi verba ad eundem legis spiritum, *uade & fac tu similiter*, non erit aliud quod Christi mādatum de faciendo quod facit illa

Samaritanis

Samaritanus, sed erit tantum regula iustitiæ ad imitandum quæ nemo imitari potest. Vnde sequitur non nisi fabulam à Christo recitatam fuisse, & non solum talē aliquem Samaritanum non fuisse, sed nec esse potuisse. Nam si vnus Samaritanus sic facere potuit, cur non & alius quilibet idem possit facere? Ergo si, *uade & fac tu similiter* præceptum est eius quod fieri potest ac debet, illa verba, *hoc fac & viues*, præceptum similiter continet eius quod fieri potest ac debet, cum adiuncta promissione vitæ æternæ. Sic non solum perfectam iustitiā in doctrina legis contineri, sed & perfectam bea titudinē ex obseruatione legis possideri Christus docet. Quod autē in alijs scripturis fidei salus tribuitur, dicente Christo, *Fides tua te saluum fecit* hoc non magis derogat bonorū operū necessitati, quam istud Euangelium derogat fidei. Nā quemadmodum ex eo quod hoc loco tribuitur bonis operibus vita æterna, non excluditur necessitas fidei, quia si ne fide impossibile est placere Deo, sic nec alijs in locis, vbi fidei salus & iustificatio tribuitur, excluditur obseruatio mādatorū, quia *fides sine operibus mortua est*. Nēpe non omnia in oī loco Scriptura dici, sed quæ sint varia ad salutē requisita, modo hoc, modo illud pro renata scriptura profert, non cætera excludendo que tacet, sed hoc asserendo quod dicit. Docet hoc perspicue Augustinus, tractans illa verba Christi, *Si uir ad uicam ingredi serua mādata*. Nec tamen, inquit, quia hic de fide uidetur tacuisse morum: tantū modo præcepta saluandis præscribimus. Vtraque enim conexa sunt, seruare mādata & habere fidē. Ideo autem aliquando alterum sine altero pro plena doctrina inuenit scripturæ commemorare, ut hoc modo intelligatur alterū sine altero esse non posse, quia & qui credit Deo, debet facere quod præcepit Deus, & qui propterea facit quia præcepit Deus nasci esse ut credat Deo. Rursum alibi ait Christus, *Procedite qui bona fecerunt in resurrectione uitæ, qui autē male egerunt in resurrectione iudicij*. Hanc enim non est dictum qui uoluerunt, & qui non cred derunt. idem eam intelligitur, quia inseparabilis est bona uita à fide qua per dilectionē operatur. Hæc ille. Alia exempla uide eodem libro cap. 25. & de natura & gratia capite 68. Frequentis est in scri-

Hcb. xi.

Iacobus

De fide & opib. ca. 19 & 25.

Caluin. Christi
suo contradi-
ca.



pturis ista Synecdoche, vt parti tribuatur quod p[ro]p[ri]e ac praece loquendo non nisi toti tribuendum esset. De mine quis habitabit in tabernaculo tuo? &c. Qui loquitur veritatem in corda suo, &c. Vbi pauca bona opera n[on] o[mn]ia, & paucorum peccatorum fuga, non omnium commemoratur, & tamen postea subijcitur, Qui facit haec, non commouebitur in aeternum.

2. Curam illius habe, & quodcumque supererogaueris, ego quum rediero, reddam tibi.

Opera supererogationis.

OCVS peripicuus ostendendi contra haereticos operam quae praeter ea quae Deus praecipit, pie & religiose exhibetur, itaque talia seu consilia seu etiam praecipua praeter & extra expressum Dei verbum in scripturis comprehensum, posse Ecclesiae praelatos ac Magistratos fidelibus sibi subditis praescribere. Quum enim certo certum sit haec Christi verba parabolam esse, no[n] historiam, vel si vere res gesta fuerit, parabolice tantum, no[n] historice hic a Christo illam referri, parabola haec autem vt in fraude Diaboli grauius per peccati originale laudatum, & in persona Samaritani Christu[m] significat, cuius gratia id facit quod nec natura, nec lex facere potest.

De scriptu & cap. 21.

(sanat enim gratia uoluntatem, ut sanat uoluntatem legem, ait Aug.) sic non minus certum est p[er] stabulariu[m] intelligi Ecclesiae pastores, quibus Christus Dominus in ministeriu[m] genus humanum, id est, naturae quidem & rationis usu adhuc ualentem, sed gratie uiribus spoliatum sanandum & uiuificandum commisit, vt eius cura ageretur. His autem pastoribus no[n] solum dedit duos denarios, id est, duo testamenta, seu potius instrumenta uetus ac noui uerbi scripti, sed etiam addidit supererogandi potestatem, cuius suam debitam mercedem (quum ad iudicium redibit redditurus unicuique prout gessit in corpore bonum uel malum) repromisit. Sic hanc parabolam sancti Patres intellexerunt, & contra haereticos horum temporum grauissima sua auctoritate praecipua uerunt.

- Col. 5.

Hyoga l. 9. Augustinus sic rem exponit. Si quid, inquit, super Euangelium

dicunt meum tanquam misericordiam consecutus, ut esset fidelis ad eius uultu[m] sapienter, dum rediero iudicaturus mundum, &c. reddam tibi. Quid est autem in quod super legem, & Euangelium plus Paulus erogauit illud patet quod ipse ad Corinthios ait De uirginibus praecipuum Domini non habes, constitutum autem do. Haec ille, quod se repetit in quaestionibus super Euangelia. Operatus adhaec apertius his uerbis. Stabularius ille Paulus Apostolus, cui confessus peccatorum uulnaribus populus commendatus duos denarios quos erogaret ac expectat, duo scilicet testamenta a haec per doctrinam quasi sumptus impendit: docet quomodo coniugales Christiani debeant uiuere. A quo quum quaeretur, quid de uirginibus praeciperet, respondit sibi de uirginibus nihil esse mandatum. Confessus est sed duo testamenta, hoc est duos denarios erogasse. Explicati erant quodammodo sumptus. Sed quia qui saucium commendauerat, promiserat se reddituru[m] quicquid in curam amplius erogasset, post impensas duos denarios, non praecipua, sed consilia erogare Paulus ad uirginitatem. Haec ille. Sic hoc Euangelium explicant alij patres. Ambro. lib. 7. in Luc. Chrysolom. in homilia de eo qui incidit in latrones to. 1. Origenes in Lucam hom. 34. Beda lib. 3. in Lucam. cap. 43.

Li. 1. c. 19. Lib. 6. cap. 6. Patm.

DOMINICA DECIMATERTIA post Pentecostem.

Ite, ostendite vos Sacerdotibus.

Luc 17.



OCVS utilis ostendendi contra haereticos nostri r[ati]o[n]is Sacerdotum in Ecclesia Dei potestatem. Christus enim his uerbis docet. Primum quicquid extra ordinem Deus in aliquo operatur ad eius salutem, non tamen uelle Dei ordinem in Ecclesia sua positum perturbari & uolari, sed eum nihilominus diligenter agnoscere Christus hic extra ordinem per modum miraculi uoluit sanare istos leprosos: qui haud dubie sic sanati ab eo erant, sic perfecte, sic pure, vt nullo testimonio aut approbatione Sacerdotis iuxta legem Moysi opus esset. Voluit tamen ordinem iuxta legem, cuius usus

Sacerdotia auctoritas.



vius adhuc vigeat, exacte seruari: Sic in Ecclesia non
populi, quomodocumq; Deus, vel aliquē à lepra peccati
per internā gratiam & contritionis vehementiam is
profus sanatur: vel aliquē sic donō sapiētīe illuminet,
ut per se scripturas legendō intelligat, vel etiā extra or-
dinem ad verbi predicationem mittat: tamen in his om-
nibus & alijs quibuscumque, auctoritatem quam Eccle-
siae dedit, violari non vult, sed vt ostendant se omnes Sa-
cerdotibus. Quod ad primū attinet, sanatus à lepra pec-
cati ostendere se debet Sacerdoti, vt per confessionem
eiusdem absolutionē accipiat, iuxta illa Christi verba.
Quaerunque solueritis super terram, erant soluta & in caeli.
Per haec enim verba, *nostris sacerdotibus* (ait Chryso-
stomus) *non corporis lepram, verum animae sordes non dico purga-
tas probare, ut iudicis sacerdotibus, sed purgare profus nec-
cessum est.* Si ergo in illa tantūmodo legali declaratione
& approbatione, voluit tamen Christus, vt ab ipso nec
mundati approbentur, quanto magis in Euangelica
peccatorum absolutione, etiam quibus Deus antea his-
tasse peccatum remiserit, vult tamen vt ab Ecclesia ab-
solvantur: Sic Cornelius accepto Spiritu S. debuit tamen
baptizari. Quod ad secundū attinet, quom Honoratus
Manichaeus Catholicos pastores audire recusaret, dicit
se scripturas, quom ipsemet legerat, satis intelligere. & diuina
secreta contra ratione capere facillimē posse, respondet ei Au-
gust. Et si factū tibi nihil nocet, nocet tamen exemplū. *Ita
vix itaq; ordo ille & ratio seruanda, quae sine cuiusque pericu-
lo seruari potest. Quod quidem facile sit, si etiam hi qui uolunt
possunt, ne cui sit periculo exemplum. paulisper cogantur in-
dura, quae etiam ceterum tutum est. Hec est prouidentiae uer-
tigiū, hoc iussu diuinitus, hoc à beatis maioribus traditū:
hoc ad nos usq; seruatum: hoc perturbare uelle atq; peruertere,
nihil est aliud quā ad ueram religionem, sacrilegium uel
querere. Quod ad tertium attinet, Paulus, neq; ab hominibus
quae per hominem, sed à Christo de caelo uocatus, tamē ordi-
natur ab Ecclesia per impositionem manuum. Nā vsq; ad
illud tempus iurauit in Arabia, quom non uultus docere, sed à
scipulis erat, ait Chryso. Sed & praeterca, vt ostendat
sacerdotibus, post annos 14. suae p̄dicationis ascendit Hiero-
solyman*

Inc. 20
Lib. 1. de Sa-
cerd. no.
Act. 20.
De uol. cre-
dendi. c. 10.
Gala. 1.
Act. 1. & 19.
Gala. 2.
homil. 21. in
e.
G. 2. 1. 2.

resolyman, & conciliis cum Apostolis Euangelium, ut scri-
bitur Aug. Si non inuenisset Paulus in carne Apostolos,
sic scribit Aug. Si non inuenisset Paulus in carne Apostolos,
quibus eum munitando, & cum quibus conferendo Euangelium,
eiusdem societatis esse appareret, Ecclesia illi omnino non eredit
ut Idem et docet D. Hieronymus. Secundo repetit Chri-
stus hoc loco, & in sua Ecclesia futurū ostēdit, quod lex
instit. Videlicet oēs leprosos à sacerdotib. approbari de-
bere, vte ne sint à sua lepra mudati, an nō. Lepra aut,
vt alia peccata, ita maxima haeresim & falsam doctrinā
significat: ideoq; vera & falsa doctrina maxime ab Ec-
clesiae p̄positis discernēda est. Vnde Beda in hec Euange-
lij verba: *Nullum Dominus seruum quibus hac corporalia be-
neficia praestitit inuenitur misisse ad Sacerdotes nisi leproso,*
quia uidelicet Sacerdotum iudiciorum figura erat Sacerdotij
*regula quod est in Ecclesia. Et quisquis vel haeretica prauita-
te, vel superstitione gentilib, vel iudaica perfidia, uel et scisma-
ti fraterno quasi uario colore perfusus Dominus gratia carne-
rit, necesse est ad Ecclesiam ueniat, colorinq; fidei uerum quē
acceperis ostendat. Caetera uita tanquā ualorū dūm & qua-
si membrorum anima atq; sensum, per semetipsum interius in
conscientia & intellectu Dominus sanat & corrigit. Sic etiā
hunc locum S. August. exponit, à quo sua Beda accepit.
Nulla, inquit, falsa doctrina est, qua non aliqua uera inter-
miscet. Vera ergo falsi inordinate permixta in una disposi-
tione uel narratione hominis tanquam in unius corporis colo-
re apparetia significant lepram. Hi tam uicidij sunt Ecclesie,
ut si fieri potest longius remoti Christum interpellent. Hec il-
le. Sic & Origenes. Sicut autem leprosi extra castra sem-
per esse debebāt, nec in vlla ciuitate manere, sic haeretici
extra Ecclesiam & societatem fidelium eijs debent per
excommunicationem & per omne ciuile commercium
interdictum. Sic docent Scripturae: Si Ecclesiam non audie-
rit, sit tibi sicut ethiops & publicanus. Rursum. Si quis alia
doctrina adfert, in domum ne recipiatur, nec aus ei dixerit.
S. Ioannes ingredi balneum noluit in quo erat Cerin-
thus haeretici. Polycarpus alium cum Marcione ser-
monem habere noluit, quam istum. Agnosco te primo gen-
tium Sabana. Paulus ait. Haeretici non inueniunt post unū aut
alterum*

Cont. Faust.
lib. 23. ca. 4.
Epist. 11. in-
ter epi. Aug.
Com. lib. 5.
c. 61. in Lau.
Quest. Bulg.
lib. 1. q. 40.
hom. 1. in Le-
uit. 14.
Mat. 9.
Epist. 2. Ioh.
140. li. 3. c. 2.
Tit. 2.



alteram correctionem deuota. Quatum autem Deo dispo- ceat leprosum haeticum in ciuitatem admittere, non expellere, &c. docere nos debet exemplum Olla: regia le- prosi. Quia enim Sacerdotes huic regem lepra percus- sum templo quidem eiecerunt, tamen in domo libera- feosum intra ciuitatem manere permiserunt, nullus uo- to tempore regni sui, qui tamen 32. annis regnauit, Pro- pheta apud Iudeos fuit, vt notarunt diligenter Sancti Patres Chry sostomus in sextum caput Esaię. Origenes Homil. 6. in Esaiam, explicans illud, in anno quo mortuus est Olla, uidi Dominum, &c. Hierony. in epistola ad Da- masum. Præterea, vt est in Leuitico, leprosus debuit se- per os clausum habere, quum Sacerdos eum examina- ret, totumque reliquum corpus discissa veste nudum feruaretur: ne uidelicet halitu oris (si adhuc mūdus nō esset) inficeret. Sic haeticis permitti nō debet, vt dispa- tent vel altercentur, quando ab Ecclesię magistris exa- minantur vel instruuntur.

• Paral. 26.
Leuit. 14.

DOMINICA XIII
post Pentecostem.

Primū querite regnum Dei, & iusti-
tiam eius.

Math. 9.
Contra solā
fidē salutē.

HOCVS acriter taxādi nostri temporis ha- reticos qui docēt suos non querere regnum Dei, sed per solam fidem præsumere, non querere iustitiam regni Dei, sed solum regnum. Querit regnum Dei, qui magno studio & conatu amissam per peccatum hæreditatem regni celestis inuenire contendunt. Querere enim le- boris est, nō solius fiducię. Querimus amissā, expediamus promissā. Hæretici hodie solas Christi promissio- nes in sua speciali fide attendunt: Statuunt enim fide iustificātis hoc solum esse proprium obiectum, credere uerbo promissionis. Non ergo querunt aliquid sua con- pa deperditū, vt inueniāt, sed quali rē certissimē illis re- positam

positam (hinc. n. ponunt certitudinē gratię, solius fidei prolem pessimā) expectant & præsumunt. At iubet nos Christus querere regnum Dei. Quomodo autem & quan- to studio honorū operū querendum sit alibi docet quū ait. Regnum caelorum uim patitur, & uolentē rapiunt illud. Et rursum. Conduxit operarios in uinam suā Operarios, nō fiduciatios, aut solitudianos. Et per Apostolū suū di- cit. Vnusquisq; accipiat propriam mercedem secundum laborē suum. Et rursum. Non coronabitur, nisi qui legitimē certauerit. Hoc est querere regnum Dei. Deinde sicut in hoc Euangelio prohibet, ne solliciti simus quid manducemus, aut quid uadāmur, & a rebus corpori necessariis sollici- tudinem & anxietatem aufert, sic eandem sollicitudinē regno Dei tribuit dicens. Querite primum regnum Dei, & iustitiam eius. i. de regno Dei, de salute uestra de iustitia & sanctitate uitę (quę ad hoc regnum peruenitur) solli- citos & anxios uos esse uolo. At in hæreticorū sola fi- de & certitudine gratię, nulla sollicitudo, nulla cura, nullā salutis studiū locū hēt. Satis est fortiter credere, & sibi iam persuadent se de salute certos esse, etiā certitu- dine fidei, ideoque ab ea excidere nō posse, quia scilicet electi sunt, prædestinati sunt semel gustauerūt se fuisse in gratia & receptos in numerū filiorum Dei. unde po- stea cadere non possunt quia quos semel Christus in gra- tia recepit, (ait Caluinus) eos non ad tempus, sed in perpetuū recipit, & demum fides iustificans (ait Beza) nunquā impotest a dono perseuerantia diuellī, ideoq; quando signa & effecta ele- ctionis, id est bona opera in nobis nō sunt, sed potius contraria, confugiendū est ad firmitatē æternā nostrę electionis, quā nū- que inueniabilis Dei proposito Sed hoc totū cōtradicit Chri- sto dicenti Querite regnū Dei, & iustitiam eius. Nec n. que- re opus est, de quo iā ex immutabili Dei pposito certi sumus. Neq; iustitiā regni, i. uitę sanctitatem querere opus est, quādo illa absente manemus in certi de regno. Rursum notandum est quod iubemur querere. Iusti- tiam regni Dei. & diligenter contra hæreticos explican- dum quæ sit hæc iustitia Dei, quam in hoc Euangelio querere iubemur. Illa autem est iustitia fidei quoad radicem, & iustitia bonorum operum, quo ad fru- ctus

March. 11.
Math. 26.
1. Cor. 2.
2. Tim. 8.
Institu. lib. 2.
cap. 2.
1a. confes. 6.
del. 4. u. 28
Iustitia Dei
qua.



Lucr. 2.

244 **Promptuarium Catholicum**

atus, & veram eius formam: De qua Zacharias. *Et sancti-
mus illi in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus vi-
tae nostra.* Vocatur autem à Paulo haec sanctitas & iustitia
coram Deo (in qua ut sciremus, filium Dei daturum
nobis, Zacharias iam nato praecursore dicebat) *Iustitia Dei.*
non nostra, & *Iustitia ex fide,* non ex operibus, non quia
vel solius Dei est nobis imputata, vel ex sola fide absque
bonis operibus, ut peruersissime fallunt & fallunt heretici:
sed vocat iustitia Dei, quia ex Deo est, non ex nostris
viribus tantum: vocatur iustitia ex fide, quia eius ratione
& fundamentum fides est non legis nuda doctrina aut
la voluntas humana sine adiutorio gratiae. Vtrumque
pressissime docet ex ipso Apostolo S. Augustinus. *Dei ius-
quit, iustitia est qua nos ex eius gratia iusti sumus, ut ipse
Dei iustitia nos sicut quum iuste vivimus. Hanc autem ex-
positionem probat ex ipsis Apostoli verbis, ubi dicit. Ignorantes
Dei iustitiam & suam volentes constituit, iustitiam
Dei non sunt subiecti.* Hoc in loco Paulus Dei iustitiam
vocat quae ex Deo erat, & ex Dei gratia per fidem Christi
profecta. Suam vocat quae ipsorum erat, vel ex seipsis
ex solis videlicet naturae propriae viribus, audita tantum
doctrina legis. Hic enim erat Iudeorum turpis error: quod
putabant audita & cognita lege se sibi ipsis sufficere,
habeant operandum absque gratia Dei, quae per Christum de-
tur, & per fidem in Christum impetratur. Sic Augustinus
iustitiam Apostolus vocat, non qua iustitia Deus iustus est,
sed qua iustitia est homini ex Deo. Mox ex alijs Apostoli
verbis hunc sensum probat. *Et ut sciamus, inquit, hanc
lam dixisse Dei iustitiam qua hominis est ex Deo, alibi scriptum
Apostolus explicuit dicens. Non habemus meam iustitiam
ex lege est, sed eam qua est per fidem Christi, qua ex Deo est.*
Quae verba Apostoli mox explicans Aug. ait: *Quod
quod Apostolus dicit, non habemus meam iustitiam qua ex lege
est, quam sua non esset lex ipsa, sed Dei, nisi quia sua iustitia
dicitur, quam suam ex lege esset, quia sua voluntate legem se
putabat implere, sine adiutorio gratiae, qua est per fidem in
Christum. Hae ille. Sic de Iudeis eodem in loco dicit idem Apo-
stolus dixisse, quod suam iustitiam volebant constituit,
quia eandem legem sua viribus se posse implere crediderunt.*

Epist. 120.

Rom. 9.

De gratia &
lib. ca. 2.

Philip. 3.

Dominic. XIV. post Pentecost.

quod iustitia Dei non sunt subiecti, hoc est gratia Dei non
sunt subiecti. Eandem explicationem tradit multis alijs in
locis. *Iustitia Dei per fidem est, quam dat homini Deus ut
suscipiat. Rursum: Apparuit in Christo iustitia Dei, id est,
qua hominibus ex Deo est, contra 2. epistolam Pelag. Item
alibi. Ignorantes Dei iustitiam, id est, eam quae datur ex Deo.
Idem repetit de Spiritu & lit. cap. 12. & 26. & de gratia
Christi c. 47. Querere ergo iustitiam regni Dei, est que-
rere illam iustitiam quam nobis Deus largitur per gra-
tiam Christi, ut ad regnum Dei perueniamus. Haec autem
iustitia non est solius fidei iustitia, qua credimus in Chri-
stum & promissiones eius (ut hodie haeretici pueriosissi-
me docent) sed est iustitia honorum operum in fide Chri-
sti, quae Christus ipse per gratiam suam operatur in no-
bis, ut simus in eo noua creatura. Dicit Apostolus: *Gratia
Dei saluati estis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim
donum est non ex operibus, ne quis gloriatur. Quo in loco ne
Apostolus videtur bona opera salutis nostrae medio
planè excludere (ut ex hoc loco firmissime se pro-are ia-
ctant haeretici) docetur populus duo, primum haec ip-
sa Pauli verba bene intelligere, deinde quae in Apostolo
sequuntur bene expendere. Haeretici enim, quia neutrum
horum faciunt, se ipsos & alios pestilenter fallunt. Sed
vtrumque S. Augustinus proclare fecit his verbis: *Quod
& intellige, non ex operibus, ab Apostolo dictum, eam quae tuis
ex seipso tibi excipere visus: sed in qua non haec in quibus te Deus
facit formavit, & creavit. Nam ne homines putarent hoc ita
dictum quasi necessaria non fiat bona opera creditibus, sed
in fide sola sufficiat (ut re vera hodie nostri dicunt) & quia
poterant homines de bonis operibus excipere, velut ad ea faciendo
sibi sufficiant, auertit Apostolus, ipsius animi suorum creatura
Dei, in Christo Iesu in operibus bonis, quae preparauit
Deus, ut in illis ambulemus. Haec cum Apostolo Augu-
stino. Habemus ergo iustitiam operum, non ex lege aut doctrina
eius sola, non ex proprijs viribus, sed ex gratia Christi
renouatis nos, ut simus noua creatura. Haec de causa idem
Apostolus alibi docens in quo demum vera salus & iusti-
tia consisteret, sic scribit. *In Christo Iesu, id est, ad salutem
in Christo habendam) neque in concilio, neque in praecepto
aliquid****

Trad. 26 in
102a li. 3. c. 4

Epist. 106.

Ephes. 2.

De gratia &
lib. ab. ca. 21

Galas. 5. & 6



Rom. 6. & 8.

aliquid valet, sed fides que per dilectionem operatur. Et paulo post. In Christo Iesu neque circumcisio, neque preparatio aliquid valet, sed noua creatura. Hanc nouam circa totam alibi exponit ipse, ut in nouitate uita ambulemus, ut totum amplius nobis non dominetur. Hæc est enim Christi gratia nos iustificans & saluans, hic effectus redemptionis per eum non solum ut credamus in eum (quod solum semper pestilenter vrgent hæretici) sed ut *ostendamus scientias nostras ab operibus mortuis: ut mundaret sibi populum acceptabilem, factorem honorum operum.* Denique *ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum.* Hæc est iustitia Dei iustitia fidei, iustitia Christiana, iustitia quæ in hoc Euangelio Christus nos iubet primam & ante omnia querere.

Heb. 9.

Tit. 2.

Rom. 7.

Matt. 6.

Math. 2. 9. 6.

& 11.

Ioan. 15.

Luc. 15. & 17.

Huius iustitiæ partes sunt oratio, elemosyna, ieiunium, ut Christus ipse nos docuit, instruens nos quomodo iustitiam nostram faceremus non coram hominibus, sed coram Deo, Patet, inquit, qui uidet in abscondito reddet uobis. Docet in illis tribus bonis operibus, & veri nominis iustitiam esse, & veram iustitiæ mercedem retribuere. Ad hanc iustitiam Christus nos instruxit, quum docet nos, oleum semper habere in lampadibus nostris, ut luceat lux nostra coram hominibus: quum iubet fructum ferre cum patientia, tristitia, sexagesimum, centesimum: quum nos palmites esse docet à Patre purgandos, ut magis, ac magis fructum afferamus: quam talenta data bene expendere, vigilare, & orare, intrare per angustam portam, crucem unumquemque suam quantum tollere, mouet, hortatur, iubet. Hanc iustitiam bonorum operum in Christo docent omnes epistolæ Apostolicæ Paulus ubique, excepta priore parte epistolæ ad Romanos vsque ad cap. 12. & ad Galatas, Petrus, Iacobus, Ioannes toti sunt in huius iustitiæ, argumentum. Quo magis detestandi hoc loco hæretici, qui solum fidei iustitiam

mâlè intellectam inculcant.,
* * *

DOMI

DOMINICA XV. POST
Pentecostem.

Cum appropinquaret portæ, ecce defunctus efferebatur, & turba multa ciuitatis cum illa.

Luc. 9.



OCVS per occasionem tractandi, de solenni & honorifica atq; etiam religiosa fidelium sepultura, iuxta Ecclesiæ Catholicæ ritum cū clero, luminaribus & hymnis, quem morem hæretici hodie subsannant. Christus hoc loco morem sepeliendi Iudeorum, ubi turba multa funus sequebatur, & mater defuncti vidua flens comitabatur, suo occursum honorabat, & hæc matris populique confluxum celebri miraculo illustrabat. Iudeorum sepeliendi ritus quis fuerit non multum attinet hoc loco differere: *Planctum magnum eos semper adhibuisse, & magis luctum quam laudes Dei, p̄sequi eos solitos fuisse sepultura Iacob in terra Chanana.* Ab hoc præsentate David, ac deniq; ipsius S. Stephanii in recentibus adhuc Ecclesiæ Christianæ cunabulis (quæ necdum certi ritus cõstituti aut politæ ecclesiasticæ certa forma posita esset) satis clare testant. At Catholicis Christianorū sepeliendi ritus quis fuerit, talis videtur quale hodie obseruat ecclesia, antiquitatis testimonia nos docebunt. Quam celebre fuerit beatæ Virginis Mariæ Deiparæ funus, cum luminibus, cū hymnis & ceteris (de quibus et antiquissimus Dionysius Arcopagita scribit) cū floribus & palmis copiosè describit Nicephorus in hist. Ecclesiast. lib. 2. ca. 22. Centurio, quem D. Petrus conuertit, in ciuitate Scephi (quam totam a gentilitatis errore liberauit) moriens congregatis omnibus & vario hymnorum cātu sepelitur, ut narrat in eius uita Simeon Metaphrastes, apud Surium die 13. Septembris. Gregorius Nyssenus in epist. ad Olympiū de mortu fororis suæ Macrinæ de sacerdotum cum psalmis, &

De solenni & religiosa sepultura.

1. not. 2. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Lib. de dignis nominibus.

Domi. Cathol.

T

can-



canticis ad eius sepulchrum processu scorsum à reliqua turba (vt hodie fit) perspicue narrat. Nec de Simeone de Caesari fratris sui sepultura scribens Greg. Naz. Cum pompa, inquit, elatus est sacris parentum manibus honoratus cum mater luminariis prelatione calamitatis preteritam exponeret. Vocat sacras parentum manus, sacerdotale officium, quod tam ipse Gregorius sacerdos, quàm pater ipsius tunc episcopus, in funere exequabant. De hac ecclesia notitia solennitate sic in D. Chryostomo legimus, q. ante annos 1200. scripsit. Dic mihi, inquit, quid sibi uultus in facere lampades illa festina? Quid etiam hymni? Nonne ut Deo glorificemus? Pro qua re, dicit, presbyteros notas & psallentes nonne ut consolationem recipias? Nonne ut honores defuncti? Hæc ille. Vides hic oēs & singulas sepulture Catholice ceremonias. Vides lapides seu cereos. Vides hymnos, seu psalmos. Vides presbyteros seu sacerdotes. Vides deniq; psallentes seu cleru cantantē, sacerdotiq; succinētes. Vides postremo causas grauissimas. Et Deus glorificatur, ut defunctus honoretur, ut uiuus consolentur. De sepultura Paulæ sanctissimæ feminae sic S. Hieronymus. Paulæ translata episcoporum manibus & ceteris ferens sub hyemibus, eum alij pontifices lampades cereasq; præferret, alij ebullentes psallentes uicereant, in media ecclesia spelunca saluatoris adposita. Tota ad funus eius Palestinarum urbium turba conuulsa. Sic in funere Pauli eremitæ scribit Antonius solennitatem choris funus eius curatum fuisse scribit in eius uita Theodoricus. In sepultura Danielis Stylitæ (quæ uita no Imperator sui imperij miraculum vocare solebat) erant in ipsa basi & pede colunæ sepeliretur, nec usquā funus efficeretur, tū presente Euphonio Episcopo si idant ex more parte tumuli clerici qui faces ferrent, vt lapidas seu uas munitibus, vt ea canerent que ceteris solent in decessu. Hæc in eorum uita Simeon Metaplastes. Hæc maxime Antiquitatis testimonia sufficere possunt ad superbas hæreticorum hereticorum die voces reuincendas, qui has omnes ceremonias despecti habent & ridēt.

Mat. 7.

Romil. 4. in opulad Heb.

Tom. 3 Epist. 22. ca. 23 ad Eulochium.

DO

DOMINICA XVI. POST Pentecostem.

Cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum, Sabbatho manducare panem, ipsi obseruabant eum, &c.

Luc. 14.



Occurrit per occasionem aperiendi populo, improbum, malitiosum, planeq; Pharisæum hæreticorū huius temporis morem, ac studium obseruandi sacerdotū ac Monachorum, totiusque cleri Catholici vitam, actiones & doctrinam, nō vt dicant aut meliores fiant, sed ut capendi ac calumniandi materiam accipiant, sicuti hoc loco Pharisæi obseruabant Christum an uellet Sabbatho curare ut inde eum tanquam legis transgressorem accusandi ac traducēdi occasionem caperent. Solent enim heretici quicquid vel in doctrina, vel in moribus Catholicorum deficere uiderent, in calumniam audissimè rapere, odiosè agitare, & miri sic exaggerare laude digna, sapienter dicta uel facta penitus dissimulare: sic ut Pharisæi tot Christi miracula, tanta in populū beneficia, tā uariā celestis doctrinæ copiam uidere & aduertere nolunt, sed si quid præter legis Mosaicæ præscriptum fortè commiserit, illud unū studiosè obseruant & odiosè exagitant. Sic in hodierno nouo Evangelio sanatum à Christo hydropicum (quod erat singularis misericordie beneficium) prorsus negligunt. Id unum obseruant, quod Sabbatho curauerit. Sed nec rogati à Christo, an liceret Sabbatho curare, respondere dignantur homines maleuoli: uerum tacentes, planeq; diuine detestantur, vt aliquid contra Sabbathi religionē committeret, exspectare malunt vt per ignorantia violer, quam ac uiolet ignorantem docere. Dissimulare malunt suum

Hæretici obseruatores Pharisæi.

T a de ob-



se observatione mandati iudicium, quasiq; tacendo Christo consentire (quem Sabbatho curare solitū antea adhibuerant) vt sic ille confidentius errorem quem putabatur suum manifestaret, q̄ quod tales magistros imprimere decebat suam sententiam manifestando ab errore illius renouare. Idq; eā ob causam, vt aliquid in Christo in reprehensione dignum homines factu & malitia pietate explorarent. Hæc tam varia & multiplex Pharisæorum erga Christum inuidia, maleuolentia, dissimulatio, astutia, in nostris quoq; hodie hæreticis, qui noui totius orbis Magistri esse volunt, supercilio obducto plusquam Pharisæico, manifestè conspicitur. Primum obseruant Catholicorum actiones, vitam & mores. Romani proficiscuntur, non vt priscam illam & a Patribus laudatam Romanæ vrbis pietatem in martyrum frequentissimorum memorijs visitandis inspiciant: non vt opera illic christianitatis Christianæ innumera obseruent, in tam varijs que obulētis Xenodochijs, Nosocomijs & Prochorophijs creditis: non vt societates & confraternitates noverint, ad Dei cultum exactiorem piè institutas, non vt frequentissimas, ac ardentissimas diuini verbi explanationes audiant, non vt grauissimum DD. Cardinalium Senatū & sapientissimum illud collegium, virosum in omni scientiarum genere, prudentia, pietate, nobilitate præstantissimorum venerēt: non vt cum doctoribus omnium gentium, qui illic versantur familiaritate contracta, aliquem vel eruditionis, vel pietatis secretum referant: sed tolerata illic in vno vrbis angulo in panaria, tanquam foetidae suæ, sicutum aliquem in amplissimi & exultissimi cuiusquam horti angulum locum lectum obseruant, scrutantur, ventilant. Monachorum instituta, totamque vitam monasticam perlustrant, perquirunt diligenter, non vt sanctissima illa paupertas voluntaria, obedientie & castitatis vota intelligant non vt diuini numinis assiduum cultum, victus ac ritus præscriptam sobrietatem, studia, lectiones, & citationes pias videant atque cognoscant, sed in excelsa tantum oculos conijciant, & miniora quæque sectantes, habitum non vitatum, gestus corporis non

Uicino in præf. l. 2. in epi. ad Gal.

politicos, sed religiosos, proprias quasq; cuiusq; instituti ceremonias ac ritus, otium ac uocatione à publicis muneribus, hoies carnales & animales (quorum tota ratio intelligendi est consuetudo criminis, ait Augustinus) obseruant, in iudicium lacerant, ac populo in iudicia propiati. *Non sunt monachi* (ait Caluinus) *præcipuam sanctitatem suæ partem in quo collocantur.* Ita homo improbus & verus Pharisæus otium taxat, sed hoc otium quàm sanctis negotijs, non quidè mundanis, sed ceteris sib. impeditur, aduertere nõ vult. Episcoporum, pastorum, aliorumq; Sacerdotum pios pro Ecclesia Dei labores, ut verbi prædicatione, sacramentorum administratione, orationes & sacrificia quotidiana, (ex quibus omnibus incredibilis ad totum populum fideliem fructus accrescit, imò tota fidelium salus cetera dependet) nõ vident, nõ obseruat hodierni hæretici, sed si quis Episcopus, pastor, sacerdos aliquo forte crimine maculetur, vt auaritia, luxurie, ebrietatis, &c. hæc paucorum crimina obseruant diligentissimè, odiosissimè exagitant, & mendacissimè exaggerant, ut totum ordinem, ordinisque statum, apud imperitum & rude vulgus traducant. More sanè veterum hæreticorum, de quibus ita Augul. *Ad quid aliud sedent illi, quid aliud capiunt, nisi ut quis Episcopus, vel clericus, vel monachus, vel sanctorum ecclesiarum, omnes tales esse credant, sed non omnes posse manifestari? Et tamen et ipsi, quum aliqua maritata inueniuntur adultera, nec projiciunt uxores suas, nec accusant matres suas. Cum autè de aliquibus, qui sanctum nomen profectur, aliquid criminis vel falsi sonuerit, vel veri patuerit, instans sagunt amittunt ut de vobis hoc credatur.* Et paulo post. *Hæretici non habendo quod in causa sua diuisionis defendat, non nisi hominum crimina colligere affectant, & ipsa plura falsissime taxant, ut quia ipsam diuinam scripturæ ueritatem qua ubique diffusa Christi Ecclesia cõmendatur, criminari & obscurare non possunt, homines per quos prædicatur adducant in adu. de quibus & fingere quicquid in mentem uenerit, possunt.* Hæc Augustinus de suis temporis Donatistis hæreticis. Sic videlicet obseruant hodie hæretici Catholicos pastores, sicut Pharisæi Christum obseruabant, in cuius doctrina quia nihil reprehendere poterant in mori-

Instit. li. 4. c. 11. nu. 10.

Epi. 1. 10.



252 **Promptuarium Catholicum**
 bus & vitæ actione reprehendere studebant, *observantibus enim an Sabbato curaret.*

DOMINICA XVII. POST Pentecostem.

1. *Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.*

D O CVS necessarius huius præcepti vitæ & obligationem contra hæreticos explicandi. Nam p p hoc præceptum, & illud alterum huic simile, Nō concupiscas, legem observatu impossibile esse docere hoc pe heretici ausi sunt. & ad hæc verba hoc in loco Calvinus ita scribit, *Ex hoc coram Deo parat Deum in legis præceptis non respicere. quid possint homines, sed quid debeant. Nam in hac carnis infirmitate fieri non potest, ut perfectus Dei amor regnum obtineat. Scimus enim quam propensi sunt ad vanitatem omnes sensus nostri. Perniciosa & pestilens hæc doctrina est tam crudè & iudicialitè posita. Deus quippe in præceptis legis non quidem respicit quid possint homines ex se, & ex naturæ suæ viribus, sed quid possint atque ideo debeant ex adiutorio suæ gratiæ petere. Ideo nobis præceptum est ait S. Augustinus, ut Deum tota anima diligamus, (quod non fit dum concupiscit adversus animam) ut amonemur quid nobis exposcere, quod spem præmittat. & obliuiscendo quæ retro sunt, in qua anteriora nos extendere debeamus. Hæc ille. ER igitur hoc præceptum perfectionis, cui obstat concupiscentia, quæ quia in renatis culpabilis non est, absq; culpa hæc perfectione carentius: Perfectionem dico omnimodam, qualem sonat præceptum vade alibi Aug. Sed deus est adhuc aliquid carnalis concupiscentia quod uel admodum frenetur, nō omnimodo ex tota anima diligitur Deus. Ad nō omnimodo ex tota anima diligitur Deū. Nempe quia omnimodum uis dilectio, & desideratio spiritualis sanctarum man-*

Dilectionis Dei præceptum explicat. In Harmonia Evangelii ad Mat. h. c. 22.

De Spiritu & h. cap. vii.

In U. de pecc. huc. iustitiz.

Dominic. XVII. post Pentecost. 253

Lib. 4. c. 26

tionem, dum ad alteram concupiscentiam debellandā occupatur bellantis animus: ut contra Iulianū docet. Et hæc est illa carnis infirmitas & propensio ad malū, de qua hic Calvinus loquitur. Sed ea non obstante exercet gloriosa certamina miles Christi (ait eodē loco August.) & verè diligit Deum ex toto corde, quia licet totā non affugantur charitatem nullam tamē sequitur cupiditatem, ait Augustinus de Spiritu & lit. cap. ultimo. vel ut expressius S. Tho. docet licet totum cor actualiter in Deū non feratur semper, tamen habitualiter fertur, quādiu nihil contra dilectionem Dei cor admittit. Et hoc sensu in præceptis legis respicit Deus quid facere debeamus: nēpe ut legē q̄ tulit impleamus, sed tanquā viatores non tanq̄ possessores, & heredes uitæ æternæ, id est in carne adhuc uiuentes, sed non fm carnem uiuentes. Christus quippe in carne sua de peccato damnauit peccatum, id est, per carnē suā ut hoc stia pro peccato oblatā, multauit peccatū & sustulit dominium eius in omnibus filiis adoptionis, in quorū cordibus diffusa est charitas per Spiritum Sanctum, qui datus est illis, ut iustificatio legis impletur in illis, seu ab illis qui non secundum carnem ambulant, sed secundum spiritum. Sicut ergo præceptū Dei est, quod seruire & debemus & possumus, non ambulare secundū carnem (quia si secundum carnem uixeritis moriemini, ait Paulus) sic præceptū est quod seruire & debemus & possumus. Diligere Dominum ex toto corde: id est, non ambulare secundum carnem: nullam sequi cupiditatem. vnde Augusti. Prudentia carnis per Christum ablata & extincta, iustitia legis impletur, quum non secundum carnem, sed secundum Spiritum ambulamus. Hæc prudentia carnis est sapere secundum carnē, & sequi cupiditates eius. Hoc per Christi gratiā tollitur, & ideo per Christi gratiā oēs cupiditates præuas superare & debemus & possumus, ut non regnet peccatum in mortali corpore nostro, ut obuiamus concupiscentiis eius, cū maneat peccatum seu peccati propensio, quam hic Calvinus urget, sed regnet gratia per iustitiam, ut Paulus loquitur, id est, regnet amor Dei perfectus, quod si non posse impie hic negat Calvinus, perfectus inquit luxuria perfectionē in qua adhuc sumus quæ est, nulla nō sequi

2. 2. q. 44. art. 4. 2. 2.

Rom. 8.

Rom. 8.

Rom. 8.

In expositio quarundam propos. in cap. ad Rom.

Rom. 8.

Rom. 8.



Rom. 7

In Haemon. Evangelii ad Luc. 10.

Calvinus facit Deum legislatorem et discipulum.

sequi cupiditatem, nō obedire concupiscentiis carnis, tamen ipsa maneat in carne concupiscentia, denique condescent legi Dei secundum interiorem hominem, quod est, mens servare legi Dei, mente & animo Deum diligere, licet carnaliter legi peccati, id est, licet caro & carnalis infirmitas concupiscere non desinat.

Sed & alibi propter huius precepti verū sensum non intellectum, hanc impossibilitatem servandi mōdata iterum docet Calvinus. Sic enim eadem verba a pud I. n. can. tractans scribit. Certum est in lege prescribi hominibus quomodo vitam formare debeant, ut salutem coram Deo sibi concipiant. Quod autē lex nihil aliud quam dānare potest, nisi doctrina vitia, sed quia impossibile nobis est prestare quod iubet. Ergo quāquā ex lege nemo iustificatur, continet tamen lex ipsa summā iustitiā: quia non falsa salutē promittit suis cultoribus, si quis plenē observet, quicquid mandat. Hec ille. Docet impostor i lege summā iustitiā describi, & legē suis cultoribus salutē promittere, sed sub cōditione nobis impossibili. Hoc est dicere, falso & ridiculē. Quis eū legislatorē suis subditis falsā & ridiculā legē dare negabit, & magno proposito premio illud iubeat, quod a nōmine subditorū impleri posse optime novit? ut si se pauperem & infirmo dicat. Si regnū mihi proximū subiugaveris, meum regni te heredem constituam. Alienum quidē regnū subiugare summa fortitudo ac virtus foret. Sed nūquid tū Domini sui regnum falsū & ridiculē illi promittitur, qui hoc nullo modo prestare potest? Putat hęc ceteri se satis legi tribuere, quod summā iustitiā doceat & salutem suis cultoribus promittat: Sed non vident se legillatōrē & ridiculū & mendacē facere, quando a nomine docent legē impleri posse. Absurdum hoc eludere conatur Calvinus. Hęc, inquit, ascendit ratio nobis adferenda videri non debet, quod Deus primū iustitiā operū requirat, deinde gratiā offerat sine operibus. Sed quare & quā cautam absurda videri non debet? Attendamus rationem quā adfert. Quia, inquit, necesse est homines iustitiam damnationis committere, ut ad Dei misericordiā confugiant. Ita apud Pau. Ro. 1. o. s. versusq; iustitię cōparatio ponitur, ut sciamus nos ideo gratis iustificari a Deo, quia propria iustitia de-

privamur. Hęc ille: fallit improbe, lectorē, & ego sane arbitror, ex composito. Lex est pædagogus ad Christi, quia cōvincit homines nō sūt dānationis, quasi nemo mortalitatis legē impletet, ut vult Calvinus, sed suę infirmitatis, quia sine gratia Dei p. Christū nemo illā implete pot, ut iuxta Scripturas perpetuo docet Aug. & ideo pædagogus est ad Christū. Paul. autē ad Rom. 1. o. s. iustitiā quę ex lege est, opponit iustitię quę ex fide est, quia illa quę ex lege est, docet tū quid facere debemus, sed illa quę ex fide est, habet gratiā Christi in corde, & quę facit nos facere quod lex iubet: & sic docet nos, propria quę in iustitia desinitur gratis iustificamur, (ut hic Calvinus ait) respectu primę iustificationis, quia ex impio aliq; sit iustus, aut qua impius Deo recedens, de qua iustitia lex non loquitur: sed nō docet nos illic Paulus propria iustitia destituti respectu illius salutis, quę lex suis cultoribus promittit, nempe vitę æternę, nisi quatenus propria illa iustitia intelligitur, quę proprijs vitib; ex sola legis doctrina cōparatur, quales Iudæi in Christi nō credentes habere volebant, ut in sine precedētis cap. Paulus docuit. Nā verba Pauli in loco a Caluino notato planē & pspicue docent, quę iustitia ex fide facit servare legē Dei, Quę ex fide est iustitia sic dicit. i. de iustitia ex fide sic Script. docet. Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cœlū, &c. si ne putes legē tibi credenti & cōverso ad Deū esse difficilē aut vires tuas superare. Prope est verbum in ore tuo & in corda tuo id est. Res tota facilis est tibi iā cōverso & credenti, & diligenti Deum. Moyses enim. a quo hec verba Pauli dampnit, quum primū dixisset, Circumcidis Dominus Deus tuus cor tuū, ut diligas Dominum Deum tuum (quod ad credentes & cōversos loquitur) paulo post subiugit. Munda tū hoc quod ego præcipio tibi hōi, non est supra te, neq; præcelsum neq; in cœlo situm, &c. sed iuxta te est valde sermo in ore tuo & in corde tuo ut facias illud. Hęc ibi. Quare illa verba tractans Augustinus ait. Cōversus quisq; sicut ibi præcipitur, ad Dominum Deum suum ex toto corde suo, mandatū Dei non habebit graus. Sic ipsē locus a Caluino notatus luculenter probat, quod Calvinus negat, nempe legem Dei non esse impossibilem: imo non esse grauem, sed faci-

Lex copulans homines suę infirmitatis, non dānationis.

Iustitia ex lege quomodo opponitur iustitię fidei.

Calvinus ex Script. ora q̄ pro se adfert et tutatus.

Deut. 10.

De natura & gratia c. 69.



facilem sed credenti & cōuerso. Manet ergo absurditas illa maxima iuxta doctrinam Caluini, Deum operum iustitiam primò querere, & postea gratuitam offerre sine operibus.

Sed tota Caluini & aliorum hæreticorū contra tam apertam veritatem lucta, est huius præcepti legalis pua ua intelligentia. Diligere n. Deū perpetuò actualiter, & sic ex toto corde vt nihil præter Deum diligatur, & il le tantum diligatur quantum diligibilis est, nemo in hac vita pot. & hoc sensu Aug. vt supra ostendimus, & post eum Bernardus, docent hoc præceptum in hac vita nõ impliri nec sub præuicationis pena obligare, sed per modum doctrinæ quo contendere debeamus ordinari. Verum diligere Deū habitualiter & per opera dilectio nis exterioris, in omni sua operatione retinendo habitu lem Dei dilectione, & sic toto corde ut præcipue Deus diligatur, homo in hac vita potest & debet. Et sic intel ligendū esse hoc præceptum illa alia Scripturæ uerba manifestum faciunt. *Onus meum leue est: & Manna uisus grauis non sunt.*

Serm. 5. in Cant.

Matt. 11. 1. Ioan. 1.

2. *Diliges proximum tuum sicut teipsum.*

HOC quoque præceptum suo fermento contumplit Caluinus. Negat enim ordinem charitatis, què per spicue præceptū ponit, uidelicet vt dilectio respectu pro ximi incipiat à seipso. Sic n. scribit: *Quum proximos scitu ti nos ipsos diligere iussit Moyses, noluit amorē nostris priorē lo ro statuerē, ut quisque seipsum prius amat, deinde proximo: quoniam alio modo Sorbonici sophistæ euillantur regulatum, ut ferius esse sua regula, sed quum sermo in his numerum deducit Moyses, utrum hoc corrigens, proximos nostros equali gradu diligeret, ac si ueretur unumquamq; alij neglectis habere sui in tam, quia charitas in unum corpus omnes coniungit. Et tunc dicitur corrigens, quia alios ab alijs separat singulas ad com mune societatem, & quasi mutuum complexum reducit.* Hec illo. Homo reprehendēdi auarus, reprehendit quod nescit. Nescit. n. à Scholasticis, quos hic Sorbonicos so phistas uocat maledicendi cupidus, communē illā socie tate & mutuum complexum omnium proximorum di ferte

Handwritten marginal notes in Latin, including phrases like 'quod dicitur' and 'quod dicitur'.

ferre iuxta hoc præceptum doceri; sed quia in ipsa fo cietate communi, casus frequēter accidunt, ut omnibus ex æquo subueniri nequeat, diligenter ab illis quaeri, q. s. fit præcepti huius sensus in casibus huiusmodi. An te & proximo æqualiter periclitante, quam utriq; subueni re nequeas prius ne tibi prospicere debeas, an proximo. An etiam meliore te periclitante, te ipso neglecto illū iuuare tenearis. *Proximus diligitur* (ait Sæctus Thomas) secundum rationem societatis in bono, id est, dilectio proxi mi docet socialem & communem esse debere dilectio nem nostram non priuatam, in eo bono quod ipsi rectè & ordinatè diligimus, uidelicet in Deo. *Consociatio autē ista est ratio dilectionis, secundum quandam unitatem in ordi ne ad Deum.* Unde sicut unitas prior est quam unio (nam ab unitate unio incipit, & principij semper in suo ge nere ceterorum caput est) ita quod homo ipse participet ho num diuinum (in qua participatione potissimum proxi mus diligitur) est prior ratio diligendi seipsum, quam quod alius associetur sibi in hac participatione. Hæc explicatio non tollit mutuum complexum in hoc præcepto posi tum, sed in hoc complexu quis ordo sit tenendus, præte rea docet, vt frustra propter unum aliud conuelleret Cal uinus conetur.

In Soma, 2. 2. q. 26. art. 9.

3. *In his duobus mandatis uniuersa lex pendet & Prophetæ.*

Matt. 23.

LOCVS luculentus, pestilentem hæreticorum hodie sola fide saluante ac iustificante doctrinā acriter taxandi, & perspicue refutandi. Docet. n. Saluator diser tis verbis, uniuersam legē & prophetas in duobus illis mandatis, de duplici charitate Dei & proximi, pedere, id est, compleri, & consummari. Idem verò alio in loco discretissime quoque dixit. *Nolite putare quoniam ueni soluere legem & prophetas: non ueni soluere sed adimplere.* Et quo sensu uenit legē adimplere, eodem in loco multis verbis expressit. vbi multa legis moralia præcepta com memorans, tantum abest, vt illa per doctrinam fidei atq; Euangelij cessare doceat, quasi ad salutē amplius nõ ne cessaria

Bona opera necessaria ad salutem.

Matt. 5.



cessaria, vt contra corundem præceptorum exactiore & perfectiorem obseruationem doceat. Nempe in lege homicidium prohiberi, à se vero omnem iram, omne contumelium atque maledictum. In lege mechiam seu adulterium prohiberi, à se etiam aspectum cum concupiscentia mala coniunctum vetari: denique in lege periurium prohiberi, à se omne temerarium iuramentum & mendacium. Quia ergo tota lex & Propheta, id est, omnia moralia mandata (nam de istis in hoc Euangelio agatur, & omnia virtutum præcepta ac documenta, que passim in lege & prophetis habentur, in duplici illo charitatis præcepto pendent & compleantur, Christus autem venit vt legem, & prophetas adimpleret, euidētissime contra impios huius temporis hæreticos sequitur, duplicem huius charitatis præcepta i suo pristino vigore permanere, & ad salutem æternam nõ minus esse necessaria quam antea fuerunt, ideoque terribilissimam & abominandam hæresim esse, quod sola fides iustificet & saluam faciat, quasi in sola fide vniversa lex pederet, & Prophetæ, quod Christus hic apertissime negat, aut quasi lex & Propheta in suis moralibus præceptis amplius nõ obli-garent, quod Christus alio apud Matthæum, loco non minus aperte pernegat dicens, Nolite putare &c. ut supra. Docet ergo hoc loco Saluator, non solum alia moralium præcepta in his duobus mandatis pendere, iuxta illud Apostoli, qui diligit proximum legem impleuit, & plenitudo legis est dilectio: quia in hoc uerbo, diliges proximum tuum sicut teipsum (quod alteri mandato de diligendo Deo simile est, ait in hoc Euangelio Saluator, si quid est aliud mandatum, in ista iuratur, id est, sufficienter & plenè obiecturum: quia videlicet qui diligit proximum, nec incedabit, nec occidet, nec futabitur, &c. nec denique non poterit non Deum pariter diligere, quia non diligit proximum verè & ut oportet, nisi in ordine ad Deum diligit Deum: nec possunt illa duo ab inuicem separari, ut ex Christi uerbis docent Patres, & Augusti. b Chrysostr. Prosper, & alij oēs, verum etiam ipsam quoque fidem in his duobus mandatis pèdere Christus hoc loco docet. Fi-

Rom 13.

a De Trinit. lib. 1. c. 8.
b ad pop. Antio. ho. 14
De vita contem. lib. 1. cap. 15.

dem enim in Christu de semine Abrahæ ac David, lex & Propheta passim prædicant ac docent. Sed hanc fidem charitas perficit, & ideo gratia facit. Fides enim sine operibus mortua est. Et si omnim fidem habuero, ita ut montes transferam (ait Apostolus) charitatem autem nõ habuerõ, nihil sum. Multo minus iustificatus sum, saluus sum, vt hodie blasphemant hæretici sola fidem iustificante docetes. Et rursum, Qui non diligit manet in morte. Quid ergo prodest fides non diligenti Deum, id est, non operanti, & seruanti, mandata? Qui enim diligit me, sermone meo seruabit: ait Christus. Docendus ergo diligenter populus Christianus, quod tota lex & Propheta, id est, tota que tunc erat Scriptura, in duobus charitatis præceptis pendet, in illis complentur, in illis sic vt oportet eruditur, & obseruantur. Vnde S. August. ad hæc duo mandata, ita quam ad suum finem referri, docet nõ solum omnia alia præcepta, sed etiam totam legem & prophetas, imò totum corpus Scripturæ. Summa, inquit, eorum quæ dicimus hæc est, vt intelligatur legi, & omnium diuinarum Scripturarum plenitudo & finis esse dilectio rei quæ seruandæ est, id est Dei, & rei quæ nobiscum est re serui potest, id est proximi. Quisquis igitur scripturas diuinas vel quamlibet earum partem intellexit sibi videtur, ita vt eo intellectu non adferat istam geminam charitatem in Dei & proximi nõndum Scripturas intellexit. Hæc ille. Viderint ergo hodie hæretici, quomodo Scripturas intellexerunt (qui se solos eas intellegere venditant) quum hæc geminam charitatem ad eam salutem æternam non esse necessariam. At Christus in hoc Euangelio docuit, in istis duobus mandatis totam legem & prophetas pendere, id est, totam reliquam Scripturam nihil nõ seruare, nisi hæc duo mandata obseruetur: ad hæc duo cetera omnia destinari: ideo nos credere quequid de Christo & lex propheta prædixerunt, vt Deum diligamus, & in Deo proximum, diligentes aut salui simus iuxta illud Christi: Qui diligit me diligetur à Patre meo, et ego diligam eum, & manserit ab eo in mensum, id est, diligendo saluabit, & visione mæ in æternam fruatur. Hic est finis legis & prophetarum totiusque Evangelicæ doctrinæ, quæ legem nõ soluit, sed adim-

Fides ex præceptis pèdet.

1. Cor. 13.

1. Ioan. 12.

Ioan. 14.

De do Chry. lib. 1. ca. 25 & 26.

Hæretici hodie scripturas nõ intelligunt.

Ioan. 14.

I. Cor. 1.

n. Tim. 2.

Matth. 23.

adimpler. Si quis diligit Deum, hinc cognitus est ab eo, ait Paulus. Infaniant heretici, qui per solam fidem se cognosci à Deo putant. Cognosci enim à Deo, est ei gratum & acceptum esse. *Nunc Dominus qui sunt eius.* Et in die iudicii dicitur. *Disce. hinc à me operari inquit aris.* Nescio vos Ergo nec Deum in scripturis nouit, nec à Deo cognoscit, nec legem & prophetas tenet, qui hæc duo charitatis munda non tenet. Vide plura in Promptuario Morali in hæc Dominica, & ad hæc Christi verba, text. 4.

DOMINICA DECIMA OCTAVA
post Pentecostem.

Matth. 9.

1. Et videns Iesus fidem illorum, dixit Paralytico.
Confide fili.

Vides in Eua-
gelio à Chri-
sto lau-
datus,
qualis fides.

Vides idoneus & oportunus declaratur contra hæreticos nostri temporis, quam fides Evangelium intelligit, quæ de veritate sanationis, ipsamque remissionem peccatorum, vt hoc loco, à Christo collatam fidei tribuit. Non enim intelligit specialem fiduciam ab hæreticis hodie confectam & inuentam, sed intelligit fidem Catholicam & generalem, id est, firmum assensum mentis diuinitus datam circa Christi potentiam, quo videlicet credebant Christum posse eos sanare. Talem enim Christus apud Marcum à paralytico flagitabat. Dicente ei enim patre, *si quid potes, adiuua nos miserere nostri: Iesus ait illi. Si potes credere (me scilicet te posse adiuuare) omnia possibilia sunt credenti.* Et continuo exclamans Pater pueri cum lacrymis respondebat. *Credo domine, sed in incredulitatem meam: quæ videlicet prius expresserat dicens: si quid potes, adiuua nos: quæ vox erat incredula. Credere ergo hoc loco, quod Christus postulat, non est habere fiduciam aut bene sperare, sed id quod proprie sonat, assensum veritati de potentia Christi, cui opponitur incredulitas non timiditas aut alia fidentia. Sed & hoc eodem cap. apud Matth. clamantibus duobus*

Marc. 9.

duobus cæcis. *Miserere nostri filij David, dicit eis Iesus. Gra-
dixit quia hoc possum facere vobis dicitur et. Venite Domine. **Math. 9.**
Tunc tetigit oculos eorum dicens. Secundum fidem vestram
fac vobis. Illam nempe fidem dicit, qua credebant Chri-
stum posse illis misereri, & lumen oculorum dare. Talis
erat fides Hemorrhoidis hoc eodem capite: quæ expressit
quam diceret intra se. *Si tetigero lacrum vestimentorum
salua ero.* Hæc enim summa erat animi conceptio de vir-
tute & potentia Christi: de qua Christus dixit. *Confide fili.
haud est, sis bono animo de beneficio iam accepto. **Fo-**
des tunc te saluam facit.* Qua videlicet credidisti te ex ta-
nta potentia meorum salua seu sanatum iri. Sa-
nata. n. iam es. & sensu virtutem exisse de me. Sed & hanc fi-
dem ac credulitatem de Christi potentia leprosus ille ta-
nari cupiens expressit dicens: *Domine si vis potes me muni-
dare.* Potentiam Christi discrete assuit, de voluntate tripi-
denter, & dubitanter loquitur: sed Christus contentus fi-
de, quæ adhuc carebat fiducia, promptè & benignè respo-
dit. *Volo mandare, id est, esto mundus.* Denique des Certu-
tationis tantopere à Christo laudata, erat fides & assensus
mentis circa potentiam Christi. Dicit enim, *Dixit verbo, &
sanabatur puer meus.* Postremo profiteretur se in patria sua
nullas virtutes facere potuisse, propter incredulitatem suo-
rum, id est, quia non credebant eum esse prophetam, &c.
Huic ergo fidei de potentia ac bonitate Christi, qua cre-
debant illum posse diuinas virtutes facere, tribuebat Chri-
stus ea quæ ab ipso petebantur beneficia, visum cæcis,
gressum claudis, sanitatem ægris. Hæc fidem videns Chri-
stus tunc in paralytico, tunc in amicis eius, dixit paralytico,
*Remittuntur tibi peccata tua: & paulo post, tolle grabatum
tuum: & propter hæc fidem, vttramque, & internam & exter-
nam sanitatē dedit. At fides specialis ab hereticis hodie
de illis sibi specialiter applicat, nec in hoc, nec in alijs
Christi miraculis vllum locum habuit. Neque n. aliquis
Christi promissiones præcesserunt, de sanandis hodie
quæ ad eum accederent, quas isti cæci, claudi, paralytici, &
alii seu Iudæorum seu gentium egroti, fide speciali con-
sperebant. Quod est contra hereticos hodie diligenter no-
tandum,**

Math. 9.

Luc. 8.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Specialis fi-
des nullo
saluos fecit
Euangelio.



tadum. Quomodo enim tot illi à Christo sanati, & peccatorum remissionem consecuti per fidem speciale, quæ iuxta doctrinam Protestantium promissionibus nititur, & promissiones gratiæ apprehedit, illa consequi potuerit, quum tales promissiones nullæ antea præcesserint, aut vulgo Iudeorum vlllo modo innotuerint? Docet id igitur populus fidelis, Christum sua beneficia, tã quoad animam quam quoad corpus contulisse propter fidem in sensu, Catholico, id est, ppter humilem assensum huic vilitati præstitum, quod Christus erat magnus ppheta Dei, & qui posset magnas virtutes, facere, non p p fide in sensu hæretico, siue speciale quoad solas promissiones, siue etiam fiducialem, quasi fides in toto Euangelio nihil nisi fiduciam significaret.

Locus igitur alius est notandi hoc loco contra hæreticos fidem illorum quos in Euangelio Christus sanavit, non fuisse quidem semper absq; fiducia, imò aliquando non certã & magna fiducia fuisse cõiunctam, vt in muliere Chananæa, in Hemorrhoißa, in Magdalenã, & in Centurione, tamen nec semper tali fiducia ornata fuisse, vt in leproso, qui dixit, Domine si vis &c. & in parte luatici, q; dixit: Si quid potes adiuua nos, nec ipsam fiduciam fuisse, sed virtutem ab ea plane distinctam, & ex qua sequebatur fiducia. Nã ex fide nascitur fiducia. Qui Deo credit esse, & potentia maximam, & bonitate optimam, facile de hac summa bonitate, cum summa potentia cõiuncta fiduciam concepit. Sic fides in Christu, quæ & Deo esse credimus, & humani generis amantissimum receptorem parit fiduciam erga eundem. Vnde Apostolus, *In Christo habemus fiduciam & accessum in cõfessionibus per nos haberi fiduciã.* Pacem dicit bonam cordis confidentiam. Quod apertius ad Hebræos scripsit. *Habentes fiduciam in introitu Sanctorum in sanguine Christi quæ videlicet creditur nos oblatum semel esse pro remissione omnium peccatorum accedamus cum vero corde in plenitudine fidei: tanquam spes nostra cõfessionem inuincibilem.* Et rationem subiungit, *fideli enim qui representat.* Aperte ex fide declinat

Fides nec est fiducia, nec semper cõiunctam hæc fiduciam.

Ephes. 3.

Rom 5

Heb. 10.

fiduciam, & quam ex causa effectum. Nam quia credimus Deum esse in suis promissionibus fideliem, ideo fiduciam assumimus, ideo bonã spem concipimus. Fides enim proprie loquendo, nec ipsa spes, nec ipsa spes est, sed vtriusq; certus quidam gradus & modus: nempe id est, spes gloriosa ex opinione seu persuasione firmata certa. Sicut ergo fides non est ipsa spes, sed spei fundamentum, iuxta illud Apostoli, *fideli est rerum speranda rum hypostasis, i. basis, & fundamētũ, sic nõ est ipsa fiducia, sed fiducia magna eã & parens certa.* Sequitur, n. se per fiduciam fidem, atq; adeo gratiã & beneficium ipsum tanquam per fidem acceptum. Nam in præsentibus Euangelio, in sanando paralytico, *Videns Iesus fidem illorum (portantium scilicet atque eius qui portatur) dixit paralytico. Confide filie, Remittuntur tibi peccata tua.* Hæc enim iubetur paralyticus cõfideat & habere fiduciam gratiæ Dei, propter remissionem præcedentem per fidem, non vt per illam fiduciam remissionem consequeretur. Non .n. dicitur, illi Remittuntur, sed *Remittuntur*, id est, remissa sunt. Sic Hemorrhoißiã iam sanatã dixit Dominus. *Confide filie, spes tua te saluam fecit,* manifesto docens post salutem hæc de causa fiduciam esse concipiendam. Atque iam credentes, & iam per fidem iustificatos, ad Ephes. dicens. *In quo (Christo) habemus fiduciam & accessum in cõfessionibus per fidem eius, propter quod d. peto me iustificatis in tribulationibus meis, &c.* ad Hebræos dicens. *Ad eam cum fiducia ad thronum gratiæ, &c.* Et iterum. *Nolite amittere cõfidentiam vestram.* Non ergo est ipsa fides fiducia, neque qui iustificatus per fidem est, ad fiduciam exhortandus sit. Parit enim fides fiduciam, & sine fide præsumptio negligat fidem iustificationem in Euangelio toties circa Christi miracula commendatam, (vt in præsentibus Euangelio) non esse fiducia hæreticorũ, qua sibi certè promittunt vel gratiã Dei vel vitã æternam, sed esse fiduciam Aperte dictum, id est, pium & humile assensum vo-

Hebr. 3.

Mau. 9.

apostolus

Ephes. 3.

Hebr. 4.

Hebr. 10.



ritati, quo credebant Christum esse prophetam magnum, & posse eos sanare. Quo intellecto cauebant multa falsa hereticorum argumenta, multas fraudes & imposturas, quibus ex istis miraculis imperitos decipiunt astruentes & dicentes, per solam fidem sic nos hodie Christum iustificare, sicut olim per solam fidem tantum multum sanabat.

Fides quae
huic fecit
non fuit sola.

Luc. 7. & 8.

Locus adhuc alius hic erit docendi populum contra haereticos horum temporu, fidem huius paralytici vel illorum, qui cum per regulas in grabato dimiserunt, vel alioru quorumcumque, quos a Christo sanatos legimus, fidem inquam, quam toties Christus laudauit, & de qua aliquando dixit, *fides tua te saluum fecit*, non fuisse solam, ut haeretici hodie simplicibus persuaderent, non fuisse solam fidem ex huiusmodi Scripturis stabilire, sed fuisse cum alijs virtutibus coniunctam, ut cum spe, cum fiducia, cum dilectione, cum obedientia, cum precibus, cum lacrymis, alijsque pijs & Deo gratis operibus. Nam in presenti Euangelio, amici huius paralytici praeter fidem magnam & ingentem, ostenderunt spem atque fiduciam, qui cum alia via non pateret, ascendentes in lectum, per regulas suum agrum dimiserunt. Aderat etiam in hoc facto magna proximi dilectio: adfuit labor & industria. Adfuit ardens desiderium iuuandi, ut per aliena lecta, & cum damno alterius suum infirmum ad Christi pedes adducerent. In muliere Chananaea praeter ingentem fiduciam aderant preces feruentes, humilitas maxima, quae se catellis assimilaret: perseuerantia egregia, quoniam seculum atque iterum reiecta persisteret. In hemorrhoisa praeter fidem & fiduciam magna humilitas, ad pedes Christi prostrata: multa verecundia factum abscondens: ingens tremor deprehensam videns, profunda pietas ad nos la Chanaan praecidens: ingenua confessio acceptam sanitatem agnoscentes. In Centurione similiter praeter fidem erat maxime humilitas: *Domine non sum dignus*, &c. Erat singularis spes ac fiducia, *Dixit uerbo & sanabitur puer meus*. In Magistro na porro, cui etiam Christus dixit, *Fides tua te saluum fecit*, ardentissima dilectio de qua Christus dixit, *Amantissimi patris eius peccata multa, quia diloxit multum*. Amantissimi patris

Matt. 19.
Matt. 9.
Luc. 9.

Matt. 2.
Huc. 7.

nitentia, quia *lachrymis rigauit pedes eius*, profundissima humilitas & sui abiectio, quum capillis suis (quibus antea meretriciam artem exercens nihil preciosius habuit) pedes eius abstergebat. Sic in caecis & in leprosis sanatis praeter fidem erat instans oratio, fortis fiducia, & firma perseuerantia. Nusquam erat sola fides. Quare & Christus nunquam dixit simpliciter, *fides te saluum fecit*, vel *sola fides*, sed dixit, *Fides tua te saluum fecit*, id est, talis fides, qualis tua est, tot alijs virtutibus ornata. Quod autem Archysynagogo dixit: *Noli timere, tantummodo crede*, non sic dixit quasi propter solam fidem patris sananda esset filia (quamquam si sola fidem patris ad sanandam filiam Christus requireret, iustificationem internam per solam fidem fieri hoc non probaret) sed sicut medicus aegro dicere solet. *Sis tantum bono animo & conualesces*: quum tamen praeterea dietam seruare & medicamenta accipere ex praescripto medici oporteat. Sed cur ergo Christus non nisi fidem laudat in omnibus a se sanatis: cur non nisi fidem Euangelium disertis verbis in singulis istis miraculis commendat?

Luc. 18.
Matt. 9.
Marc. 5.

Cur fidei fructus tribuantur

Locus igitur alius erit docendi hic populum a Christo & ab Evangelistis fidem laudari, non alias virtutes (est dilectionem Magdalenae diserte & accurate Christus laudauerit) propter duas causas. Primum, quia fides est radix & origo omnium virtutum quae Deo placent. Sic solet laudari arbor, cuius fructus est bonus. Sanè fructus per se non est, & per se placet. Laudamus tamen saepe arborum, vel hortum, in quo crescit arbor, vel etiam hortulanum ipsum aut dominum horti, praetermissa laude fructus ipsius. Nempe superioribus causis merito amplius tribuitur. Sic Iacobus laudat obedientiam Abraham in inuolando filio, quia huic eius operi fides cooperabatur. *Fides quoniam fides cooperabatur operibus illius*, id est, radix & principium operum erat eius fides. Vnde Augustinus *Magnum opus, sed ex fide. Laudo superedificationem operis, sed video fidem fundamentum. Laudo fructum boni operis, sed in fide agnosco radicem. Si enim hoc praeter fidem rectam faceret Abraham nihil illi prodesset qualecunque illud opus esset. Laudatur ergo fides, & fidei tribuuntur etiam*

Iacob. 2.

In praefat. de
naraz. 13. h.



aliarum virtutum opera, quia radix omnium virtutum est, recta fides. Nulla opera placet Deo nisi in fide facta. Et licet ea fidei à Christo & Evangelistis commendata est, quia fidei efficacia dignitas & virtus cum à Christo & ab Evangelistis & Apostolis in illa prima Iudaeorum & gentium conuersione praecipue praedudenda erat. In omni disciplina via, & ratione tradenda, à principijs actus ordiendum est. Sic Christus, sic Evangelistae facere volentes, fidem à qua ordiendum erat ante omnia laudant, inuecant, praedicant. Prius fundamentum ponunt, ut postea bonorum operum structuram egregiam superaedificent. Sic Augustinus: *Si volumus, inquit, amicos ad recte viuendum frigidis & pigros Christianis exhortationibus excitare & accendere, primitus exhortemur ad fidem qua Christiani fides, & eius nomini subieciantur, sine qua salus esse non possunt. Si autem iam Christiani sunt, & recte viuere negligunt, uideantur terroribus & praemiorum laudibus erigantur. Laudetur ergo fides in Euangelio ac si Grammatica laudetur in puero. Denique fides tua saluum te fecit, cum sensum habet, quem id quod Apostolus scribit: *Iustus ex fide uiuit.* Quae uerba ter ab Apostolo repetita triplice apud eum sensum habet. Primus est ad Rom. 2. & fidei iustificanti proprius, qualis Christus in Euangelio commendat. Ait enim Paulus: *Iustitia Dei in Euangelio reuelatur ex fide in fidem*, id est, praedicationis euangelicae manifestatio toti mundo (erat enim eadem iustitia fidei in ueteribus iustis, sed occulta in typicis sacramentis, nondum reuelata illam Dei iustitiam, quae non in solis operibus, sed quae ex fide incipit, & per fidem progreditur, & quae quid habet ac recte operat in fide facit: *Iustus enim ex fide uiuit*, id est, uita ac salus hominis iusti est ex fide, id est sine fide esse non potest. Sic enim licet dicere: ex pane uiuit homo, quia non sine pane: non tamen ex solo pane. Hoc sensu iustum ex fide uiuere, multis in locis docet Augustinus in lib. de perfectione iustitiae, & de sermone Dominico in monte, & contra 2. epistolam Pelagi. Vbi ait: *Carthago a fide in istis ab iniustis non lege operum, sed ipsa lege fidei discretum, quia iustus ex fide uiuit: per quam discretionem fit & homo ducens uitam sine crimine, cum scia tam à uelut laudabilis**

De natur & gratia, c. 6.

Lib. 2. ca. 9.
Lib. 2. ca. 1.

uobis si in Deum rectam fidem & Catholicam non tenet, ac haec uita damnanda abscedat, alius habens quidem operibus ex fide recta, non tamen ut ille bene moratur saluandus emigret, propter rectam fidem quae illi est in Deum, ex qua saluatur, haec ille. Sic iustus ex fide uiuit, & fides nos ualeat facit, quia nulla operum iustitia quae ad uiam aeternam ualeat nulla salus sine fide esse potest alio sensu, *Iustus ex fide uiuit, quia in lege nemo iustificatur*, id est, uita iusti est ex gratia quam fides implorat, non ex sola doctrina legis: ut haec uerba exponit Augustinus. Sermon. 15. de uerbis Apostoli. & contra 2. epistolam Pelagi. Tertius sensus est ad Hebr. 11. *Iustus in eis ex fide uiuit*, id est, non ex praesentibus bonis, sed ex fide futurorum. Unde statim Apostolus definit fide non quae impius iustificatur, sed hominis iam iustificatae quae habet pro obiecto res speratas, & respicit Deum ut remuneratorem in futuro, & adiutorem in praesenti, ut exponit Augustinus in lib. de Spiritu & litera: & de ciuitate Dei li. 19. Tertia modis fides nos saluos facit. Primum quia sine fide nulla salus. Secundo, quia ex gratia Christi omnes saluamur, non ex sola legis doctrina, aut quacumque obseruatione. Tertio, fides quae sperat & expectat futura saluans credentes, quia spe salui facti sumus, quam fides sustinet ut columnam basis iuxta Apostoli metaphoram.

Gal. 4.

Lib. 3. ca. 7.

Cap. 12.
Cap. 4.

2. Videns fidem illorum.

Locus horum appositus docendi populum contra haereticos horum temporum, fidem & deuotionem aliorum nobis plurimum prodesse, quod directe militat contra illorum solam fidem saluantem & iustificantem. Ceterum illorum fides profuit puero eius paralytico ad eum sanandum. Chananeae fides sanauit filiam suam. Archy sinagoga fides requiritur ut filia eius curetur. Et hic aliorum fidem obtinuit, non quidem per formam meriti aut causae necessitatis, sed per modum suffragij. Egregie de hac aliorum fide Cyrillus Hierosolymita. *Tantum habet uirtutis fides, ut non solum ille qui credit saluetur, sed etiam alij credentibus alij saluetur. Non erat fidelis ille paralyticus in Capernaum, sed qui sero uisum illum & per sedem suam demum uisum, illi crede*

Aliena fides prodest ad salutem. Math. 2. Math. 18. Marc. 5.

Catech. 3.



hant. Et ne me putes illum accusare Euangelium ipsum docuit
videns Iesus fidem non illius, sed illorum, &c. Illi qui seruat
credunt & paralyticus peccatus est saluus. Hæc ille. Sic D.
Hieronymus & Ioannes Episcopus à D. Tho. in catena
citatus, hunc Marthæ locum explicant. Sic per fidem &
rotis resuscitatus est Lazarus. Quum enim Martha in
nihil dubitare & diffidere cepit, dicens Domine iam fu-
tet: quarriduanus est, respondet ei Christus. Nonne dixi tibi
quoniam si credideris, uidebu gloriam Dei? Ioannis Episcopi
verba sunt: quantum apud Deum ualeat fides probatur
apud quem sic ualuit, aliena, ut intus & extra sanaret homi-
nem? Idem censet circa hoc factum Ambrosius. M. agnoscit
inquit, Dominus, qui aliorum merito ignoscit alijs, & dum
alios probat, alijs relaxat errata. Que tamen omnia nõ in
sunt intelligenda, ut abiq; propria fide aduultus aliquis
saluetur, sed quod aliena fide & deuotione alius iterum
saluatur, quia aliena fides impetrat ei fidem qua saluatur.
(quod Paulo impetrasse Stephanũ aliqui doctores
putant) & aliena deuotio atque oratio impetrat alteri gratiam
qua credit, & diligit Deum, impetrat inquam, ut
meretur. Nam ut mereri vel sibi vel alteri primam gratiam
nemo potest, ita, eandem alteri impetrare nõ potest
Scriptura contradicit. Certè Augustinus manifestè
docet: Si quis, inquit, sunt nondum vocati, pro eis ut uocentur
oramus. Forassis enim sic prædestinati sunt, ut nostris orationibus
concedantur, & accipiant gratiam, qua fiant electi.
Et alio in loco, Deus ut omnia futura opera sua in prædicatione
nations præseruaret, sic illa disposuit, ut quosdam non credentes
ad fidem suam orationes credentium pro eis exaudivit con-
uerteret: quod ex publicis Ecclesiæ orationibus conser-
uat, in quibus pro infidelibus oratur. Denique Paulus
apertè iubet 1. Tim. 2. Obsecrationes & orationes fieri pro
omnibus hominibus: Deo enim hoc acceptum esse, qui uult saluare
omnes homines ad cognitionem ueritatis peruenire: nempe pro
orationes fidelium.

Thomas in catena.

Ioan. 17.

Li. 3. in Luc.

August. epil. to 7. & de bo no persecuer. cap. 27.

3. Ut sciatis quia filius hominis habet potestatem remittendi peccata super terram.

Deus ostendendi contra hæreticos nostri tēporis potestatem remittendi peccata in ecclesia esse relictam, eosq; hanc potestatem negantes his pharisæis esse per similes. Quam enim Christus ut homo potestatem à Patre habuit remittēdi peccata in terris, eādem profusū Apostolis suis, eorumq; in Ecclesia successoribus de die, dicens eis. Sicut misit me pater, & ego mitto uos: Accipite Spiritum S. Quorum remiseritis peccata, remissa sunt. &c. Iudei aut dicunt Christum blasphemare, quia dixerat paralytico, Remittuntur tibi peccata tua. Hæretici tantumdem de Ecclesia dicunt, quod & ipsa blasphemet dicens in Sacramento penitentia, Ego te absoluo. &c. Non propter formam uerborum diuersam (quum nec ad certam formam Christus alligari debuit, nec re uera illud significet forma uerborum quam Ecclesia tenet, quam uerba Christi significabāt, nempe quod ipse remitteret peccata, ut satis intellexerūt Pharisæi, nec illum eorum intellēctum Christus reprehēdit) sed quia solam declarationem factæ remissionis, nõ autem ueram aliquam remissionem ab Ecclesia fieri pernegāt. Sed de uera ac efficaci peccatorũ remissione per Ecclesiam facta uide supra in alia Dominica. Mēdaces solum hæreticorum calumnie sunt hoc loco repellendæ. Aiunt Ecclesiam quod solius Dei est sibi arrogare. Dicente propheta. Ego sum qui deleo iniquitates tuas. Ad hoc responde quod Patres, Cyrillus, Ambrosius, Augustinus, respōdēt uerbis supra citatis. Aiūt nos uigere quod est impossibile, omnium peccatorum recitationem. Mentiantur. Recitatio requiritur eorum, quorum meminisse possumus debita adhibita diligentia. Aiunt hanc debitam diligentiam in finem nos scrupos conscientia inijcere, semper dubitanti auctoritate adhiberit. Responde, Christus iubet vigilare, & oportuit: Cæterum nec Christus propterea, nec Ecclesia scrupos & laqueos conscientia reijcit, sed homi-

Remissio peccatorum in Ecclesia.

Ioan. 20.

Dom. in A. bis.

1. Esai. 49. Dom. in A. bis.

Galunicalis nix mendaces. In li. li. c. 4.



nes ratione pedito: & pietate imburo monet, vt pie ac rationabiliter vtrumque præstent: reliquos defectus, tū hic, tum in alijs officijs Dei misericordie per Christum relinquēdo. Aiunt nos negare celi ingressum, si quis cofiteri negligat, vt à Sacerdote soluat. Resp. Si negligent ille merus contemptus fiat, verissimum est, quia clausula Christo datas contemnit. Si negligentiam intelligunt ex necessitate inductam, merentur. Obijciunt scire Sacerdotem non posse an verè cum poeniteat qui confiteatur, ideoque, nescire an absoluat: & per cōsequens rem incertam facere. Respōde primum si hoc argumentum valeat, ergo neq; Ministri heretici possunt declarare absolutos, sicut illi docent. Nesciunt enim an verè Deus absoluerit. Deinde resp. sensum horum verborum, Ego te absoluo, hunc esse beneficiū absolutionis tibi impendo, si ad illud accipiendum idoneus es: aut si ea indigeas, necdum satis contritus, vt in illis. *Ego te baptizo, ad illud seilicet fide non accedis.*

DOMINICA XIX. POST Pentecostem.

Matth. 22. *I. Amice quomodo huc intraſti non habens vestem nuptialem.*

Honorum operum necessitas



DOCVS euidens demonstrandi contra hereticos nostri temporis necessitatem honorum operum ad salutem æternam consequendam. Hæc enim vestis nuptialis, quæ qui caruit mittitur in tenebras exteriores, id est, ab æterna salute excidit, est ipsa charitas, honorum operum mater & altera radix, est ipsorum honorum operum aggregatio & mandatorum observatio. Hoc ita se habere, & euidētē demonstratur ex contextu præsentis Euāgelij petita, & ex alijs scripturis, ac demum ex autoritate veterum interpretum probatur. Ex contextu hoc patet, quia quatuor hominum genera

Vestis nuptialis est charitas

nera hæc parabola proponit. Primum genus eorum est, qui vocati & invitati ad nuptias ecclesies, *Noluerunt venire.* Hi sunt Iudæi per primos seruos, id est, Prophetas, ad Christi Mediatoris fidem vocati, invitati, edocti. Secundum genus eorum est qui per alios seruos, id est, Apostolos, & eorum successores vocati ad nuptias, id est, ad Ecclesiam & fidem Christi partim neglexerunt, & abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam, id est, predicationibus Apostolis propter mundi amorē Christianā religionē, quæ mundi contemptū docet, amplecti noluerunt, vt plurimæ gentes, vel ex gentilibus plurimi fecerunt, partim tenuerunt seruos eius & eorum alijs affectos occiderunt, & c. quales erant per multas ætates persecutores religionis Christianæ. Tertium genus eorum est qui venerunt ad nuptias & discubuerunt, id est per fidem & Sacramenta Ecclesie Christianæ membra se prostrebatur, quartum genus in isto designatur, qui etsi discubueret & amicus esset, etsi fidem amplexus, & Ecclesie incorporatus ad Christi corpus mysticum pertineret, tamen carebat veste nuptiali, id est ornamento aliquo præter fidem necessario. Fide enim ipsa & professione Christiana si caruisset, ad nuptias agni nunquam ingressus fuisset, & multo minus discubisset, id est, Sacramentorum particeps effectus non esset. Docet ergo ipse contextus euidenter vestem nuptialem hoc loco, non ipsam fidem, vt heretici volunt, sed hominis iam per fidem in ecclesiam recepti, aliquod ornamentum, & indumentum necessarium significare. Iam verò quale hoc sit indumentum necessarium, quæ sit hæc vestis nuptialis necessario requisita, (quippe sine qua in tenebras projicitur exteriores) aperte & diserte aliæ scripturæ nos docent. Sic. n. in Apocalypsi legimus. *Gaudemus & exultamus & amamus gloriam ei, quia nenerunt nuptia agni, & uxor eius preparauit se. Et datum est illi (id est uxori Agni, quæ est Ecclesia) ut cooperiat se byssino splendenti & candido.* Hæc est vestis spōse, vestis nuptialis totius Ecclesie militantis. Sed vide quid per hæc vestē significetur. Sequitur. *Byssinum enim iustificationes sunt Sanctorum.* Hæc iustificationes sunt bona opera Sanctorum, & mandata Dei



Dei à sãctis, id est, à fidelibus obseruata, iuxta phrasin
Scripturæ: *Inclinati cor meum ad faciendam iustificationem
suam propter retributionem.* De Zacharia & Elizabeth dicitur
*Erant in illi ambo ante Deum credentes in omnibus. Et datus est
illis filius unicus. Demini sine querela.* De hac veste nuptia-
li dixit Apostolus. *In hoc ingimus super indui cupierit
fratrem vestiri & non nudi inueniamur.* De credentibus lo-
quitur quos nudos bonis operibus esse non vult. Alios
qui de sola fide iactant, vt hodie hæretici, dicentes solam
fidem esse amplissimas diuitias, edocti, videlicet à Luthero,

In lib. de ca.
Babyl.

Apoc. 32.

quod eius hæc sunt verba: *Tam diues est homo baptizatus
et volens non possit perdere salutem suam quantiscumque
peccatis, nisi velit credere, audiat illud Ioannis in Apoca-
lypsi. Dice quod diues sum & locuples atque, & nullus ego et
nescio quomodo miser, & miserabilis, & pauper, & cactus, &
nudus. Snaudo tibi emere a me aurum ignitum probatum, id est,
feruentem charitatem) vt locuples fias, & vestimentis albis
induaris. ut non appareat confusio nuditatis tua. Est ergo ve-
stis nuptialis, vestis fidei Christiano propria, vestis ad
salutem necessaria, ipsa charitas seu bonorum operum aggre-
gatio. Est autem nuditas & confusio solius fidei heretice
hodie predicatio. Sic huic Euangelio cetera Scriptura
conformes sunt. Sic autem & Sancti Patres hunc locum
semper intellexerunt. Gregorius sic scribit: *Quid debemus
intelligere per vestem nuptialem nisi charitatem, quia
hinc in se Dominus habuit, quomodo ad socianda sibi Ecclesia nu-
ptialis querit. Hilarius sic exponit. Vestis nuptialis est gratia
spiritus s. & candor habitus. vel stus, qui bona interrogationis
confessionem (in baptismo) susceptus integer est reseruatus.*
Aduertit ad candidam innocentiam vestem, in baptismo sus-
ceptam, & abrenunciationem eodem tempore factam.*

In comu ad
hunc locum.

Tract. 20. in
Matth.

Hieronymus sic hunc locum interpretatur. *Vestis nuptia-
lis precepta sunt Domini, & opera qua complentur ex lege &
Euangelio, nouis, hominis efficiuntur vestimentis, quod qui in
die iudicij inuentus fuerit sub nomina Christiano non habere
statim corripitur, &c.* Origenes eodem modo intelligit: *Non solum reiectus est à nuptiis sed ligatur, &c.* Quia nullus
opus bonum impleuit condemnatus in loco ab omni lumine alieno.
Moneendus diligenter populus, vt horum Patrum aucto-
ritate quilibet.

quibus doctrinam expositiones potius audiat, quam
nouas horum temporum corruptelas, contra & ipsius Eu-
gelij euidenter contextum, & aliarum Scripturarum seu
suum conformem.

Sane vius Caluinus hunc locum exponens in omne
se partem versat, variaque peritentat ne vllam bonorum
operum necessitatem ingenuè & aperte profiteatur: aut
solius iustificationis fidei naufragium ante oculos positum
videre, & agnoscere cogatur. Totam eius explanationem sub-
ijciat. De veste, inquit, nuptiali frustra certatur, sine fides an
sancta & pia vita: quia neque fides à bonis operibus separari
potest, & bona opera non nisi ex fide procedunt. Hæc est pri-
ma tergiversatio, & supbi heretici inanis lucta: demum
n. fidem à bonis operibus separari non posse. Quod tamen
falsitatis ac demeritæ plenum esse plurimæ Scripturæ
docent, vt suis in Paulum locis docebimus. Verum sit quod
vetum est, bona opera non nisi ex fide procedere. An pro-
pterea frustra queritur de veste nuptiali hoc loco, sine
fides an sancta & pia vita? Ad posterius quod attinet expe-
ditum & clarum est, tamen sicuti radix frequen-
tissime caret fructu, sic fides carere potest operibus bonis.
ideoque data fide, non sequi bona opera. Vnde merito hoc
loco querit, an hæc vestis nuptialis fuerit radix, an fru-
ctus, fuerit fides, an vitæ puritas. Sed ad prius quod atti-
net, eo quidem concessa a nobis, quod concedere opus
non est, nec nisi vberioris disputationis causa, & vt maior
reluctantis heretici absurditas elucescat concedimus, pro-
babilius videri potest Caluini assertio: sed falsa nihilominus,
& absurda est. Tamen n. fides à bona vita separari non
possit, in quomodo negari nequeat quod res sunt inter se
distinctæ, eisdem & operari, sicuti radix à fructibus
distincta est, etsi talis radix esset, quæ semper germi-
naret, merito queri potest, an vestis nuptialis hoc loco
fidem ipsam significet, an vitæ puritatem, radicem, an fru-
ctum. Tamen inquam, inseparabilia concedimus, tamen
distincta & distincta esse nec ipse Caluinus negabit. Homo-
minè & reibile esse inseparabilia sunt, & ex principijs
speciei humanæ profluit, quod homo solus reibilis sit, si-

In Harm. E.
nan. ad Mat-
th. cap. 22.

vestis nuptia-
lis quod si-
gnificet me-
rito querit.



cur ex fide promanant opera uerè & coram Deo bona. Distincta nihilominus sūt homo & risibile. Illud enim naturam, hoc accidens designat. Vnde non quicquid tribuitur homini hoc etiam risibili quatenus tali tribuendum. Quum ergo distincta & diuersa sint fides & uita puritas, esto inseparabilia sint tū, non quicquid vni tribuitur, idem tribuitur alteri, nec defectus vnius est defectus alterius. Pone in quā uno deficiente alterum deficere, & ubi primum cessat fides, cessare opus bonū, & eōtra. Alia tamen & distincta peccata sunt, quasq; habent distinctas poenas in Dei iudicio, non credere promissionibus Dei; (vt in sensu Caluini de fide loquamur) & nō diligere proximum, vel alio quocunq; modo contra secundam tabulam delinquere. Sicut ergo distincta uirtus est fides à uitæ puritate distinctum peccatum est, nō ere leue promissionibus Dei, & non facere, quæ Deus iubet, sic increpante nos Deo, quod uestem nuptialem nō habemus, meritò quæri potest, an hæc increpatione defectum fidei, uel defectum charitatis notet, & an ipsa uestis nuptialis sit ipsa fides an charitas fidei adiuncta.

Præterea eo magis hæc necessaria questio est, quia tamen hæretici uelint fidē à bonis operibus separari nō posse, & utrumq; in eo qui saluatur adesse affirmant, tamen salutē aiunt ex una fide pendere non ex bonis operibus, quæ nihil aliud quā notæ & testimonia sūt præsentis fidei, sicut fructus notæ & argumēta sunt uirtutis à bonis. Hoc enim ita cōstituto, tamen si demus fidem & bona opera non separari, tamen quum in hac Scriptura increpatur & dānatur à Deo Iudice qui ueste nuptiali caret, meritissimè queritur, utrū hæc uestis nuptialis fidem significet, an bona opera: ut ita uidelicet intelligamus, utrū dānatio inflicta fuerit, an fidei defectui, & quia non credidit, an potius bonorum operum defectui, & quia nullis bonis operibus uestitus fuit. Frustra ergo Caluinus hanc questionem fugit, in qua se causā caturū facile prouidebat. Vestis quippe nuptialis nomine ipsam charitatem & bonorum operum studiū ac uitæ puritatem, necessario intelligi, tum parabolæ ipsius tota cōtentione, tum aliz Scripturæ, tum veterum Patrum consentientes

Calu. quæstione fugit, in qua se cōtendere uidit.

tientes sententiæ luculenter probant, sicuti iam satis probatum & olim explicatum dedimus. Quod autē frustra & inaniter, etsi callide & ueteratoricè, hanc questionē fugit Caluinus, familiari exemplo docebo. Pone me aliquem interrogare, Quomodo huc intrasti nihil uidēs? Quamuis enim certum sit ut homo uideat uaria requiri, oculi bonitatem, medium dispositum, ac lumen, & hæc non separari in eo qui uidet meritò tamē quæri potest, quo sensu interrogauerim, cur nihil uidēs ingressus sit, an quia cæcus omnino erat, aut oculis læsus, an quia lumine carens, casu tamen aut vi aliqua iniectū uidere non potuerit. Sed idcirco Caluinus querere noluit, neq; arēdo aut apertam ueritatem negare, & iustissimè reprehensionem patere, aut ipsam ueritatem, siue que solius fidei apertum ante oculos naufragium conspiceret & deplorare cogere. Omnes igitur ueteres interpretes quunt & quærendo concludunt uestis nuptialis nomine ipsam bonorum operū uestem, quā indutus, & ornatus esse debet, qui in Christū credit, significari: quæ qui caret, & quia illa caret, proijcitur in tenebras exteriores.

Præterea si fides à bonis operibus separari nō potest, ideōq; frustra queritur, sitne hæc uestis nuptialis fides, an pia sanctaq; uita, de utroque igitur loquebatur Christus, & utrumq; significabit uestis nuptialis. Si utriūque significat, ergo utrumq; ad salutem necessariū est. Hæc enim ueste nuptiali qui caret, id est, illo utroque qui caret, qui in quā fide & bonis operibus caret (separari, n. ista nō possunt) *illis lignis ut manibus ac pedibus proijcitur in tenebras exteriores.* Præclare igitur Caluinus suam solam saluificam fidem tutatus est. Præclare bonorum operū necessitatem, quam ex hac ueste nuptiali tā necessaria colligunt inuictè Catholici, remouit. Dum enim de uentura queri uult, utrumq; posuit, utriūq; frabiliuit. Sic nec concessit eo quod falsissimè ponit, nihil eōtra orthodoxam sententiam, sed totū eōtra infanas suas hereses conclusit. Videamus quæ in eo sequuntur.

Subiungit quid Christus hac interrogatione dicere uoluerit. *Christus*, inquit, *hoc tantum uoluit, hoc legi nos à Domino*

Calu. à sententiæ resuauit



Calvini suu
dolenta do-
ctina.

Domino vocari, ut Spiritu renouemur in eius imaginem, ideoque ut perpetuo domi eius maneamus, vel erem hominem eorum suis inquinamentis exeuendum esse, ac meditanda ueniam et tam, ut vestitus tam honorifica uocationi respondeat. Hæc ille. Notanda fraudulenta doctrina. Ait quidem exigi his uerbis à Christo totius uitæ puritatē, & sanctitatē (hoc est, n. Spiritu renouari in imaginem Christi, & exuere ueterem hominem cum inquinamentis suis) Sed ideo exigi ut uestitus talis tam honorifica uocationi respondeat: id est, non quia talis uestitus sit ad salutem necessarius, sed quia congruum est filios Dei per adoptionem gratuitam factos, ut quia ac sanctam uitam ducere Filij Dei dignā, & quæ tam honorifica uocationi respondeat. Hoc enim totum est quod hæretici hodie uitæ puritati ac sanctitati tribuere uolunt, ut bona opera sint, quidem Christianis honeste digna, sint notæ & signa fidei ac uocationis nostræ, sint opera quedam Eucharistica, ut ostendamus nos non indignos esse gratiæ iustificationis nostræ p̄ Christum, sed nullo modo esse ad salutem & iustitiam necessarios, aut quæ nos coram Deo iustos & gratos faciant, uel de nosq; ut ex eis iustificemur aut saluemur. Atqui totū hoc pestilentissimum eorum commētum hic vnus locus subuertit, qui uestem nuptialem, quam ipse iā Caluinus ponit in totius uitæ puritate, uidelicet in renouatione spiritali, & in ueteris hominis depositione, non solum uestitum honorifica nostra uocationi respondentem, & solum Caluinus hoc loco dicit, hunc fucum lectori faciens, ut uitæ sanctitati aliquid magnum tribuere uideretur, sed præterea uestitum penitus ad salutē necessariū: quæ de qui eo caruit, hoc ipso nomine, proiectus in tenebras æterniores.

Vidit hanc huius loci cōsequentiam & hanc difficultatem Caluinus. vidit priore fucum nō penitus satis facere nasuto & cordato lectori. Sibi igitur hæc difficultatem mouet, subiungens. Sed quaeritur, qui conueniat mendicem atroci pœna mulctari, qui nuptialem uestem non attulerit: quasi uero nouum sit miseris qui uictum in composita uulgari lac ros ac deformes conspici. Proponit uas hereticus quaestionem, quasi de mendico & corporali amictu ageretur,

ageretur, non autem de uocato ex genibus ad fidem, adeoque iam in cōuiuio nuptiali discubente, id est credente & in sacramentis participante, ideoque non solum tantum, sed & bonis operibus (separari enim ista nō possunt iuxta Caluinum) aut induto aut certe induendo. De isto enim certe quaeritur cur tam atroci pœna mulctatur, si bonorum operum uestis ad salutem necessaria nō est. Respondet (ait Caluinus) hic non trahari unde uestis petenda sit. Neque id hoc loco quaeritur uade uestis hæc petenda sit, sed quare hæc uestis tā rigide exigitur, ut ea qui caret, proiectetur in tenebras æterniores. Declinat improbus hæreticus, & fugit uerum statim quaestionis.

Pergamus tamen, & totam eius responsionem audiamus. Nam Dominus, inquit, quoscunq; induit simul etiam uestit: ac in omnibus nobis impletur. quod dicit Ezechiele 6. 7. (ubi uidelicet indumenta bonorum operum, & dona gratiæ Dei præclare explicantur) quum uisus Deus fuerint in nobis præter in seram nuditatem & seuidas sordas, ornatos splendide uestitu. Scimus etiam non aliter reformari nos in imaginem Dei, nisi dum Christum induimus. Hæc omnia uera sunt, quia uestis nuptialis, que hic desideratur, tametsi nostra sit, nosq; ea induti oportet, nō tamen ex nobis est, sed ex multiformi gratia Dei. Sed hoc totum huic quaestioni adhuc 72. 73. est: & nihil ad rem presentem pertinet. Cōcludit tamen statim Caluinus. Nō ergo pronuntiat Christus, euelum iri miseris homines qui præteritam uestem ex arca sua depromptam non attulerint: sed qui reperi fuerint in suis sordibus, ubi Deus ad examan de conueniis suis habendum aduenit. Duo dicit Caluinus in hac conclusionem, quorum prius nihil ad presentem causam facit, posterius etsi timide ac parèe platum, ad causam tamen obtinendā contra Caluinium sufficit. Verum qui dem est, nō id Christū hoc loco pronuntiare, ut omnes damnentur, qui ex proprijs naturæ suæ uiti, ut sicut & bona opera nō habent, neque ea de re ulla hic uertitur quaestio. Cæterum id agit Christus, quod tandem agere agnoscat Caluinus, quando Deus ad examan de suis conueniis habendum aduenit (sive id in iudicio cuiusq; particula ris & mortis articulo fiat, siue (quod probabilius est) in iudicio

Caluinus sta
tuum quæ
nis declinat

72. 73.

72. 73.

72. 73.

72. 73.

72. 73.

72. 73.

72. 73.

72. 73.

72. 73.

72. 73.

72. 73.

72. 73.

72. 73.

72. 73.

72. 73.

72. 73.



dicio omnium generali illos eiallū iri in tenebras exterius
ves, qui in suis foribus reperi fuerint id est qui in peccatis
suis (à quibus semel purgati per bapūsmū, Christi in
eo induti fuerint) adhuc reperiāt, abiecta stola prima
in baptismo accepta, nec per penitentiam recepta, ut il
le filius prodigus mediante penitentia à Patre miseri
cordiarum recepit, dicente Patre. *Sicut profecto illi si oiam
primam* &c. id est, quā prius in baptismo acceperat, ut
præclare docet S. Basilius in homilia de penitentia. Si
ergo disputationis Calvinianæ est, quod ad tantam
lucem verborum Christi attonitus, primū de ueste nup
tiali quæri non vult fidē ne, an bona opera significet,
deinde bona opera pro honore uocationis nostræ requi
ri non inficiatur, sed ne ad salutem necessaria uideatur
(quod hæc uestis nuptialis tā uehementē necessaria in
uictis conuincit) nouam quæstionē proponit, non ideo
damnari homines, quod hanc uestem ex sua arca non
depromant, ægre tandem vno minimo uerbo agnoscit
homines in suis foribus reperiros damnari. De ueste nuptia
li, qualis illa sit, quam ad salutē necessaria, perfidus in
terpres nihil aperte dicit, sed implicata illa & uaria dis
putatione tenebras & caliginem ueritatis offundere stu
duit. Exēplo esse potest hæc una Caluini tergiuersio,
quam perfida & cauteriata conscientia Scripturas tra
ctant nostrorum temporum heretici, sed omnium ma
xime Caluinus ipse.

2. *Reliqui tenuerunt seruos eius, & contumeliose
aff. eos occiderunt.*

LOCVS de acerba hereticorum persecutione: quem
uide tractatum in Prompt. Mor hac Dom. text. 6.

3. *Rex cum audisset iratus est, &c.*

LOCVS de pœna persequentium hereticorum, in
ibidem, textu 7.

*Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus, & i
bat, &c. Et paulo post. Et credidit ipse
& domus eius tota.*



LOCVS idoneus ostendēdi contra Calui
num eiusq; sectatores, qui nisi vnica ele
ctorum fidem agnoscunt, eamque perfe
ctam, atq; indelebilem, fidem suā habere
initia, progressus & incrementa, ideoq;
nec vnica esse, sed augeri posse, nec semper perfectam,
sed aliquando infirmam esse, nec deniq; sit indelebilem
esse, Caluinus de sua vnica & indelebili fide sic scribit:
*Vnicam prorum fidem agnoscimus. Solos electos Deus semine
licorruptibili in perpetuum generat, & solido in illis obsequat
adoptionis sua gratiam. Et quia Spiritus Dei certa in illis. ar
bitra est ac sigillum sua adoptionis, nunquam ex eorum cordi
bus deleri potest eius sculptura. Et paulo post: Vbi primū ead
minima fides gutta mentibus nostris instillatur, iam faciem
Dei placidam & serenam nobisq; propitiā contemplari inci
piunt, procul quidem & emittit, sed ita certo intuen, ut scia
mus non minime hallucinari. Hac tota nouella & heretica
doctrina in præfenti Euangelio subicitur. Regulus. n.
iste, qui pro filio suo apud Christū intercessit, in primo
suo congressu cū Christo rogat eum descendere prius quā
morietur filius eius: ex quib. eius uerbis aperte cognoscimus
sunt S. Gregorius) quod in fide dubitauit. Aditus enim in il
lum credidit quā par erat, quem non putauit posse salutem
dare nisi præfens esset & corpore. Sic & Chrysostom. Iste ad
hanc imperfectus erat, & nōdum uouerat manifestē, quod Chri
stus absens curare poterat. Postea dicente ei Christo, Vade,
fides eius uinit, credidit homo sermoni, & ibat. Hic auctior
est eius fides, ut etiam absentem sanare posse crede
ret. Non tamen integrē, neque sanū, ait Chrysostom. Quare
uulsum occurrentibus ei seruis, rogat eorum ab eis in qua
Domin. Cathol. X melius*

Ioan. 4
Contra vni
cam electo
rum fidem.
Inst. l. 3. c. 29
Rom. 11. 16
Euang.
Rom. 14. 18
Ioan.



volunt habuerit. Volebat enim scire (ait Chrysost.) utrum ca-
su vel ex precepto Christi hoc factum esset. Vnde sequitur.
Cognovit ergo Pater quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus
filius tuus vivit. Et credidit ipse, & dominus eius tota. Sic ergo
propterea credidit (ait in hunc locum Augustinus) quia ma-
ciatum est ei quod filius eius esset sanus, quando rogabat, mor-
bum credebat. Vnde datur intelligi (ait Beda) in fide gradum ad
se sicut in alijs virtutibus, quibus est initium, incrementum ad
que perfectio. Huius ergo fides initium habuit quum filij sala-
tem patris incrementum dum credidit sermone Domini: perfec-
tionem nunciavit sermo. Hæc Beda. Si ergo fides etiam
Christo nõ ingrata (si enim displicuisset, aut nulla, aut
mala fuisset, qualis erat suorum vbi natus erat incredu-
litas, hoc miraculum non fecisset, sicut in patria sua
propter incredulitatem facere noluit) augetur, & perfec-
tur, certè nec unica electorum, nec semper perfecta est in
des, ut Caluinus dogmatizat, ad suam certitudine gra-
tia ponendam, sed infirma, & modica, & auctior futura
de est. vt ex hoc Reguli exemplo SS. Patres citati dilige-
ter docuerunt.

DOMINICA XXI. POST
Pentecostem.

Sic & Pater meus celestis faciet vobis, si non
remiseritis vnusquisque fratri suo de
cordibus vestris.



Deus inuictus & euidētissimus ad in-
ferendam pestilentem hæreticorum in
die doctrinam, qua sustinet bona opera
non esse ad salutem æternam necessa-
ria, qua item asserunt & detendūt, tum
principem iustificationem quam vnusquisque
sibi est, primam reconciliationem nostram cum Deo
qua ex impio sit iustus) tum etiam ipsam beatitudinem
æternam, sic ex sola fide nobis à Deo conferri, vt illa sola
sit ad

Tract. 16. in
Ioan.
in cõment.
in hæc iocli.

Marc. 6.

Matr. 18.

Contra solū
idem.

fit ad hæc duo necessaria, charitas autem reliqua; bona
opera, nec ad prius, nec ad posterius sit absolute necessa-
ria. Nã hic docet Christus Dominus, verbis clarissimis,
nullam peccatorum remissionem consequi, id est, nec ius-
tos, nec beatos nos esse posse, absq; fraterna dilectione.
Docet fore vt Pater noster, & celestis omne à nobis vetus
debitum reposeat, id est, peccata, vel nõ remittat, vel re-
missa reuocet, & gratiam semel factam rescindat, si nos
confratrib. nostris ex toto corde nõ remittimus, si verã
& sinceram dilectionem fraternam non retinemus. Est ex-
go fraterna dilectio prorsus necessaria ad peccatorũ re-
missionem, consequendam. Nec Christi sanguis pro nobis
effusus, nec fides in mediatorem & propitiatorem Chri-
stum, quicquam nobis ad salutem proderit, si fraterno
odio laboram*. Nulla erit remissio peccatorũ, vt cumq;
fide promissiones Christi apprehendamus, nisi ex cordi-
bus nostris vnusquisq; fratri suo remittat. Sicut in Deũ
credere, & Christum propitiatorem p peccatis nostris
fide complecti debemus, sic oino & Deum & proximiũ
diligere oportet. Vtrumq; est æquẽ ad salutem necessa-
rium. Sicut de fide dictum est: *Sine fide est impossibile placere Deo*, sic de charitate dictum est: *Qui non diligit manet in morte*. Vtrumq; Spiritus S. dixit. Vtrumq; æquẽ à nobis
credendum est. Nec hæretici solam fidem, nec nos solam
charitatem, aut sola bona opera, vigere debemus. Nec fi-
des meretur remissionem peccatorũ, nec charitas, sed y-
traq; est necessaria dispositio ipsius peccatoris Beatitudi-
nem æternam nec fides sine operibus meretur, nec opera
sine fide. Nam vt de fide dictũ est: *Iustus ex fide vivit*: sic
de bonis operibus dictum est: *Si vni ad vitam ingredi serua mandata*. Sic vt de fide dictum est: *Qui non crediderit, condemnabitur*: sic de carnis mortificatione dictũ est: *Si scierim carnem vixeritis, mortemini*. Tota scriptura æquẽ cla-
re honorum operum necessitatem pronũciat, & proclama-
mat atque ipsius fidei, Fingunt hoc loco hæretici ad
hanc dilectionem fraternam, ignoscendam & condona-
tionem offensionum proximi, gratitudinis ergo tantum
obstrictos nos esse, non autem alia necessitate. Sed in-
piti carillatores non vident, eadem ratione dici posse,

Dilectio fra-
terna necessa-
ria ad iustitiã.

Hebr. 11.
1. Ioan. 3.
1. Ioh. 4.
1. Ioh. 4.

Rom. 7.
Matr. 19.
Matr. 19.
Rom. 8.

Carillato-
res hæretici
diluuntur.



fidem quoque, sine qua peccatorum remissionem non consequimur, gratitudinis tantum erga Deum à nobis requirere. Sic videlicet Deum per Christum nobis omnia remittere, ut per modum tamē gratitudinis credere in eum debeamus, eiusq; promissiones fideliter amplecti. Quod si verò absurdissimum hoc illis videtur, ut & reuera est, quare eandem absurditatem non videtur in dilectione fraternam? De fide & dilectione eodem modo Scriptura loquitur. Vtramque eadem verborum forma commendat, exigit, iubet. Quare ergo non eandem vtriusque necessitatem, & vim agnoscunt? Sola est peruersitas & prauitas hæretica, sola pertinacia & animositas, quæ voluit suam solam fidem semel à Luthero temere assertam, perpetuū sustinere & defendere, quæ ad hanc contumaciam impellit. Instruendus ergo populus fidelis est, contra fraudes & cauillationes hæreticorum, quibus hanc bonorum operum ad salutem necessitatem sic conuenter in Scripturis prædicatam impie eludere conantur.

In clauſe Scri-
ptur. part. 2.
traç & ut de
varis bono-
rum operum
prædicatione

Dicit Flaccus Illyricus & cum eo cæteri Protestantes, coniungi quidem in Scripturis bona quadam opera cui conuersione & reconciliatione sequente, ut illud. *Dimittite & dimittetur vobis* (quod huic parabole præsentis Euangelij conforme est) sed non ita coniungi, ut illud huius propositionis vera causa sit, nec propter illud opus, puta fraterna dilectionis, sed propter Christum reconciliationem cum Deo consequentem. Alioquin nihil esse hoc aliud quam Christum cum sua passione spectare. Quare cum bonis operibus nimis quidam effectus ad laudes (sic enim loquitur iste hæreticus) atque ad opus ipsius in scripturis tribuitur, inducendum est hoc illi ascribi quod illi nequaquam conuenit, nec ascribendum est, si exactè, vni ac proprie loquendum est. Hæc ille non minus impudenter quam impudenter. Docendum igitur hoc loco, quædam bona opera conuersionem nostram & reconciliationem cum Deo præcedentia, ut (verbi gratia) dilectionem fraternam in hoc Euangelio positam, esse verè & propriè causas nostræ cum Deo reconciliationis, sicut ipsa fides est, nempe, dispositiuas seu præparatorias, adeoque ex hac parte necessarias, ut discretissimè Christus

hic

hic docet. Et blasphemum est dicere Scripturas sacras quando de bonorum operum necessitate, efficacia, dignitate loquuntur, nimias illi laudes tribui, nec exactè, nec vere ac proprie loqui. Hæc est scilicet hæreticorum hodie erga sacrum Dei verbum reuerentia. Nempe vbi illorum placitis repugnant, falsa est & imperita & indocta, quæ nec proprie, nec exactè loquitur. Exaggeranda est diligenter apud populum hæc tam aperta improbitas, maxime quia videri volunt Dei verbi strenui esse assertores. Quod ad rem ipsam attinet, bona opera, ut fides, dilectio Dei ac proximi, spes veniæ, penitentiæ, &c. sunt verè ac propriè causæ reconciliationis nostræ cum Deo, quia disponentes causæ sunt, non tamē solæ sunt causæ quasi Christi. excludatur, nec principales ac perfectæ causæ quasi Christi passio euacuetur. Christi passio est causa efficiens, & meritoria nostræ reconciliationis. Christi passio est etiam causa meritoria, cur nostræ prædictæ operationes sint dispositiuæ, vel disponendi vim habeant ad reconciliationem, iuxta illud Apostoli.

Christus per passionem consummatus factus est causa salutis omnibus obtemperantibus sibi. Id est, apud Deum meruit Christi passio, ut bona opera obedienter à fidelibus facta & iuxta præcepta atque doctrinam Christi, valerent ad salutem. Nullam ethnicorum opera quantumcumque laudabilia ad salutem valent, non quidem disponendo ad gratiam primam, quia etsi ex seipsis hoc habent, ut sint ordinabilia ad Deum & referri ad eum possunt, ideoque peccata non sint, sed verè virtutes licet imperfectæ, tamen non habent immediatam ordinem, ad primam gratiam seu reconciliationem cum Deo, sed intercedit inter habitualem gratiam & opus purè morale, opus specialis gratiæ Dei, ut fides, dilectio, penitentiæ, seu dolor peccati, aliæque virtutes, quibus ad Deum conuertimur. Hæc igitur virtutes, quæ ex speciali Dei gratia, & ex fide in Christum fiunt, disponunt ad iustitiam, cooperentur ad primam gratiam seu reconciliationem præparant ad amicitiam Dei & salutem, non per se seorsim, sed virtute & merito passionis Christi: quæ in illorum bonis operibus

Hæretici fuisse
peius illu-
duat.

Hebr. 9



operatur, qui vel per fidem ad illum accedunt, vel et per sacramentum baptismi illi iam incorporati sunt, eiusque membra facti. Sic dilectio fraterna & ignoscetia munit ad remissionem peccatorum (vt Christus in hoc Euangelio docet) est causa necessaria, seu dispositio necessaria, sine qua nulla erit remissio quantumcumque in Christum credas, eiusque passionem fide apprehendas; quia videlicet ignoscendo fratri, obtemperas Christo hoc te iubenti, & ille factus est causa salutis omnibus obtemperantibus sibi. Hoc perspicue & plane doceri populum conuenit, ne imposturis hereticorum decipiantur, vel sub specie & pretextu amplificandae passionis Christi, a bonorum operum necessitate fidelium animos satis per se ad peccatum procliuēs penitus auellant: & à pietatis studio auulsos in omnem impietatem adeoq; certae perditionis barathrum praecipitent. Plura de hac bonorum operum ad salutem necessitate, maxime quo ad primam conuersionem & remissionem peccatorum consequendam vide in opusculo nostro de iustificatione in prolegomenis lib. 5. prol. g. m. & lib. 6. cap. 9. & libro 7. cap. 34.

Feb. 9.

DOMINICA XXII. POST Pentecostera.

Matth. 23.

I. *Mittentes discipulos suos cum Herodianis.*



OCVS contra hereticos de mutua conspiratione & syncretismo omnium sectarum contra unam Catholicam Ecclesiam: quem videtur etiam in Promp. Morali in hac Dom. textum statum in Promp. Morali in hac Dom. textum. Sed lepidum est quod in simili Sadduceorum facto (quod etiam ad tetrandum Christum accesserunt) Caluinus ad de Catholicis obseruandum monet, quasi praueuere uel vsus, quod contra se & suos optimo iure notandum esse aduertit. Hic, inquit, videmus ut Satana impij omnes, quibus aliquis pessime inter se conuenit, ad oppugnandam Dei uiam semel simul colligat. Nam qui duobus istis factis oppositi sunt.

In Hieron. e. u. in Mat. 23. c. 22.

desensio (Pharisaeis & Sadduceis) tamen aduersus Christum conspirat. Ita hodie videmus omnes Satanae copias, quauis alio qui alia alijs contraria sunt, undiq; tamē in Christum insurgere. Verissima haec sunt & in omnibus hodie haereticis ac sectarijs, qui omnes vananimitē contra Catholicam doctrinam scripserunt, praedicant, verbo & calamo pugnant, verissimum hoc esse conspiciunt: quod & nos alio loco latius ostendimus. Sed Caluinus scabiem ac turpitudinem suam ac suorum alijs affricare vult. Ait enim. Et tamen in seculo odio flagrant Papista contra Euangelium, ut Epicureos Libertinos, & alia huiusmodi portenta Libertis fouent, modo ad illud Liby faciliandum utantur his adiutoribus. Mutato nomine de te, deque tuis Caluine, fabula narratur. Epicurei & Libertini quos nominat Caluinus, quales homines sint, aut quos illa nomina perstringant, diuina ductori relinquit. Quomodo Ecclesia Catholica huiusmodi portenta fouet, aut quomodo illis adiutoribus contra Caluini suum, quem Euangelium hic uocat Caluinus, Catholici utantur, nihil explicat, nihil dicit. Sicuti dolosi versantur in generalibus, & quum certa criminis species deficit in genere debaccantur in proba meretricula; sic Caluinus hoc loco nec à maledicendo temperare sibi potuit, quia improbus est, & non nisi in genere maledicere voluit, quia dolosus est. Clarum authenticum est, totique mundo notissimum contra unam Catholicam Ecclesiam eiusque fidem sacrosanctam, antiquam, Apostolicam omnes hodie quascunque sectas, Caluiniistas, Lutheranos, Anabaptistas & quosuis alios operosissime scribere. In Anglia contra solos Catholicos tam Caluino papista ut à Puritanis uocantur, quam Puritani ut ab alijs nuncupantur, persecutionem accerpis nostris pro fide orthodoxa, modo Lutheranorum, modo Caluiniistarum, modo Caluini, Bezae, Bullingeri, argumenta soluere, maledictis respondere, mendacia de uisitudinem in hac Pharisaeorum Sadduceorum & Herodianorum contra uam Christum pugna quisquam aspiceret,

In Promp. Mora. Dou. 23. post Pse. cxxii. 2.

Caluin alios accusat, ut ius eum tegat.

X + aspiceret,



aspiceret, avertit lectoris oculos ad umbras quasdam à se confictas Epicureorum & Libertinorum, qui vna cū Catholicis Principib. Pastoribus ac Scriptorib. Calumnias angelion in festo odio persequuntur. Callidè quidem sed crassius, quam vel ut à lippis oculis non cernatur.

2. *Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.*

Potestas Ecclesiastica ad Reges non pertinet.

LOCVS necessarius explicandi contra hæreticos nostri temporis, maximè Anglocaluinistas, Brentianus & Helueticos quosdam dogmatistas, Catholicè doctrinam, de distincta potestate Ecclesiastica & politica, quæ Christus hoc loco disertè docet, & prædicti heretici nefarie ac turpiter confundunt, Pharisei sane quam Christus viderent ea cum autoritate docentem, ut à suis discipulis & auditoribus fidem & obediētiam, exigere tentare eum voluerunt, an sic autoritatem illam in rebus fidei ac religionis sibi vendicaret, ut & politicis rebus immiscere ac politicæ potestati derogare uellet. Quibus ille sic responderet, ut non solum præsentis Pharisæorum insidias eluderet, & regiam autoritatem illis, quæ ad Regem pertinent disertè agnosceret, dicens: *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, sed etiam contra furores hæreticos nos præmuniret, & spirituales potestates tam suam quàm eorum quos missurus esset, à Regia politica distinctam stabiliret, addens: Et quæ sunt Dei Deo. Id est, Cæsari tributum concedite, mihi, qui ea Deo veni ut testimonium perhibeam veritati, aures & fidem perhibete. Reddere enim quæ sunt Dei Deo, est Dei uocem in ijs quæ docet, quæ iubet, quæ præscribit, audire, siue per se, siue per Ecclesiam doceat, iubeat, præscribat. Dixit enim Apostolis suis & per eos perpetuis Ecclesiæ pastoribus. *Qui vos audit, me audit. Sicut misit me pater, et ego mitto vos.* At hodie hæretici prædicti Cæsari, id est, Regibus & Magistratibus non solum ea quæ coram Imperatore sed et ea quæ Dei sunt reddere volunt. Sustinent enim delectare ueros prophetas à falsis, instituire pastores & mi-*

Joan. 19.

Joan. 10.

& ministros uerbi, de toto cultu & politia Ecclesiastica leges ferre, & deniq; (ut Anglocaluinistarū hēt barbarū iuramentum) *Rege seu Regina in omnibus causis Ecclesiasticis esse supremum esse caput, Gubernatorem seu gubernatricem uera scire atq; in politicis & temporalibus.* In utraq; enim potestatem sub eadem uerborum generalitate iuratur.

Docendus ergo hoc loco populus, hęc insanam & patristicam hæresim ex hoc Christi uerbo luculenter confutari sicuti est ante aliquot secula, eadem Christi uerba doctissimi & sanctissimi Patres intellexerūt, & contra hæreticos quosdam imperatores, in rebus diuinis plus quam par erat sibi arrogantes protulerunt. Quo tempore Constantius Imperator Arianus S. Athanasium Episcopum & doctore maxime Catholicū, cōiobis aliorum Episcoporum suffragijs deponi uellet, & ad hanc animi sui libidinem explendam, Episcopo pos uellemeter irgeret, atq; inter cæteros Hosii Constabulensem Episcopum uirum maxime tūc autoritatis, per literas ad hoc tentaret, iudicet ei in hæc uerba Hosius: *Ne te misceat Imperator rebus Ecclesiasticis, neq; nobis in hoc genere præcipio, sed precium ea à nobis disca Tibi Deus imperium commisit, uobis quæ sunt Ecclesiæ concedit: & quemadmodum qui imperium in aliquis oculis carpit, contradicit ordinationi diuinae ita & tu caue ne quæ sunt Ecclesiæ ad te rebus magno crimini obnoxium fiat. Dato (scriptum est) quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ Dei Deo: Neq; igitur fas est nobis in terris imperiū tenere, neq; in thymiamatum & sacrorum potestatem habere Imperator. Hęc quidē ob curā tua saluis scribo.* Hęc Hosius quem patrem Episcoporum uocat Athanasius propter pietatem & cōfessionem illustrem sub Maximiano huius Constantij auo. Hęc eadem Christi uerba contra Valentinianum Iuniorem à matre Iustina hæresis Ariana infectum, & propterea in ciuitate Mediolanenti Beclias Arianus concedere uolentem, profert doctissimus & sanctissimus Ambrosius. Sic enim ei respondit.

Ne lite gramare Imperator, ut putes te in ea quæ diuina sunt imperiale aliquod ius habere, Noli te extollere. Scriptum est. Dato quæ sunt Dei Deo, quæ Cæsaris sunt Cæsari. Ad imperatorum palatia pertinent, ad sacerdotem Ecclesiæ. Hęc ille. Certè

Anglocaluinistarū foedè iuramētum.

Apud Athanasium in Epi. ad solita. uisā agentes.

Epist. 72 ad Jo. o. c. m.



Certe Athanasius maximus ille Arianorum antagonista, tam indignè tulit Cōstantij Ariani imperatoris ac rogatiā de causis Episcoporum cognoscere volētis, ut eum hoc nomine Antichristū vocet. *Quid hic* (ait) *quod Antichristi sit cōmisit? Siquidem tam denuo in totum Ecclesiastica cognitionis suam Palatium tribunal earum causarum constituit sequē earum litium summum principem & auctorem facit. Et paulo post. Quis videns eum in discernendū principem se facere episcoporum, & presidere iudicijs Ecclesiasticis non merito dicat illum eam ipsam abominationem desolationis esse, qua à Daniele prädicitā est? Nam quom circumstantiū sit Christianismo, & in loca sancta penetret & inibi confisus deussit Ecclesias, abrogans Canones, ut cogens ea sua obtineant: quis, inquam audebit dicere, hoc tempus Christianis peccatum esse. & non potius persecutionem esse à Daniele prädicitā? Si hæc tunc temporis Athanasius, quanto hodie plura & acerbiora diceret, si Angliæ persecutionem & gubernantem in Ecclesia scemantem per suam *κατασκοπος*, hoc est, exploratores & vastatores potius, quàm Episcopos videret? Eundem Constantium huius arrogantis nomine (quam hodie sic defendunt Anglocaluinista, ut in eam iurare omnes cogant) Hilarius Galliarum decus in libro contra eundem, & Leonius Tripolitanus Episcopus ac Martyr, apud Suidam acerrimè perstringunt. Vide eorum verba, multaq; alia huc pertinentia in opere nostro de principijs fidei doctrinalibus lib. 5. cap. 18.*

Iam verò ex his Christi verbis. *Reddite quæ sunt Deo*, mirabile corollarium infert Calvinus, ut dexteri sint hæretici (si Scripturas tractandi potestas illis datur, à qua imprimis arceri debebant tanquā hospites, & aduenæ, imò tanquam hostes & aduersarij fidei, iuxta anti quissimū Tertulliani saluberrimas p̄scriptiones) ad omnem Scripturam in sensus suis placitis congruos detorquendi & obtorto collo pertrahēdi. Ad hæc quippe verba sic scribit Calvinus. *Hoc discrimen tenendum est, quom Dominus ad regendas animas unicū legislator esse velit* (ecce iam Christus legislator erit, quom id Caluino commo dum est, qui in eodem hoc suo commentario ad cap. 3. Matth.

In Epist vbi
lupra.

In ser. 61n
ap. iouani.

Matth. fortissimè id negauit, ut in parte Quadragesima mali videre licet) non aliunde eius colendi petendam esse regulam quam ex ipsius verbo, atque in solo puroque cultu, qui illic p̄scribitur, manendum. Hæc ille, Verbi Dei nomine semper Scripturam & scriptum verbum intelligit Caluinus, licet apertè ita loqui nolit, ut absinda eius doctrina minus lectori pateat, & ut probabilius loqui videat. At verò in his verbis, *Reddite quæ sunt Deo*, nec de seipso Christus propriè ac distinctè loquitur, nec de verbo scripto intendit loqui, & omnibus minime de solo verbo Dei scripto. Christus Iudæis & eorum præposteræ superstitioni respondit, q̄ ut Calvinus ipse hoc loco commemorat, uolari ius Dei, & lach eius cultum existimabant, si quoad exter nam politiam Romanis parerent. Videtur igitur eorū hypocrisim perstringere, ac si dicesset. *Valde solliciti estis, si tributum soluat Romanis, ne quid ex Dei honore decedat. At qui potius danda opera est, ut Deo cultum exhibeatis quæ à vobis requirit: interea hominibus etiā reddatis quod suū est.* Hæc ipse Calvinus. Docet igitur Christus Iudæos his verbis, Deum esse purè ac sincerè colendum, & que præstanda omnia, qua ad Dei cultum atque obsequiū spectant. Non docet hoc loco, vel ea omnia præstanda que ipse docet: multo minus que postea in scripturas Euangelicas vel Apostolicas redigenda erant. Hæc quidem omnia vera sunt, sed hæc isto loco non docentur. Non esse autem aliunde petendam colendi Dei regulā, quam ex solo Dei verbis eoque scripto, nec hic dicitur, nec ex Christi dictis vllō modo consequitur. Quæ enim ista tandem consequentia est? *Dare Deo quæ Dei sunt.* Ergo iuxta solas Scripturas diuinas Deus colendus est: nō iuxta aliquam doctrinā non scriptam. Planè qualis ista est. *Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua.* Ergo solus Deus diligendus est, non proximus, non parentes, nō quos tibi p̄fecit Deus. Sicut enim mandatum de diligēdo Deo, nō probat solum Deum esse diligendum, nec excludit dilectionem proximi, quia diligēdo proximum tuū oportet, Deum quoq; diligimus, q̄ simile est huic mandatū alte ri, sic mandatum de colēdo Deo etiā si intelligatur, sē

Caluini astu
tia.

Caluianus
consequente
absurditas.

cur.

cundum solas Scripturas colendum esse Deum, nec excludit traditiones Apostolicas & Ecclesiasticas non scriptas, quia seruando illas, & colendo Deum iuxta illas, secundum Scripturas Deum colimus, quæ traditiones non scriptas retinendas esse docent ipsæmet, & similis est ratio traditionum Apostolicarum & Ecclesiasticarum, atque veterarum, quia in vniuersaque Deus loquitur & vtræque à Deo sunt. Ita frustra fraudulenter ac impiè cotollatum hoc & appendicem Christi hoc loco doctrinæ subleuare Caluinus voluit.

DOMINICA XXIII.
post Pentecostem.

Matth. 9.

I. Ecce Princeps vnus accessit, & adorauit eum.

De verbis adorandi.

LOCUS commodus obseruandi contra hæreticos, si verbum adorandi proprie hoc loco accipiat pro cultu latriæ soli Deo debite hunc principem recte adorasse, Christum & diuinum ei honorem exhibuisse, etsi non ideo Christus in mundum venerit, ut adoraretur à mortalibus, sed potius ut humiliaretur, iuxta id quod dicit ipsemet: *Non veni ministrari, sed ministrare.* Vnde & sequitur venerabilem Eucharistiã, in qua Christum presentem credit fides Catholica, rectissime à Catholicis adorari, etsi non erat illa instituta ut adoraret, sed inãdueretur. Atque ita contra precipuum fere hæreticorum argumentum, quo venerab. Eucharistiæ adoratione, etiã posita corporis & sanguinis Christi veritate solè impugnare, hoc vno loco fidelis populus facile armabitur. Nam & sic cæcus resitutus credens Christum esse filium Dei procidens adorauit eum, Ioã. 9. & D. Thomas Apostolus agnoscens Christum Dominum & Deum suum adorauit eum. Quod si verbum adorandi non proprie, sed largo modo accipiat, pro veneratione quadã ciuili, aut etiam religiosa, tanquam viro sancto

Matth. 10.

Et magno Propheta Dei exhibita, quæ quoad externum gestum nihil à vera latria differret, alius locus erit obseruandi contra hæreticos, extra culpam & reprehensionem esse Catholicos: sic sanctos & eorum imagines adorandas esse doceant, atque adorent sensu & modo cõsimili: videlicet non cultu latriæ soli Deo delatæ, nõ sic vt sanctos vel eorum imagines pro Deo colamus, aut tantam summum bonum nostrum veneremur, etsi tantam externum corporis gestum veneratio illa in terdũ nihil à diuina differat, sicut princeps iste Christum adorauit procidens in terram ad pedes eius: sic. n. habet Marcus. Sic etiam hemorrhõissa coram Christo fecit. Sic Abraham cucurrit in occursum Angelorum, & adorauit in terra. Sic Lot eisdem adorauit pronus in terram. Sic Iacob adorauit Esau fratrem suum pronus in terram sepius. Sic fratres adorauerunt Ioseph pronus in terram. Sic David adorauit leuantem pronus in terram tertio. Sic filij prophetarum adorauerunt Elizeum indutum iam spiritu. Helie pronus in terram. Et omnibus his in locis vox Hebraica illa est que latriam & adorationem Deo debita significet. Quoties vero in Scripturis adoratio prohibetur, intelligitur illa, que non solum externa, sed & interna est, cum intentione suprema excellentie, vt iam dictum est. Sic petijt diabolus à Christo adorari. Sic Angelus à Ioanne, qui eum Deum putabat, noluit adorari. Sic Petrus Cornelium nec dum in fide instructum adorare prohibuit. Sic Aman impius à Mardocheo voluit adorari. Ait. n. Mardocheus. *Videns eius superbiam timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem. Alioqui libenter pro salute Israel etiam vestigia pedum eius deoscularer.* Docendus ergo populus, ne propter hæreticorum ludibria & cavillationes à debita & religiosa Sanctorum atque imaginum veneratione abstrineat, neque vliam externam ab Ecclesia approbatam adorationem uereatur dummodo ab interna soli Deo abstrineat, quando sanctos aut imagines vel reliquias, eorum veneratur.

Marc. 9
Ibidem.
Gen. 18. 19.
33. & 43.

2. Reg. 20
4. Reg. 1.

Matth. 4.
Apocal. 9. &
22.
Act. 10.

Esther 3.



2. Si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero.

De cultu & obsequio S. Reliquiarum.

Locvs oportunus docendi populū, nec superstitionis sum, nec inanem esse S. reliquiarum cultum atq; obsequium, sed Deo gratum & fructuosum, contra p̄fatos & insensatos horum temporū hereticos. Hęc enim hæmorrhōissā nō vt supersticiosa à Christo repellitur, q̄ cogitauerit se, nisi tactu vestimenti eius saluam fore, sed cōtra hæc eius fides deuotio, & pia cogitatio p̄senti sanitate remuneratur. Docet nos ergo Christus piā & Deo gratam illam esse deuotionem, qua non tantum Deum ipsum, sed & prophetas ab eo missos ac S̄ctos eius (quia lem esse Christum credidit hæc hæmorrhōissā) nec aliā personā ipsas sanctas, sed & quicquid ipsorum est atq; ad eos pertinet, cum fide & pietate ordinata, complectimur, veneramur, atq; ad beneficia consequenda assumimus. Nempe ad hoīem pertinet, non solum quod est, sed etiā quod circa illum est, vel quod ipse est. Et sic ad reliquias alicuius S̄cti pertinet, nō solum quælibet sui corporis particula, sed etiā vestes ipsæ aut aliquid aliud quo vsus fuerat. Talia vt per se cōsiderata & in natura sua specifica, nullam venerationē merentur, nec illam beneficiēdi virtutem habent, (qua sola cōsideratio ne circa reliquias S̄ctorum vtunt hodie heretici, dum illas vel vilipendunt, vel nullo honore dignas, omni virtute vacuas, esse declamāt): sic cōsiderata ut talia persona iure sunt, primum sanē vt reuerentur, tractentur, & custodiant venerationē quadam vulgari, ex solo erga eos dilectiōne & pio affectu merētur, sicut paternam vestis, aut annulum pius erga patrem filius libet gestat. A qua reliquiarū veneratione, quæ adhuc ciuilibus magna est quam religiosa, nō abhorrent quidam molliores hodie & moderatiōres Lutherani. At verō easdē reliquias aliis cōsiderando, relatiuē videlicet, & per earum contactum ad visum, intentionē nostram ad ipsos S̄ctos referēdo, eodem sanē cultu, eadem veneratione ipsas reliquias prosequimur, qua ipsos S̄ctos: idem beneficiū eandem

eandem virtutē mediantibus reliquijs assequimur, quā per ipsos S̄ctos assequeremur. Petri non solū corpus, sed & umbra infirmos sanauit. Pauli nō solū uox, aut fides aut oratio, sed ipsa eius sudaria & semicincta de corpore eius sublata virtutes fecerunt. Sic in hoc Euāgelio Christus nō solum uoce, ut quum diceret leprosis: ite ostendite uos sacerdotibus, aut contactu, ut quum cecis oculos tangeret, nec solum uoluntate & imperio, ut quum diceret, Adolescent surge. Lazare ueni foras, sed solo s̄mbriæ contactu mulierē sanauit fide præsupposita. Qua in re (ait Hilarius) magna uirtutis Domini admiratio est, cum potestas intra corpus manens, rebus caducis efficaciam adderet sanantibus, & usque in uestium s̄mbrias operatio procederet. Hęc ille. Hanc relatiuam cōsiderationem non solum hoc illustri factu, sed etiā uerbis disertis Christus in Euāgelio nos docuit. Quisquis, inquit, potum dederit uobis aquę frigida in nomine meo, quia Christi estis, non perdet mercedem suam. Datur merces non propter aquā, non propter prophetam, aut Apostolum, sed p̄ Christum, Quia Christi estis, ait Marcus, i. quia ad Christum pertinetis. Sic reliquias S̄ctorum, quia ad S̄ctos pertinent, & ipsos S̄ctos, quia Christi sunt, ueneramur. Ex tali affectu & relatiua cōsideratione desiderauit ardentè Chrylōstomus Cōstantiopolitanus Episcopus Romæ esse, ut Pauli reliquias ueneraretur, Quis, inquit, mihi nunc dabit circumfundam corpori Pauli, affigi eius sepulchro, uidere puluerem corporis illius? Et paulo post. Hoc corpus uerbum hæc (Romā dicit) munis, quod quāuis turri innumeris, montibus ac ualibus est iustus, & cum isto, corpus etiam Petri. Ex tali affectu & cōsideratione sic scripsit Aug. Nonne quādo martyres commemoramus inuadescimus amore? Quid in illis amamus fratres? membra laniata à feris? Quā seruimus si oculos carnis interrogamus? quid pulueris si oculos carnis interrogamus? Denique tali affectu & cōsideratione dixit Ioānes Baptista de Christo. Non sum dignus soluere corrigiam calceamēti. Vel vt Matthæus ait, portare calceamēta eius. Videlicet propter venerationem personæ Christi, quæ etiā ad ipsam corrigiam calceamēti, & ad ipsum terræ puluerem, quā calcabat, se extendebat dicente propheta: Adorabimus in loco

Act. 5. Act. 19.

Luc. 19. Matt. 9.

Luc. 7. Ioan. 11. Cano. 9m. Math.

Marc. 9

Hom. vit. in epi. ad Rom.

Tridat. 3. in Ioan.

Luc. 3. Math.

Psal. 131.



corporei parem virtutem habeat. Vide plura apud Eusebium Emisenum in homilia de S. Blandina, Cyrillum Cathec. 8. Paulinum natali 3. S. Felices, & epist. 17. ad Severum, & D. Hieronymum toto lib. contra Vigilantium, & in Epist. ad Marcellam. Omitti hoc loco non debet, quod hæc ipsa hæmorrhøissa à Christo per simbrizæ contactum sanata ad perpetuam rei memoriam in ciuitate Phœniciz Panæade statuam Christi gneam erexit, iuxta quam & ipsa genu flexo effingebatur: quum autè iuxta statuam Christi herba quedam crescere permitteretur, ubi primum hæc herba simbrizæ statuæ attingebatur, miras & ipsa curationes fecit. Hanc statuam postea Iulianus apostata deiecit. Est nempe hoc Hæmorrhøissæ factum, luculentum eius doctrinæ documētum, quam ex altero eius factō Euangelico ad S. reliquiarum cultum merito colligimus.

In Harm.,
uang in Mat
tha. 9. 9.

Ceterum non abs te, erit attentè dispicere & expedire quātopere vnus Caluinus contēdit, omnemq; nunc lapidem ut hoc nobis tam illustre argumentum eripiat. Primum disputat rem utriusq; laudabilem in exemplum trahi non debere. Quod, inquit, mulier cogitat, si modo tetigerit Christi vestem, se protinus fore sanam, singulare quidē sunt Spiritus S. impulsus, neq; ad communem regulam trahi debet. Scimus quā proteruè laudat superstitionem stultam & inconsideratam imitationem Sanctorū. At qui similia sunt non imitatorē, qui singulare aliquod exemplū absq; Dei mandato & proprio magis sensu, quā dūm Spiritus directionis usurpant. Hæc ille, factum quidē laudās, sed quod ab alijs imitandum nō est, quia singularis in eo fuit Spiritus S. impulsus. Sed primum vnde probat Caluinus, aut quis illi dabit singularem hūc fuisse Spiritus S. impulsū, id est, huiusmodi rē ex sua natura vitiosam & supersticiosam, neq; in exemplum trahendam, in illa tñ muliere fecerit laudabilem, quale quid de Sāpione existimā, qui ut Philistæos magno numero interficeret, semetipsū occidit? aut de Moysē qui absq; vllō Dei mādato vel iusta autoritate occidit Aegyptium & abscondit in sabulo qui Iudæo iniuriam fecerat. An sicut hæc facta ex se iniusta fuerunt ex singulari tamen Spiritus S. impulsu laudabiliter fieri poterunt.

Iu. 11. 18.

Exod. 3.

nant, si hæc mulieris cogitatio quod ex tactu uestimēti Christi sanitatem recuperaret, vitiosa per se & stulta cogitatio erat? Supponit quidem hoc impius Caluinus, sed non probat.

Deinde etiā si singulari Spiritus sancti impulsu illa mulier sic cogitasset, quia nouum illud sanitatis consequendæ experimentum erat, quomodo probat Caluinus ad eōdem regulam trahi nō debere? quū illius cogitationis fidem & finem Christus tam illustri miraculo remunerauerit? Sed Caluinus suum ipsius paralogismū refutabit, qui in hoc ipso capite de duobus egcis visu donatis, quorum fidem valde imperfectam & mancam cēset, à Christo tamen remuneratam, sic cōcludit. *Tametsi hic beneficium duobus cæcis præstitum narratur, tamen ex Christi dicto, iuxta fidem vestram fiat vobis, generalem elice-re doctrinam conuenit, nos, modo ex fide precescitur, nunquam in votis nostris refulsam passuros.* Hæc ille. Si ergo illorum fides Caluini iudicio imperfecta (de qua in sequētibus plura dicemus) beneficium optatum à Christo impetrans, generalem doctrinam facere potest, ut & nos ex fide precanter semper exaudiamur, quāto magis huius mulieris cogitatio à Spiritu S. singulari impulsu profecta, generalem quoque doctrinam faciet, quod similes piorum cogitationes circa Sanctorum reliquias similia beneficia à Christo impetrabunt.

Calui. à seip-
so collatum

Deinde supra capit. 2. ad verba Centurionis dicentis Christo, *tantum die verbo & sanabitur puer meus*, hinc ait Caluinus, *colligi potest generalis regula, certitudinem salutis nosse ex verbo Dei perennam esse.* Quam rectè hoc colligat Caluinus hic nō disputamus, sed quā facile generalem regulam ex vno Centurionis facto colligat ostēdimus. At huius mulieris factum nō secus fuit à Christo remuneratum, quā illud Centurionis. Ex eo igitur & nos, imo Catholica iam dudum Ecclesia generalem doctrinā optimo iure colligit. Quare impius Caluinus serō iam nimis hoc suum comitētum obtudit, quum & hanc huius mulieris cogitationem per se laudabilem fuisse & similes piorū cogitationes Deo semper placuisse, à tot retro seculis tota Ecclesia Catholica iudicauerit, &



experimentis numeris probauerit. Hæc igitur prima
cauillationi alius momenti est.

Quare de ipse Caluinus eam suspectam habes, apud
mulieris factum exagitat, & cogitatione hanc nõ ab ali
quo Spiritus Sancti uoluntate à se lo in con siderato man
se disputat. At enim: *Quod in ueste hie sit potius quam in se
illi suauitatem prioris offerret, forte et lo inconsiderate p
lum à uia d. stetit.* Ecce audet presumptuosus hæreticus
factum illud in cõsiderati zelus querere, quod Christus ip
se ita approbavit, ut sanitate confirmari illi cõcesserit.
Sed addit pro aliqua presumptionis suauatione. *Propt
rim quam puit: ant ostendit d. obitauer. Et perplexo. ant
id tentasse.* Sed hoc e. t. aperit d. perfricta fronte Euange
lio contradicere. Nam & Christus ipse hæc eius facti ex
fide profectum fuisse affirmat, dicens, *fides tua te saluam
fuit.* & sanitas cõfestim ex hoc facto, consecuta. *vt Ma
ci quinto, & Lucæ 2. euidetissime constat.* ex optima &
firma fide eam hoc cogitasse, Christianique ueritatem re
tigisse, manifeste demonstrat. Quod autem postea uer
mansu ueritate ad Christum, ut Marcus & Lucas narrant
non id fecit propter aliquam dubitationem aut animi
proplexitatem circa priuatum illum simbriæ cõtactum
sed quia Christo interrogante: *Quia tetigit uestimenu
mea?* & adhuc circumspicente ut uideret eam qua hoc factu
rat, cepit timere ne offensus sit ita furtim tangendo, &
furtiuam sanitate consequendo. Quare (ut est apud
Lucam) *uidens mulier quia uoluntate e. omnis uentis, & p
eius ante pedes eius. & ob quam causam tetigerit, etiam
suum cogitationem & factum aperuit.* indicentis tamen
omni populo, & quem uoluntatem confest in suauitate. *Qu
statim Christus dixit: Fides tua te saluam fecit.* Quod
in pace. Quid clarius, quam prioris facti fidem à Christo
stro laudatam & præsentis sanitate remuneratam. Quod
præsentem autem in memorem huius mulieris postea ne
cessitate, non quod aliqua dubitatione factum priu
tentauerit, sed quod facti sui rationem coram omni po
pulo indicare, coacta fuerit. *Quod sane. Cuius in
s. r. v. s. studiosè fecit, ut sancta illa eius cogitatio, facti
que fide ac religione plenum publicè innotesceret, & p
omnes.*

omnes a fratribus doceret, quanto opere factam tam religio
sum illi placere, eademque opera tum illorum, tum omnes
fideles moneret simili fide ac religione; etiam ea quæ mi
nima sunt Christianæ sanctorum eius, prosequi ac uen
tatem impiorum tamen Caluinus totam sanitate liberos Eua
gelicam corrumpere maluit, quam superbiam coruicem
suum Catholicæ fidei circa sanctorum uenerandas reli
quias submittere.

Quare adhuc addit, & omnem mouet lapidem, ut tã
celebre argumentum Ecclesiæ Catholice è immilitibus ex
trahat. *nam uerò ut dicitur hoc illi à Spiritu fuisse dictu
tum; manet tamen fides & regulæ fidei ueritate priuante ex
huc & illuc eum magis non uideret: quia Dei ueritas pernitens af
fusa esse oportet, ut in illud Pauli Romanor. 7. 0. Fides eõ audi
mencidius autem per uerbum Dei. Cui stolidè cauillatio
ni facile respodetur. Auditus fidei est uerbum Dei, sed p
dicari ab Ecclesiâ, ut tota Apostoli eo loco disputatio
manifestè demonstrat, nosque alibi accuratè ostendi
mus. Benedicatio autem ecclesiastica hoc semper tenuit,
sanctorum reliquias esse ex fide uenerandas plurimisque
expositis, fuit talem ex fide uenerationem, multa
à Deo beneficia impetrasse, sic ut hæc mulier euangeli
ca impetravit. Quare hoc exemplo fides nostra huc illuc
non circumagitur, sectæ Caluiniæ alijque, sectis hære
ticis omnibus hoc proprium est, ut uentis noue doctri
ne homines huc illuc circumferant, sed in solida Ecce
siæ Catholice fide, quæ uoluma & firmamentum ueritat
is est, stititissime solidatur. Deinde huius mulieris E
uangelice exemplum, priuatum exemplum nõ est, quasi
in angulo gestum, uel incerta fide relatum, aut obscure
commendatum, sed publicum & celeberrimum in ipsa
Scriptura Euangelica à tribus Euangelistis diligenter cõ
memoratum: & à Christo Domino non solum præsen
ti sanitate remuneratum, sed & publica interrogatione
quasi inquisitione facta propalatum & commendatum:
denique ita celebre & publicum hoc exemplum est, ut
aliquot postea seculis eius memoriã perpetuo miracu
lo Deus honorare & commẽdare uoluerit, ut uidere est
apud historice ecclesiasticæ auctores. Euseb. lib. 7. cap.*

in defen
cõr. v. v. m. 2. c.
cum lib. 2. c.
10. k. a. 5.



14. Sozomenum lib. 4. cap. 17. & Niceph. lib. 6. c. 14. & cetera impietas est, & aperta ad atheismum via, aliquod exemplum in diuinis Scripturis commemoratum & commendatum, tanquam priuatum reijcere, quum non solum dictas sed & facta Christi, vel à Christo commendata, quid facere & credere debeamus nos doceant.

3. *Confide filia.*

VELlicat hic rursus, & modis omnibus infamare contendit hoc hæmorrhoiisæ factum proteruus Caluinus. Ait enim ad hæc verba. *Fules imbecillitas hoc verbo arguitur. Nisi enim vitiosa esset trapidatio, non eam corrigeret Christus hortando ut animum colligat.* Nihil est hoc heretico impudentius. Quod in singularem fidem in hac muliere laudem atque commendationem dixit Christus hoc illud ad fidem eius reprehensionem trahit. Christus enim dicens, *Confide filia, & cõfestim adiungens: fides tua te saluam fecit*, manifestissimè voluit illo verbo eius fidem singulariter commendare. Quid est enim, *Confide filia*, nisi cõto bono animo filia? Et quare iubet esse bono animo? Quia, inquit, *fides tua te saluam fecit*, id est, quia fides tua, qua me tetigisti, mihi tantopere placet, tam firma & valida ac sancta fuit, ut illa te sanauerit, ut appropinquat illam tuam fidem, non propter simplicem contactum, si nitas tibi restituta fuerit. Propter hanc fidem tuam, per quam cõsecuta sanitatem es, esto bono animo. Noli metuere quod te vocauerim, & ad facti confessionem eorundem tota hac multitudine compulsem. Non ad tui reprehensionem, sed ad tui commendationem hoc feci. Non ut fidei tue imbecillitatem corrigerem, sed ut fidei tue firmitatem atque præstantiam toti huic multitudini propagarem. Quis non videt hunc esse manifestum Christi verborum sensum? Quando precedenti cap. Christus dicit paralytico, *Confide fili: Remittuntur tibi peccata: an dicit Caluinus, quod fidei eius imbecillitas hoc verbo arguatur? An non potius eius fides disertissimè commendatur, quum statim subiungit Christus, Remittuntur tibi peccata?* Nam in illis verbis, *videns Iesus fidem illorum*

Caluin. Chri
sti verba per
uocet.

Matth. 9.

Dominic. XXIV. post Pentecost. 301
synecdoche est. ait ad illa verba Caluinus, *quia non ita respexit Christus eos qui paralyticum ferebant, quin eius quoque fidem intuentis fuerit.* Hæc tibi Caluinus. Eodem modo ad uertere debuit Christum hoc loco quum dicit, *Confide filia*, moxque adiungit, *fides tua te saluam fecit*, antecedentem fidem Christum respexisse, qua cum tetigit, eamque singulariter commendasse.

Caluin. 3. Ho
iplo tetuiss.

DOMINICA XXIII.
post Pentecostem.

I. *Tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere.* Mat. 24.



OCVS proprius monendi & docendi diligenter populum Catholicum ut à sectis hæreticorum & priuatis cõuentibus sibi caueat, utque illam solam Ecclesiam teneat, quæ non hic aut illi Christum præstetur, sed quæ ubique & per omnes gentes Christi fidem docet. Nam de futuris hæreticis Christum hic loqui, & de priuatis hæreticorum sectis ac patribus Christum nos hic præmonere. Verba Euangelij proximè subsequenti luculenter docent, ubi ait *Surgent enim Pseudochristi, & Pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri poterit. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere.* Prædicit ergo disertissimè Christus, ne adueniente aliqua persecutione Ecclesie, & surgentibus Pseudoprophetis, magni illius Antichristi præcursoribus, siue circa finem sæculi iam aduentante extremo iudicio, (de quo tempore propriè hoc Euangelium loquitur) siue in aliqua alia nouorum dogmatistarum colluue (sunt enim omnes hæreses dispositiones & præparationes ad maximam illam sub Antichristo futuram à fide Apostolicam, id est, eoque ut eiusdem generis, sic & consimilis rationis cert

Catholica ec
clesia tenenda.



seri debent) particulam aliquam occultam, aut privatam
secuti tenemus, relicta generali, vniuersali, & Catholica
ac nobis atissima Christianorum Ecclesia. Ideo reperi-
tur tem. eadē Christus, serioq; predicat. Na hic an. illu-
ne in deserto, vel in penetralibus illius querimus. Hæreses au-
tem omnes sunt hic aut illic, sunt in deserto, sunt in pe-
netralibus. Sola Catholica Ecclesia nec hic aut illic, sed
vbique & per omnes gentes, vbi nominatus est Chris-
tus; hæc in deserto, sed in ciuitate super montem posita, nec
in penetralibus vel occultis traditionibus & opinioni-
bus inauditis, sed in publica & notissima fidei doctrina
cognoscitur, tenetur, & creditur. Sic hunc locum contra
veteres Donatistas Ecclesiam Catholicam negantes, vt ho-
die nostri negant heretici, & particulam sibi Ecclesiam co-
stituentes, vt hodie nostri constituunt heretici (Lutherani
in certa Germanie parte, Caluiniani in certa Sabau-
diæ parte, & aliquos Helætiarum pagis, & in certis Gal-
lie ciuitatibus, aliique quibuslibet in locis, aliique heretici
alibi) sic diligenter exponit & tractat Augustinus. Quod
Christus dixit, Ecce in deserto, significat, quasi vbi non est fre-
quentia multitudinis: quod ait, Ecce in penetralibus, significat
quasi in secretis traditionibus atque doctrinis. Hec ille in
libro de vniuersitate Ecclesie. Et in eodem libro alibi, Prae-
munita voluit Christus aures nostras aduersus eos, quos pro-
cedentibus temporibus reuertitur esse prædicatur. Et dixit
vbi. Ecce hic est Christus, ecce illic. Quibus non creditur, non
monuit. Nec ulla nobis excusatio est, si crediderimus eorum
vocem pastoris nostri tam claram, tam aperream, tam man-
ifestam, ut nemo vel obtusus vel tardus corde possit dicere, non
intellexi. Quis enim non intelligit. Sic oportebat Christum
patris, & resurgere tertia die, & prædicari in nomine eius per
tota tempora, & vniuersam prædicaturam in omnes gentes, in vni-
uersis tibus ab Ierusalem. Quis non intelligit. Erat in Ierusalem, & in Iudæa, & in Samaria, & usq; ad vltimam
terram. Hic natus, & hinc. Quomodo ergo a Ierusalem
miseruntur, si vel non credentes, vel contemnentis respice-
rimus verba nouissima Domini nostri ac Saluatoris, & ipse
Habeo manifestissimam vocem pastoris mei comitatus dantis
hi & sine vlla ambiguitate exprimentis Ecclesiam per omnes
gentes

Math. 6.

Ep. 10.
Cap. 10.

gentes diffundendam: mihi impuro sicut per verba hominum se-
dici, at que ab illa aberrare uolueris. Hæc Augustinus. Rur-
sum alibi, quum Donatista sibi solis veram Ecclesiam ve-
ditares, Episcopos catholicos vocaret lupos rapaces sub
vestimentis ouium, vt hodie faciunt heretici horū tem-
porum, respondet illis Augustinus ex his Christi verbis
in hoc Euangelio positis, docens & nos idē respondere.
Sic enim apud illum legimus. Petilianus Donatista dixit,
Mones etiam Christus Dominus. Cauere à Pseudopropheta,
qui uenit ad uos in uellimentis ouium, intus autē sunt lupi ra-
paci: ex fructibus eorum cognoscetis eos. Augustus respondit. Si
abs te quarā quibus nos fructibus, lupos esse rapaces cognosca-
tis, dicitur et peccata aliena, nec in eis quorū esse dicitur un-
quam probata. Si autē tu à me quarā quibus fructibus nos
potius esse lupos rapaces cognoscamus, obijero schismatis crimen.
quod tu negabis, ego autem statim probabo. Neque enim commu-
nicat omnibus gentibus & illis Ecclesie Apostolico labore firmata.
Hic dicitur es: Non communicat traditoribus & homicid-
is. Respondet tibi semper Abrahā. Hæc sunt illa crimina, uel nō
vera, uel non. Sed hæc intrinsecus sepono. Tu ostendo Ecclesiam
tam noua illa mihi sonabis, quam in Pseudopropheta ut adū
Dominus monuit, ostendentibus partes, & ab uniuerso aliena-
re conantibus. Ecce hic est Christus, ecce illic. Sed usq; ad uer-
tam uocem oues Christi cor non habere, quibus dicitur uir, Noli
te credere per lupum audiat uocentem; Ecce hic est Christus, &
pastorem non audiant dicentem. Per omnes gentes, incipienti-
bus ab Ierusalem. Hec ille. Docendus igitur hoc loco po-
pulus certa hæc esse omnium hereticorum & schisma-
ticorum notam, vt per modum partis se semper habeat,
dissecte & diuisa à toto corpore Christi, vt nunquam
omnia loca vbi Christus nominatur occupet, sed hic, &
illic Christum prædicent in deserto, in penetralibus, id est
certa multitudinis frequentiam respectu Catholice Ec-
clesie per totum orbē dispersa. Nempe vt ex hoc Euan-
gelio alijsq; Scripturis docet diligenter, & frequenter co-
tra sui temporis hereticos Augustinus se habet uera Ecce-
sia Catholica, Apostolica, orthodoxa respectu omniū se-
culariū & hereticorum, vt vbicūq; sint ipsi heretici, ibi semper
sunt Catholici, nō autem è contra, vbicūq; sint Catho-
lici

lib. 2. ca. 19.
contra Paul.



lici Christiani, ibi sint hæretici, sed in quamplurimis locis ne gentibus sint Catholici Christiani, ubi nulli plane sint heretici. Et hoc sensu proprium est oibus hæreticis dicere. *Ecce hic est Christus ecce illic*, ecce in hac provincia, ecce in hac ciuitate, ecce in illa. Solis autem Catholicis commune est, non hanc vel illam gentem, sed omnes gentes & omnium gentium communionem ostendere, omnium inquam ubi Christi fides tenetur. Hoc discrimen ex hoc Euangelio. Alijsq; Scripturæ locis, sic Augustinus explicat. *Si sancta Scriptura in Africa sola designauerit Ecclesiam, & in paucis Roma Ruptanis uel Montensibus, & in dano uel patrimonio unius Hispana mulieris quicquid de charta alijs aliquid proferatur, non tenet Ecclesiam nisi Donatista. Si in paucis Mauris provincia Casariensis eam S. Scriptura determinat ad Rogatistas transeundum est. Si in paucis Tripolitani & Byzacenis & Prouincialibus, Maximianista ad eam pertinuerunt (erant isti Rogatistæ & Maximianistæ sectæ Donatistarum diuersæ.) Si in Solis Orientalibus, in eor Arianos & Macedonianos & Eunomianos, & qui illic alij sint, requirendum est. Quis autem possit singulas quasi hæreses enumerare singulari gentium? Si autem Christiani Ecclesia Canonarum Scripturarum diuinis & certissimis testimonijs in omnibus gentibus designata est, quicquid attulerint & undecumque recitauerint, qui dicunt: ecce hic est Christus, ecce illic, audiamus potius, si oves eius sumus, uocem pastoris nostri dicentis uolite credere, ille quippe singula hæreses in multis gentibus, ubi ista Catholica est non inuenitur. Hæc autem quæ ubique est etiam ubi illa sunt inuenitur. Hæc Augustinus Accōdemus hæc ad præsentem hæreses & dicimus. Si Scriptura in sola Geneua, in quibusdam Helueticorū pagis, & in Comitatu Palatino Rhēni & Britanniæ insula Ecclesiā fore descripsissent, soli Caluiniſtæ eā obtinerent: si VVittebergæ, Lypſiæ, Magdeburgi, ad solos Melæchthonicos seu molliores seu Electorales Lutheranos transeundū esset: si in superiori Saxonia, vt Lubecæ, & Håburgi, &c. soli eā tenent rigidi Lutherani, & Ecclesiæ Saxonicæ. Si i Ducatu VVittebergensi, soli Vbi quitarij: si in Prussia, soli Osiandriini: si in Silesia soli Suenckfeldiani: si in Morauia & in quibusdā inferiori*

Germaniæ

De uait. Eccl. cap. 3.

Germaniæ pagis, soli Anabaptistæ Ecclesiā habet, &c. rū si nec hic nec illic (vt Christus hic diuersissime docet) sed ubiq; & per oēs gētes, ut alibi clarissime asseruit, nulli certo loco alligatā aut inclusam fore Ecclesiā Scripturæ pdixerunt, soli illā habēt Christiani qui ubiq; sunt, & qui ppter ea ab ipsis hæreticis Catholici quasi ad uictum corpus pertinentes, nūcupant. Fides. n. quæ Catholica dē in omnib. locis præ nominatis reperitur. Imò ante has natas hæreses, per multa secula reperta & stabilita fuit. Reliquæ hæreses non in omnib. Christianorū populis, non in Hispania, nō in Italia, nō in Sicilia, Sardinia, Coreyra, non in Bauaria, Tirolis, Austria, nō in amplissimis illis Indiæ tam Orientalis, q̄ Occidentalis regionib. & regnis, nō in Africa, nō in toto Oriente, nō in Armenia, nō in Æthiopia (quibus omnib. in locis Catholicorum maximus est numerus) inueniuntur, sed vna quæq; suis certis locis grassatur. Sunt igit̄ certissime illi qui dicūt. *Ecce hic est Christus, ecce illic*: idcoq; obseruādū & faciendū diligenter q̄ Christus adicit, *Nolite credere.*

Ad quæ Christi uerba clarius adhuc intelligēda alius Aug. locus insignis in medium produci potest, ubi sic scribit: *Hæretici sunt oves errantes super omnem faciem terræ. Non quidem omnes hæretici super omnem terram, sed alij hic, alij ibi. Alia secta in Africa, alia hæresis in Oriente, alia in Aegypto, alia in Mesopotamia. Sic diuersi in locis sūt diuersi. Sed una mater Catholica omnes habet Christianos toto orbe diffusos. Verbi gratia. Est in Africa pars Donati, Eunomiani non sunt in Africa: sed cum parte Donati est hic Catholica. Sunt in Oriente Eunomiani, ibi autem nō est pars Donati, sed cum Eunomianis ibi est Catholica, illa est enim tanquam uita crescenda ubiq; diffusa. Ista tanquā sarmenta inutilia agricolæ falce præcisit. Et ista quidem ubi præcisit sunt, ibi remanferunt: crescēt & se diffundere nequiterunt. Illa uero tanquā uita crescens per omnia, & sarmenta sua nouit qua in illa adhuc manserunt, id est, malos, & iuxta se habet quæ de illa præcisit sunt, id est, hæreticos. Hæc Aug. ex unitas ouillis, & uitis crescentis similitudine Ecclesiam Catholicam ubiq; diffusam docens, hæreticos uero ouibus errantibus atq; sarmentis præcisit, quia hic & illic Christum ostēdunt, aper*

tissime

Lib. de Pa.
tor. cap. 1.



Tract. i. in e-
pist. i. Ioan.

Es. 2.

Dan. 2.

Lib. 7. cap. 3.
vont. 2. tom.

305 **Promptuarium Catholicum**
 tistimè comparans. Rem eandem, alia ex Scripturis pen-
 ta similitudine, alio in loco idè celeberrimus doctor ex-
 planat his verbis: *Ecce mons implet vniuersam faciem terræ:
 ecce currit de qua dictum est: Non potest cuius abscendi su-
 per montem posita. Donauit offendunt in mentem: & quon-
 iam dicitur, ascendite non est mons dicant: & facilius illuc fa-
 cilem impingunt, quam illic habitaculum quorundam. Et sicut hu-
 sterna die lectes clamauit. Erigite montissimis deibus: & prepara-
 tur montes domus Domini in vertice montium, & elauabitur su-
 per colles, & suscitabit eum omnes gentes. Quia tam manifestè
 quam montes dicitur sunt & montes ignoti quia in una parte ter-
 rum positi sunt. Quis ueltrū nouit Oryspum montem? Quis
 dicit qui habitant Chiddabam uelstrum non nouerunt? In
 parte. si sunt montes, ille autem mons non sit, quia imple-
 rit vniuersam faciem terra. Nōne lapis iste qui percussus est de
 monte sine manibus, Christus est de regno Iudæorum sine opo-
 re maritah? Nōne ille lapis confraxit omnia regna terrarum
 id est, omnes dominationes idolorum & demoniorum? Nōne
 ille lapis creauit & factus est mons magnus, & impleuit uniuersum
 orbem in terram? De illo ergo dicitur, preparatus in uer-
 tice montium. Mons est super caenoniam omnium montium.
 Et sicut, inquit, ad eum gētes. Quis errat in hoc monte? Quis
 frangit faciem offendendo in illum, qui ignorat et uisitat omni
 montem constitutam, sed nolite mirari quia ignorat et ab ipso
 qui obrepit fratres qui oderunt Ecclesiam. Nam idem in tem-
 poribus ambulat & nesciunt quo eunti se parauerunt se ab orbis
 terrarum: id e excepti sunt. Hæc hæc enus Aug. Id e. ne-
 pe heretici oēs quali palpando dicunt, ecce hic dicitur il-
 lie est Christus. Nāne ista ait alibi Aug. palpant in uer-
 tice quasi in medio nocte? Quod quidem omnium hereticorum
 illi, qui rem inano subtilissimam in lucem omnium gentium con-
 iuciam uideri non possunt: extra cuius unitatem quicquid opa-
 ratum, nihil illi pro se aduersus irā Dei. Hæc ille. Quis autē
 sentu sit uerū, ueram Christi Ecclesiam semper esse in-
 titudinem per omnes gentes diffusam, quum tñ nec ho-
 die, nec vilo inquam tempore, totum mundū simul &
 semel Ecclesia Christi occupauerit, latius explicat i opo-
 sculo notum de Principijs fidei doctrinalibus, lib. 2. c. 1.
 Nempe quia totum inūdum occupat in fieri, nō in esse*

2. Si

2. *Si dixerint vobis, ecce in penetralibus, nolite e-
 xire, ecce in penetralibus, nolite credere.*

LOCVS proptius docendi populum fidelem, contra
 huiusmodi hæreticos, ueros Prophetas, ueros Chri-
 sti ministros, ueros Ecclesie Magistros ac prepositos, nō
 in deserto, nō in penetralibus Christum predicare, id est,
 non esse occultam aliquam aut latitāte cum grege sibi
 subdito Ecclesie, sed esse, ut alibi Christus docet, *Quia
 tem super montem posita, que abscendi non potest.* Heretici
 hodie, quia suam Ecclesiam ante hæc tempora ostendere
 non possunt, quia nullam pastorum successorem, pfer-
 re queunt, quia nulla religiois sit tempora, nullas cathē-
 dras, nulla loca conspicua designare valent, debent ab sur-
 dissimam ueram Christi Ecclesiam esse: multitudine lati-
 tantem & fugientem conspectu hominum, quia nouit Do-
 minus qui sunt eius, & uera Ecclesia (ut scripsit Lutherus
 in libr. de seruo arbitrio) margaritam est absconditam, nō
 impia uideat gloriam Dei, & in Apocalypsi Ioannes do-
 cet, quā statimā parua mulieris id est, statimā principio
 patientis Ecclesie, mulier ipsa fugit in solitudinem, ubi ha-
 bitat: *locus inaccessibilis a Deo.* Ex his enim colligitur Ecclē-
 siam Christi in deserto latitare, & persecutione semper
 pati, & esse semper sub Cruce. Sed tota hæc blasphemia
 hæreticis hodie imaginatio in his Christi uerbis & p-
 dicitur & disertissimè refellit. Docet de disertis pseudopro-
 phetas qui sunt, heretici sic aliquando dicturos: *Ecce in de-
 sero Christus est uicis in penetralibus.* Sic hodie Lutherus
 scripsit, sic Melancthon docuit, sic disertè loquitur Apoca-
 lypsis in citatū Gul. Fulco. Anglocaluinista detorqueū-
 ut probet ueram Christi Ecclesiam esse eorum ueluti
 latitantem, mundo incognitam, soli Deo & quibusdā
 spiritalibus uiris notam. Ex hoc ipso, ergo quo sic do-
 cet, pseudoprophetas se illos esse demonstrant, quos i-
 hoc Euāgelio Christus uenturos dixit, *Ac nouit qui
 domus uos: qui sunt eius, quia multi in Ecclesia sunt q-
 non sunt eius. Multi enim uocari, pauci electi: & in magna
 domo, sicut statim Apostolus post illa uerba subiecit: Non
 sunt uos magna aurum & argentum, sed ligna & fenum & strus
 quedam*

Ecclesia uo-
ra semper u-
libilia.

Matth. 9.

2. Tim. 2.

Apoc. 12.

Matth. 26.

2. Tim.



quedam quidem in honorem, quedam autem in contumeliam.
Quae Apostoli verba non de mundo hoc uniuerso (vt vobis
luit Nouatianus, teste Ambrosio in comment. ad hunc
locum), sed de vera Christi Ecclesia dici & intelligi de-
bere, docet diligenter Augustin. in libris de baptismo
contra Donatistas, post Cyprianum & Ambrosium, quos
ibidem citat. Nouit ergo Dñs in ipsa vera Ecclesia sua,
qui sunt eius & qui non sunt eius, id est, qui sunt finali-
ter electi iusti praedestinati, & qui sunt ad tempus qui-
dem credentes & iusti, sed in tempore tentationis reue-
dentes à via iustitiae, & finaliter in ea persistetes, ideoque
non perfecti & finaliter ad Christi ouile pertinentes.
Hæc notitia Dei quoad electionem, non tollit notitiam
nostram quoad uocationem. Imò Ecclesiam vocatorum,
inter quos sunt electi necessario, semper cognitam esse
debere, multæ & grauissimæ causæ demonstrat, quas vi-
de infra Fer. 3. post Pascha, & in die Sanctorum Petri &
Pauli. Vide in Opusculo nostro de principijs fidei do-
ctrinalibus lib. 2. cap. 6. & 7. Iustitiam et Scripturæ do-
cent, quas in eodem opere diligenter collectas, vide lib.
eodem per quatuor prima capita.

Nunc verò paucis, sed firmis argumentis ostendetur
illam Ecclesiam quæ errare non potest, & ad quæ proprie
pertinet elogia in Scripturis posita, quæq; corpus Chri-
sti & sponsa est, esse Ecclesiam vocatorum, id est, huiusmo-
di quæ ex reprobis & malis, non secus constat, quam ex
electis & bonis, ideoque non esse talem, ut propter solos
electos latitas aliqua & in penetralibus posita. Ecclesia
(quod hæretici maxime volunt) ceteri possit Ecclesia
Christi, quam Paulus vocat columinam & firmamentum
veritatis, vocatur ibidem *Domus Dei viventis*. De caetero
domo dicitur Apostolus, *in magna domo quædam sunt
uasa in honorem & quedam in contumeliam*. Hi sunt electi
& reprobi: quos idem Apostolus alio in loco vocat *uasa
in misericordiam & uasa ire apta in irerium*. Rursum Ec-
clesia Christi propria illa est, contra quam porrigi inferna
& solueda & liganda sunt peccata, ut ex potestate Petri
ibidem data manifestissime patet. Soluuntur autem ele-
ctorum

Lib. 4. c. 1. &
lib. 7. c. 11.

Notr.

Ecclesia nõ
errans, est Ec-
clesia vocato-
rum.

1. Tim. 3.
Tim. 4.

1. Tim. 2.

1. Tim. 4.

ectorum peccata (nam de ijs qui foris sunt Ecclesia non iudicat)
ligantur reprobiorum qui penitentiam non agunt.
Præterea Christus ueram Ecclesiam designauit, quæ di-
ceret, *Dic Ecclesia. Si Ecclesia non audierit sit tibi sicut echnus
& publicanus*. Ergo in vera Ecclesia tales futuros esse
præmonstrauit, qui per pertinaciam nõ audiētes Eccle-
siam eiciendi erant vt reprobi, auāientes uerò lucraretur
ut electi. Rursum Paulus ueræ Ecclesie membris di-
xit. *Attendite uobis & uniuerso gregi, in quo posuit nos Spiritus
Sanctus regere Ecclesiam Dei*. Sed ibidem adiecit. *Ex uobis
ipsi uocant uiri loquentes peruersa, ut abducant discipulos
post se*. Tales sunt hæretici. Ergo illius & ueræ Ec-
clesie membra tunc ad tempus erant, qui postea a fide defe-
cturi erant, ideoque reprobi. Postremo uera Ecclesia est
multitudo per omnes gētes diffusa, non paucitas hic &
illie posita, ut supra ex alijs Christi uerbis ostensum est.
Muli autem uocati, pauci electi. Paucitas electorum est,
multitudo uocatorum. Ecclesia à uocatione nomen
suum accipit, non ab electione. Nihil ergo contra no-
tam illustrem, & conspicuam semper Christi Ecclesiam
facit illud, *Nouus Dominus qui sunt eius*. Neque uerò ra-
ra aut preciosa margarita est tota Ecclesia Dei, uoca-
torum uidelicet multitudo ueram religionem proficien-
tium. Sed qui quod proficiunt in Ecclesia uocatorum,
sanctè exequuntur more electorum, illi sanè cõparatione
cæterorum rari sunt & pretiosa margarita. Quæ uerè sic
eleganter & expressè Aug. *Pauci quidem sunt qui ueritatè
accuratè norunt, & secundum eam religiose uiuunt*. Sic uero
et auctoritate sua multitudine tenent, unde se in illa secreta
ex pedire, & quasi eliquare paucitas possit. Et paulo post. *Pa-
uissimus ac sanctissimus Dei cultus, quamuis sit apud paucos,
apud eos tamen est, quibus multitudo quamquam captiua
tribus inuoluta, & à puritate intelligentia remota, cõuenit*. Hoc
autem & idoneo rerum humanarum exemplo cõfirmat
atque illustrat. Nonne uidemus quam pauci summam elo-
quentiam consequantur, cum per totum orbem rhetorum scho-
larum adolescentium gregibus perstrèpant? Hæc apparent omnes quæ
maiorum auctoritate firmata sunt. Ead. in imperitorum tur-
ba discere moluntur, quæ à paucis doctis discenda receperunt.
Assiquantur

2. Cor. 3.

Math. 18.

A. Cor. 10.

Math. 10.

Nota.

De vit. cæc.
cap. 7.



Cap 17.

Asseruntur autem per paucos, agunt pauciores, clarascant paucissimi. Tale quiddam est vera religio. Quod in eodem opere paulo post latius explicat. Cum enim ostendisset imperitum vulgus Christianorum in multis diversisque gentibus, & credere & extollere ieiunorum, virginitatis, & voluntarie paupertatis supremos & intensissimos gradus. Pauci inquit, hoc faciunt pauciores bene prudenterque faciunt, sed populi probant, populi audiunt, populi faveant, populi denique suam imbecillitatem quod illa non possunt, nisi sine prouectu mentis in Deum, nec sine quibusdam scintillis virtutis accusant. Hæc ille. Sic ergo veritas & pietas in Ecclesia paucorum sunt & pretiosa margarita, qui pauci intelligunt & uerè amplectuntur. Eadem uerò multorum sunt profitentium & approbantium atque consentientium. Qui sanè multorum consensus, ipsa fama & opinio sui futuram excellentium paucitatem attrahit, attrahit uerò paucitas ipsa multitudinè in officio continet. Illa est Ecclesiæ Catholice facies & forma in multis uocata & paucis electis.

Apoc. 12.

Tam uerò quod ex Apocalypsi adfertur de muliere in desertum profugiente, ubi locum habet paratum sibi à Deo, pro latitante hereticorum Ecclesia nihil facere potest. Quoniam, quia uerba huius Euangelij diserte repugnant uerbo Christo ut si ad desertum nos aliquis inuiteret, si ad extadamus, quod de Ecclesia latitante dicitur S. Augustinus constanter exposuit locis citatis. Mulier n. in desertum profugiens, etsi forte intelligatur esse Ecclesia Christi et potè Antichristi in locis desertis latitas, in speluncis, in latibulis quo sancti se recipient, tamen neque eo tunc tempore potè quærere Ecclesia in deserto in sensu Christi in hoc Euangelio. Illa n. deserta tēpore Antichristi non erunt hic & illic, sed erunt ubiq; per oēs gētes, per quas Christi nomen propagatū est, & in quib; Christi nomen profugabit quātam potèrit Antichristus. Talis enim est illa ciuitas, & talia sunt castra sanctorum, qua solus dominus tingentur à Gog & Magog: id est, Ecclesia Christi toto orbe ubi diffusa ab omnibus inimicis suis (quia & ipsi in omnibus gentibus cum illa erunt) persecutionis illius manente tingentur, ut aliam Apocalypsis locum capite

Mulier in deserto
sug-cas
quomodo ad
Ecclesiā per
tinct.

Aug de ciuit.
Dei. 20. c. 17

20. expo-

20. exponit Augustinus. Christus autem in hoc Euangelio docet, non esse in deserto inderendam Ecclesiam de quo dicit, ecce hic est Christus, ecce illic, id est, hic & illic ut non ubiq; non in communi omnium gentium, non in Catholica multitudine per orbem uniuersum dispersa, sed in hæretica paucitate hic & illic per partes & scissuras diuisa atque disuncta. Nempe dicit Christus in uerbis proxime præcedētibus ubi dixerat. Tunc si quis uobis dixerit, ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere, subiungit statim Surgens. n. pseudochristi & pseudopropheta, nempe qui hoc ipsum dicturi sunt, ecce hic est Christus, ecce illic. Vna hæresis hic, altera illic. Vna secta Geneuæ, altera secta VVitembergæ, &c. Moxq; iterū addit Christus. Ecce prædixi uobis. Si ergo dixerint uobis, ecce in deserto est, ecce in penetralibus, id est ecce hic, & ecce illic, nolite exire, nolite credere. Quæ uerba exponens Sanctus Hieronymus ita scribit. Si quis promiserit uobis quod in deserto gentium & phariseorum dogmata Christus moratur, aut in hæreticorum penetralibus qui Dei pollicentur uocari, nolite exire, nolite credere. Sed & huic sensum (hoc est de hæreticorum latebris se loqui) Christus Dominus in uerbis proxime subsequentibus docet. Ait enim. Sicut enim fulgur erit ab Oriente, & pariet usque in Occidentem, sic erit aduentus filij hominis. Sensus enim hic est ut exponit S. Hieronymus: Nolite exire, nolite credere quod filius hominis uel in deserto gentium sit, uel in penetralibus hæreticorum, sed quod ab Oriente usque in Occidentem fides eius in catholicis Ecclesiis fulgeat. Docendus ergo hoc loco populus fidelis, ne propter illam in Apocalypsi prophetiam, quæ nõ de latibulis hæreticorum hic & illic Christum prædicantiū, sed de totius Ecclesiæ statu in illa acerbissima Antichristi persecutione ubiq; terrarum ad momentum latitante loquitur (quod est desertum quoad loca tantum) ab hac grauissima Christi admonitione diuelli se patiatur, qua docet nos à priuatis & diuisis hereticorum conuentibus, sectis, ac partibus studiosissime cauere, nepe nec exire, nec credere illis. Non exire ab Ecclesia Catholica, non credere ulli sectæ particulari, hoc est enim desertum quoad sectas à Christo hoc loco præmonitum. Di-

In com ad
esp. 24.
Matth.

Ibidem.

Domin. Cathol.

Z

fin.



stinguendum desertum quoad loca, in quo Deus fugietes pios donec transeat persecutionis tempestas conservat. iuxta Apocalypsis verba ab alio deserto & penetralibus quoad sectas & partes hereticas, ad quas prohibet Christus profus exire.

Rursum ille locus Apocalypseo de breui admodum quadam persecutione loquitur, & quidem ut videt in ipso exordio Ecclesie futura, ga statim post partu mulieris illa describitur. Sed siue in exordio, siue in fine futura persecutione illa prophetia describat, no nisi ad tres annos cum dimidio eam duraturam Ioannes dicit: *Et dicitur tempus, & tempora, & dimidium temporis a facie septembris*: hoc est ad tres annos cum dimidio; Neq; vero breue tempus pro longiori hoc loco intelligi potest, quia, videri licet (vt quidam cauillantur) breue tempus in Scripturis vocatur aternitatis respectu, & coram Deo mille anni tamquam annus vnus est: vel ga tota hae Ecclesie post Christum in caelos assumptum peregrinatio breue tempus dicitur, quum tamen tot secula comprehendat, iuxta illud Petri: *No tardat Dominus promissionem suam etc* Propter varias causas. Primum, quia de hac persecutione Antichristi (quam hoc loco intelligi haeretici volut) disertè dicit Christus breuiandū esse ipsum tempus his verbis. *Nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro. Sed propter electos abbreviantur dies illi* Non igitur longiores futuri sunt quam praedicitur, sed potius breuiiores. Secundum, quia non indefinitè praedicitur, breue tempus vt in alijs illis Scripturis, quae ad aternitatis comparatione loquuntur, sed certum & definitum tempus praescribitur: *tempus & tempora & dimidium temporis*: & paulo superius in eodem capite Apocalypseo. *Mulier fugit in solitudinem, ubi habebat locum paratum à Deo ut ibi pascat eam à tribus mensibus sexaginta. Qui numerus tres annos cum dimidio conficit. Quod igitur tam disertè, tam certo & pfecto numero dicitur, atq; reperitur, planè nos docet de tempore definito aut certe quod hanc mensuram no excedat, necessario intelligi debere.*

Tertio hae eadem Ecclesie persecutio à Daniele descripta eodè certo ac definito dieru numero describitur

Apoc. 12. Tempus latitantis in deserto longam esse non potest.

1. Pet. 3. 1

Math. 24. 3

Apoc. 12. 2

Sermo, inquit, contra excelsum loquetur, & Sanctos altissimi coetere, & putabit quod possit mutare tempora & leges: & tradentur in manu eius usque ad tempus & tempora & dimidium temporis. Quod ergo toties in certo & definito futurum tempore praedicitur profecto ultra eius temporis mensuram extendi no potest. Nihil ergo ille Apocalypsis locus pro latitante Protestantium Ecclesia aut p deserto & penetralibus hereticis facere potest: Latitans enim, & fugitiua Protestantium Ecclesia ab aliquo iam seculis latuit, tot profecto quot illi Papatui tribuunt, siue à 500. siue à 600. siue etiam (vt plerique statuunt) à mille annis

Præterea locus ille Apocalypsis non loquitur de perpetuo statu, cursu, & progressu Ecclesie, sed de certa quadam eius persecutione. Ecclesia. n. quum simpliciter describit, vt corpus illustre, manifestu, & visibile, describit iuxta plurimas Scripturas, easq; manifestas no obscuras, quales omnes prophetiae sunt maxime q in Apocalypsi continentur, cuius tot sunt sacramenta quot verba, vt sapienter scripsit S. Hierony. Eas scripturas ex bona parte hic subijciemus, vt habeat in propiu concionator Catholicus quibus hoc portentū latitantis Ecclesie facile exterminet, & Christi doctrinam in hoc Euangelio, locis cognatis illustret atque confirmet. Dicit Dauid de Christo. *In sole posuit tabernaculum suum*. i. ait August. *non in occulto, non qua latent, non velut opera, ne forte fiat sicut opera s. per greges haeticorum*. Dicit iterum Dauid de Ecclesia filij Dei. *Magnus Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte Sancto eius*. Hae est ciuitas (ait August.) *in monte posita, qua abscondi non potest. Hae est lucerna qua sub modio, non occultatur, omnibus nota, omnibus assumpta*. Sequitur. *n. fundatur exaltatione uniuersa terrae mons sion, latera aquilonis, ciuitas regi magni*. Rursum Propheta Esaias de Christo & Ecclesia. *ibunt populi multi & dicent. Venite & ascendamus ad montem Dei (qui est Christus) & ad domū Dei Iacob, quae est Ecclesia*. Quomodo autem populi sic ad eum domum confluent, nisi conspiciua & manifesta sit? Hunc locū habes superius ex Augustino explicatum. Vbi etiam cauillationi Gul. Fulco

In epist. ad Paulicum Scriptura q visibilem Ecclesiam describunt.

Ps. 17. Enar. ibid.

Ps. 47. Enar. ibid. h. l. 2.

Tr. 7. in Epist. Ioan.



nis Anglocaluinista: Sanctus ille doctor occurrit. Cantilatur ille Anglocaluinista. *Civitate*, inquit, *super montem edificatam omnibus per universam terrarum orbem a spectabilem esse nemo sanus aucterit, sed his solum qui non admittunt longe positi sunt. Sic Ecclesie doctores his qui docent sunt conspicui, non tamen omnibus alijs. Respondet autem Augustinus loco citato huc montem, super quem edificatur Ecclesia, esse montem qui implet universam terram, Christum videlicet iuxta Esaiam & Danielem, quos illic producit, ideoque et si ceteri montes, ut Olympus in Græcia, Giddaba in Africa solis Græcis & Aethiis continguis nota sint, Christum tamen & Ecclesiam super illam edificatam toto orbe notissimam esse. Resege locum & expende. Sed & vrgenda hoc loco verba Christi manifestissima, que ad Apostolos suos dicit, qui tunc Ecclesiam representabant. *V. s. estis lux mundi. Non potest civitas abscondi super montem posita. Nemo accendit lucernam & ponit sub modio, sed super candelabrum ut luceat omnibus qui in domo sunt* Ecclesiam vocat lucem mundi, quia toti mundo conspicua est, sicut sol ipse, qui est in alio genere lux mundi: & sicut Christus ipse qui principaliter est lux vera, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, est conspicuus toti orbi. Sicut inquam Christi nomen omnibus gentibus notum & diffusatum est, sic vera Ecclesia Christi, que per participationem lux mundi est, omnibus gentibus est nota & conspicua, hoc est, quod Christus hic dicit. Et ratio vrgentissima est, quia Christus non nisi in vera Ecclesia cognoscitur, caput non nisi in vero suo corpore conspicitur. Debet ergo necessario Ecclesia esse lux mundi à Christo illuminata, & toti mundo conspicua, sicuti Christus ipse lux mundi est, illuminans omnes. Non enim Christus nisi per suam Ecclesiam homines illuminat. Rursus est: *Civitas super montem posita*, id est, super Christum edificata, ideoque que abscondi non potest. Hoc est, quæ nusquam terrarum latere aut ignorari potest, ubi Christus predicatur, predicatur autem nomen eius per omnes gentes, incipiendo à Hierusalem, id est, non simul & semel, sed*

Matt. 5.

Ecclesia lux mundi. Ioan. 1.

Ecclesia civitas super montem posita. Luc. 24.

sed per ordinem & successivè. Vnde sic Augustinus. *Propter metus parvulorum in fili, qui possunt seduci ab hominibus, non manifestata claritate Ecclesia*, (id est, ne gentilis Christianus fieri cupiens in sectam aliquam hæreticam loco veræ Ecclesie incidat.) *Dominus providens ait: Non potest civitas abscondi super montem posita, quia uti que iuxta Hierosolimam sedes gloria exaltata est sanctificatio nostra*, id est, Ecclesia, in qua CHRISTVS tanquam caput in corpore sedet & gubernat, & cuius ministerio sanctificamur illustris est, & conspicua: *Ve non audiantur illi qui ad fissuras religionum & partes eraducunt discentes, ecce hic autem ecclesia illie. Hæc ille. Nempe ut alibi scribit idem doctor celeberrimus. Nulla est securitas vanitatis (qua videlicet ab hæresi conseruetur) nisi ex promissis Dei Ecclesia declarata, qua super montem constituta abscondi non potest. Et ideo necesse est ut omnibus terrarum partibus nota sit.* Hæc rursus Augustinus. *Quam certè ob causam & propter horum Christi verborum vim hoc breui argumento probat Donatistas Ecclesiam Christi non esse. Non estis (inquit) in montibus Sion, quia non estis in Civitate super montem constituta, que certum signum hoc habet, quod abscondi non potest. Nota est ergo omnibus gentibus. Pars autem Donati tenetis est pluribus gentibus. Non est ergo ipsa. Hæc ille. Rursus Christus vocat suam Ecclesiam, lucernam accensam, super candelabrum positam, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Lucernæ sunt pastores & doctores, magistri Ecclesiarum. Candelabra sunt loca in quibus paucit & præsent, iuxta illud Apocalypsis: *Candelabra septem, septem Ecclesia sunt*, Asiaticæ videlicet illie nominatæ, Ephesina, Smyrnenus & aliæ. Doct igitur Pastores & Episcopos Ecclesiarum nunquam latitare sub modio (ut hæretici hodie dogmatizant) nunquam esse fidelibus, incognitos: sed perpetuo lucere doctrina & exemplo omnibus qui in domo Ecclesie sunt. Vnde sequitur, non in deserto, non in penetrabilibus, non in aliqua latitanti & occultata Ecclesia, quæ suos pastores proferre non potest, quæ sedum esse Christum & fidem Christi, sed in illa sola Ecclesia quæ lucet, quæ suos pastores & Episcopos proferre*

Cõtra Faust. lib. 13. c. 13.

Ierem. 15.

Lib. 2. c. 5. contra Parm.

Lib. 2. c. 104. conti. Peil.

Matth. 6. Ecclesia incerna acclesia. Apoc. 2.



potest, *qua suarum Ecclesiarum originē edere, suorum Episcoporum ordinem euoluere potest: ad quod meritisime omnes hereticos prouocauit Tertullianus, prouocamus & nos. Hæc aut ex his aliqua ex huius Euangelij occasione præferre concionator potest, ut non nisi in Catholica Ecclesia quæ successionem pastori sola profert, Christiano homini manendum esse suadeat atque persuadeat.*

3. *Nisi breuiati fuissent dies illi non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi.*

Quia hæretici hodie diserta penitus Ecclesia Christi Catholica per totum orbem dispersa, occultas qualdam & latentes Ecclesiæ reliquias scrutari & vendicare cogunt, putauit Caluinus inter alias Scripturas edictoras, huc quoque locum ad hanc rem accommodatum esse. Primum igitur conuenire ait hunc locum ille Esai. 9. *Nisi Dominus reliquisset nobis semen, sicut Sodoma & Gomorra. Quod quidem quoad seruatas Iudeorum reliquias, quæ prædicatibus Apostolis in Christum crediderunt, verum est. Sed ab eo quod fingit Caluinus alienissimum est. Mox enim ex illis credentium Iudeorum incredulitate, infert & concludit homo impius similem in Ecclesia Christi per omnes gætes diffusa fore vastitatem, & ait. Est hoc insigne diuini iudicij documentum ubi visibilem Ecclesiam sic affligit ut funditus videatur perditæ: & tamen ad seruandam aliquod semen suos electos & quidem paucos numero mirabiliter ab interitu eripit, ut præter spem è gurgite mortis emergant. Sic enim terrètur hypocritarum Ecclesie titulo & specie freti uanam spem impunitatis sibi fingant, quia modum inueniet Dominus, quo Ecclesiam suam uideat, ipsi in exitu traditis. Hæc ille. Homo impius ex casu Synagoga que tota typica, pedagogica, & localis erat uisibilis Ecclesia Christi, quæ ipsa ueritas est, status perfectus, & toto orbe diffusus, casum & interitum deducit. Non est hoc diuini iudicij documentum quo pereat uisibilis Christi Ecclesia seruatis paucis Caluini suis, sed est diuinæ*

Caluini con
sequencia rec
impa.

Ecclesia &
synagoga la
ta a. Berdia.

diuinæ Scripturæ manifesta corruptio, quæ diuinas promissiones mendacij arguit, quæ ueritati figuram Euangelio legem, generalitati partem, perpetuitati tempora neum, perfectioni imperfectum, Christo Moysen adæquat. Quæ denique omnibus nouis & occultis hereticis fenestram defensionis aperit. Christi enim Ecclesia uisibilis ut non unius gentis, sed omnium erat, (*Prædicabitur hoc euangelium regni in uniuerso orbe*) ut non umbras amplius, sed res ipsas pertractat (*umbram quippe habuit lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum*) ut non pedagogum agit, sed ad uirum perfectum in Christo adificat, ut denique non Moysen, sed Christum legislatorem ac magistrum ita non definiti cuiusdam temporis est sicut Synagoga, cuius diminutio diuitia gentium & amissio reconciliatio mundi erat, sed perpetua stabilitatis est, contra quam porta inferi non proualebunt, quam Spiritus Sanctus docet omnem ueritatem in æternum, & cum qua Christus est, omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Visibilis in qua Ecclesia quoad suos Pastores ac Prepositos, maxime quoad summum eius Pastorem talis est. Nam de Ecclesia super summum Pastorem edificanda Christus loquebatur dicens. *Porta inferi non proualebunt aduersus eam. Apostolis suis & baptizaturis ac prædicaturis Euangelium Christus promisit Spiritum ueritatis in æternum, suamque presentiam usque ad consummationem seculi. Non sunt igitur nouæ expectandæ reliquæ pereunte uisibili Christi Ecclesia, sed est in ea firmiter permanenda qui saluus esse uult. Neque enim ad Christum pertinere potest qui in Christi corpore non est.*

Math. 24.

Heb. 10.
Galat. 3

Ephel. 4.
Math. 28.
Rom. 11.

Math. 16.
Ioan. 14.
Math. 28.

663 663
663 663

4. *Dabunt signa magna & prodigia.*

Quia hic seductorum prodigia taxantur, existimavit Caluinus ad situm institutum hoc imprimis facere ut propter falsa seductorum signa, Ecclesie Catholice vera miracula traduceret, idque eo magis, quod se suolique sectarios tam falsis prodigijs quam veris miraculis carere cerneret. Sed ipsius disputatio talis est, ut ipsa semetipsam perspicue evertat. Sic enim scribit. *Quam Antichristos & mendaces prophetas Dominus miraculis armatos fore pronuntiat, non est cur tantopere superbiant Patrista hoc obtentu, uel ipsorum inactantia territantur. Miracula suas superstitiones confirmant: namque quibus praeiicit filius Dei labefactandam esse multorum fidem. Quare tantum apud prudentes momentum habere non debent, ut per se sufficant ad probandum hoc uel illud doctrinae genus. Haec quidem ille. Sed quum haec nihil nisi nugari se aut blasphemare potius animaduertet, quam contra vera miracula tam Christi quam Christianorum omnium haec disputatio faciat, quibus Christus dixit, *Ma iora horum facietis*. Et iterum: *Signa autem eos qui crediderunt haec sequentur, agris manus imponent, & bene habebunt, serpentes tollent, &c.* Idque in testimonium & approbationem veritatis de quo dixerat, *Spiritus testimonium perhibebit de me, quod inquam hanc expeditam contra se obiectionem praenideret, eam conatur solucere. Si excipiant, inquit, hoc modo euerit, ac in nihilum redigi miracula, quibus tam legit quam Evangelij sancta sicut auctoritas, respondeo certam Spiritus notam illis insculptam fuisse, qua dubitationem & errorum diabolibus eximeret. Neque enim quoties ad sua confirmandos uirtutem suam exercuit Deus, ita confusus operatus est, quin uera extaret nullique fallacia obnoxia distinctio. Haec quidem ille, sed quae sit haec Spiritus nota, & quae distinctio, dolose haereticus nihil dicit, sed generalem calumniam suam, excusatione generali probabilem facere contendit, quod eorum est, qui fallere lectores suos uolunt, non docere. Haec igitur adhuc responsio**

Miracula Catholicae Ecclesiae deicuntur.

Ioan. 15.
Marc. 14.

Ioan. 15.

responsio ac satisfactio nulla est. Pergit igitur, magisque lectorem ludificat. *Adde quod doctrinam sic obliquant miracula, ut illa quoque uicissim praeuocent & discerant omnes nebulas quibus simplices mentes obfuscet Satan. Denique si ab imposturis cauere placet, sit apud nos individua signorum & doctrina coniunctio.* Haec ille. Sed non aduertit impostor, aut certe id simplicem lectorem aduertite non posse praesumit, tum de ipsa doctrina quantumcunque luculenta & pura dubitari posse non secus quam de miraculo, tum miracula ad doctrinae confirmationem, & ad eius sancendam auctoritatem, sicut ipse sibi Caluinus obiecit, adferri tolere. Christi doctrina maxima haud dubio praeluxit, & cum miraculis, quae fecit coniuncta erat, tamen doctrinam ipsam suam miraculis confirmari uoluit. *Si mihi* (inquit) *non crederetis, operibus credite. Si opera ego facio qua nemo alius facit, quare mihi non creditis? Non ergo sufficit praeuocere doctrinam nouam, & inaudita, ex sese incredibilem, nisi miraculis confirmetur.* Caluinus igitur impotens & insulsus haereticus Catholicorum miracula impotenter conuellit, uera miracula a falsis distinguere insulsus non potest. Quanto melius in schola Catholica didicimus seductorum signa & prodigia a ueris miraculis distinguere, uel a personis seductorum, quia non legitime uocari se ingerunt, uel a fine quem obtinent, ut post se discipulos abducant, uel ab ipso in se miraculis aut fallacibus & meris prestigijs, quae nisi deceptionem oculorum habent, aut si ueris, prius inutilibus & ad ostentationem factis, non beneficijs, qualia omnia sunt ueri nominis miracula. *Cum talia faciant magi qualia nonnunquam faciunt sancti* (ait Augustinus) *diuerso fine & diuerso iure fiunt.* Et paulo post: *Alii magi faciunt miracula, alii boni Christiani, alii mali Christiani. Magi per priuatos contractus, boni Christiani per publicam iustitiam mali per signa publica iustitia.* Denique alibi scribit, *puerum miracula, uel maiora, certiora, clariora esse, uel ratione finis quo discernuntur, incomparabiliter excellere.* Sunt igitur falsa prodigia a ueris miraculis distinguenda, uel ex persona facientium, ut quo iure fiant attendamus, uel a fine ad quem collis-

Ioan. 3. & 10

Lib. 19. 99
979.



collimant, vel à modo & cursu quem tenent, ex quibus falsum à vero non ita difficulter discernere illi possunt, ad quos ista discernere ac diiudicare proprie pertinet.

5. *Ubique fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquila.*

TAMETSÌ ad literam nihil aliud Christus hic dicat, quam futurum ut eo veniente ad Iudicium omnes Sancti veluti aquila ad cadaver quod longissime prospiciunt, velocissime congregabuntur, ut in hac sententia celerissimam iustorum ad se collectionem doceat, sicuti in præcedenti sententia, celerissimum suum aduentum docuit, quomodo exponunt hunc locum Hieronymus, Hilarius & Origenes tract. 30. in Matthæum, tamen satis aptè & accommodatè ad causam iustorum cum Christo unionem, quæ in huius vitæ militia per fidem & charitatem fit, hic locus applicari potest. Quam applicationem secutus Calvinus, pessimum inde corollarium in schismaticorum omnium fauorem ac patrocinium deducit. *Sensus, inquit, est. Quibuscumque artificijs conetur Satan huc & illuc distrahere filios Dei in ipso tamen Christo sacrum esse unitatis vinculum, quo deumitos tenere conveniat. Unde enim dissipati nisi quia multi à Christo distant, in quo solo siza est nostra firmetas. Ergo hic modus præscribitur fovenda sancta coniunctio, ne errorum distractiones corpus Ecclesia lætent: nempe si in Christo defixi manemus. Hæc ille. Sensus iste, ut diximus, non displicet, quia pius ac verus est, tamen non literalis. Sed quid inde impostor colligat, sequentia eius verba docebunt. Quod diligenter notandum est. Neque enim vel ad Romanæ Sedis primatum, vel ad aliæ nugæ nos astringit Christus: sed hoc unum modo Ecclesiam suam colligat, si ad ipsum unicum caput omnes und que respiciant. Unde sequitur. Quicumque ei purè fide coherere extra schismatis esse periculum. Erant nunc Romanenses & schismaticos esse clament, qui se à Christo alienari non*

schismata de eund. Calu nusipie schi maticus.

vari non sinunt, ut latroni fidem suam mancipent Totus hic inanis verborum strepitus vno pene verbo solidè cõpescitur. Christo capiti ille solus vnitur, qui Christi corpori, quod est Ecclesia, vnitur. Nemo Christo pura fide coheret, qui ab eius corpore, quod est Ecclesia diuellitur. Ad vnicum caput, quod Christus est, vnicum scilicet vitale, respicere non potest, qui capita populi ab ipso constituta, Pastores & Doctores quos dedit in consummationem fidei, & in adificationem corporis sui, non respicit. Illos enim posuit regere Ecclesiam sanguine suo acquisitam. Illos ita omnes vndique respicere iubet, ut qui eos audit Christum audiat, qui eos spernit Christum spernat. Denique astringit nos Christus non solum ad se vnum tanquam vitæ auctoritatem, quo solo vere pascimur, ut postea Calvinus dicit, sed ad eum quoque nos astringit, cui dixit, *Pasce oves meas,* & sic ad Romanæ Sedis primatum discretè nos astringit, quia in illa sola Sede ille usque hodie sedet, qui Petri locum tenet, cui pascendas oves suas per vniuersum mundum concedidit, ait Chrysostomus. Eat nunc Calvinus, & extra schismatis periculum se esse clamitet, quia Christo sese adherere dicit (quod omnes semper hæretici dixerunt, & nisi Christi nomine palliati, Christianos fallere non quam potuerunt) & illi adherere recuset, imò illud hoc loco *latronem* cauillator insulsus vocet, à quo, si quis Christi esse vult, pasci & regi necessarii debet. In his enim verbis. *Pasce oves meas,* vni Petro primatum gubernationemque per vniuersum mundum à Christo conceditum esse scribit Sanctus Chrysostomus, Episcopus Græcus, adeoque Patriarcha Constantinopolitanus: nec Petro tantum, sed & Petri iuccessoribus oves suas pascendas Christum commississe idem scribit Chrysostomus. In eandem sententiam alii scribunt Antiquissimi Patres, Origenes, Ambrosius, Gregorius Magnus, Augu. Theophylactus, & alii, quorum verba alibi recitauimus. Schismaticos illos esse, & non in Ecclesia deinit, lateque probat S. Augustinus qui de ipso Capite Christo Scripturas Sanctas confertur, & de Christo credunt quacumque credenda sunt, sed unitatis Ecclesia non communiunt, & in una parte separata inueniuntur (sicuti Calvinus cum suis) quam qui in Ecclesia com-

Ephes. 4.

Act. 30. Luc. 10.

Ioan. 21.

Hom. 35. in Matth.

Hom. 67. in Ioan. Hom. 1. de Penit. Lib. 1. de Sacramentis.

De Princip. fidei, lib. 5. c. 15. l. de unit. eccl. c. 7.

munio.



322 *Promptuarium Catholicum*

munione inuoluit ea tamen de Christo sentit, ac sapit, quæ secundum sanam fidem sapere & sentire non debet, quia videlicet totus Christus Caput & Corpus est. Iam verò quia ad vnionem fidelium cum Ecclesiâ, sicut Aquilæ ad cadauer congregantur, aliquos Catholicos hunc locum applicasse Caluinus vel aduertit vel fingit, eos sibi carpentes iudicauit. Ait enim. *Quod Papiæ ipsi pro eorum societate accipiunt qui vnâ fidem profitentur, & Aquilas allegant, exponunt pro acutis & oculatis, nimis insulsum est. At quare tandem? Quum, inquit, aliud non fuisse Christi consilium palam sit, quam ad se vocare, & in se retinere Dei filios vbiunque sint dispersi.* Preclara sanè refutatio. Nimis insulsum Caluino est, qui quos Christus ad se vocat & in se retinet, eos Ecclesiæ Christi vniri, & corpori eius adiungi debere docet. Atqui nõ insulsum modo, sed & impius Caluinus est, qui ita Christo vniri vult vt corpus Christi edemat, & ab eius Ecclesiâ se diuellat, eius vnionem & coniunctionem negligat. Qui corpus hoc loco pro Ecclesiâ & aquilas pro acutis & oculatis acceperunt, Christum imprimis tanquam huius corporis & Ecclesiæ Caput spectauerunt, ut propterea nihil illi insulsum dicerent, sed nimis insulsum Caluinus fuerit, qui hoc nõ aduertit, vel certè nimis proteruus qui quod bene aduertit, aliè dissimulauit, vt reprehensionis locus esset. Pergit adhuc, & alios interpretes mordet Caluinus, ueluti rabidus quidam canis omnes sibi obuios insiliens. *Neq; etiam satis solida est aliorum arguitia, qui odoriferam esse Christi mortem dicunt vt electos Dei alliceret.* Atqui hanc sententiam sequuti sunt doctissimi in Ecclesiâ Patres, Orig. trac. 30. in Matth. Hieron. & Hilar. in hunc locum. Horum iudicium contemnit & argutiæ taxat Caluin. Sed quam obrem, aut quo argumento ductus? *Nam, inquit, meo iudicio ratiocinari uoluit Christus à minori ad maius. Si tantum est in auidibus sagacitas, ut ex remotis locis ad cadauer unum multa conueniant, turpe esse fidelibus non aggregari ad uitæ autorem, quo solo uere pascuntur.* Primû homo arrogans vt Patrum expositionem rejiciat, suum iudicium quasi regulam veritatis interponit: quod illi frequens ac solenne est. Deinde hæc ratiocinatio a minori ad maius

non

Caluinus putrida cauilla
tio.

Caluinus canis rabidus.

Domin. XXIII. post Pentecost. 323

non minus quadrat expositioni Patrû de passione Christi, quam expositioni Caluiniã de psona Christi, Imò quia vox corpus hoc loco proprie cadauer significat, quæ ex Hieronymo & alijs Patribus acceptum narrat hoc loco Caluinus, ipsam Christi mortem ac passionem cadaueris nomine annotari probabilius Patres citati existimarunt. Aquilæ quoq; hoc loco ad acutos & oculatos significandos accommodatè sumuntur. Imò (ait Caluinus) *Aquila nihil tribuit Christus quam quæd apud nos cornu aut vulturibus cõgrueret pro regionis quam incolimus natura.* vbi dupliciter errat Caluinus. Nã cornuos ac vultures non minus in Palestina versari quam apud nos, sola lex Mosaica docere Caluinum potuit, quæ hæc volatilia tanquam immunda vetat comedere, ridiculè hoc veterura, si in illa regione nõ inuenirentur: vt non propterea cornuos aut vultures tacuerit, Aquilas autem posuerit, quia in illa regione cornu ac vultures nõ essent, aquilæ essent. Deinde valde probabile est Christum hoc loco ad propriam aquilarum naturam respexisse, & ad illa verba Iob alluisse, vbi earum natura describitur. *Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum? In petris manet, & in præruptis silicibus commoratur, at que inaccessis rupibus. Inde contemplatur escam, & de longè oculis eius prospiciunt. Pulli eius lambunt sanguinem, & vbiunque cadauer fuerit statim adest.* Ad hæc postrema verba Iob Christum alluisse valde probabile est, & docere voluisse, electos ac sanctos per acutissimos fidei suæ oculos, vel Christi passionem ac mortem longè prospicere, credere, contemplari, vt citati Patres exponunt, vel Christum ad iudicium venientem (de quo iudicio hoc loco disputat) celerim cognoscere, & ad eum, resumptis, vnde quaq; corporibus suis admirabili promptitudine aduolare & congregari. Vt unque est, vt in priori sua exceptione insulsum, & impius, ita in hac posteriori reprehensione stultus & temerarius Caluinus fuit.

Leuit 11.

Iob 39.



4. Tunc



6. Tunc parebit signum filij hominis in celo.

Crucis signū
in celo.Crucis signū
cur à dei. b.
frequēt. cō-
spiciendum.

Hoc signum filij hominis, id est Christi, quod eo
Had Iudicium veniente in celo comparebit, ipsam et
se venerandam Christi Crucem, que suo fulgore mun-
dum illuminabit, sole tum & luna ceterisque syderibus
sua luce privatis, summo & vnanimi cōsen su docēt Pa-
tres. Origenes in cōtatu 36. in Mattheum. Chrysostomus
homil. 77. in Mattheum. Hilarius, Hieronymus, Euthy-
mius, Theophylactus in comment. in hunc locum. Hip-
polytus in orat. de consummatione mundi, Ephrem in
libr. de penitent. cap. 3. Damascenus de orthodoxa fide
lib. 4. capit. 12. Cyrillus Hierosoly. in oratione ad Con-
stantium, & Eusebius Emisenus in lib. Allegoriarum.
Quorum Patrum fidem & apertum huius loci sensum
sequuta Ecclesia in officio publico fideliter canit. *Hoc si-
gnum Crucis erit in celo quum Dominus ad iudicandum ve-
nerit.* Quam profectō ob causam toto hoc intermedio
tempore Crucis signum merito veneramus. Nam nisi
signum Crucis communiter fidelibus in Ecclesijs & do-
mi interea temporis proponeret illius aspectus in die iu-
dicij non magis moueret quā signū lancee, aut flagel-
li, aut spongiæ, aut alterius cuiuspiā rei ad Christi pas-
sionem pertinentis. Vnde hæretici tollendo hodie pas-
sim ex hominum conspectu *Crucis signum*, & nusqua
lud desigi permittentes, id imprimis agunt: ut eius aspe-
ctus i die iudicij nihil prius eos moueat nisi fortē ad
blasphemiam aut confusionē. Caluinus igit hoc loco de si-
gno Crucis altum silentium tenēs, hæc Christi verba de
signo filij hominis quod parebit in celo ad alium longē sen-
sum detorquet. *Sequitur, inquit, signi illius explicatio quod
filium hominis videbunt super nubes uenientem, qui sub hebre-
tu serui contemptibilis tunc in terris agebat.* Atqui tanquam
distincta hæc & diuersa Mattheus narrat. *Primum, tunc
parebit signum filij hominis in celo & tunc plangere omnes
tribus terra, & videbunt filium hominis uenientem in nubibus
cael.* Tria dicit Matt. primum de signo filij hominis
apparente in celo, deinde de planctu infidelium, qui si-
gnum

gnum illud eo usque contempserunt, (Crux. n. Christi
Iudicia scandalum, gentibus stulticia erat) tertio quod Chri-
stum videbūt uenientē in nubibus. Distincta hæc sunt
& diuersa, nec vnū alterius explicatio est. Aliud est signū
filij hominis, aliud ipse filius hominis in psona, propria
aliud signū pcedens aliud res signata subsequēs. Aliud
in celo apparere, & fulgere, aliud in nubibus caeli
venire cum virtute multa, & maiestate. Ridi-
cula igitur & insulsa Caluini euasio est,
& literę Euangelicę repugnans.
Communis tot Patrum in
telligentia cuius insano
hæreticō nedum,
Caluino ante-
ponenda
est.

Dominicarum totius anni finis.

L A V S D E O.

